




25-3<sup>e</sup> N. 11.



Cyfra in domo dñi poro xla sen dñi p sacro 12. octobris de 1033  
 bñs christofomus i catena dñica sacri tome agnosc

27.  
 .chis.

Salud euageli

Sanguis eius et c.

Set tñ mificores dñs eoz smam non firmavit sed ex eis  
 eoz filis suscepit qui penitentia egerunt et eiz  
 pñcia ex pñs pñt et multa mha eoz qui i hierosolimis  
 crediderunt. quo ta die quotoq anno ego mñ dñi  
 per uita pñte dñi qñq librum ibidz em. 16. solidis

p tractat. de scuti spñs et  
 spñe dñi nens duas partes.  
 1. pñtes  
 2. quaz qñz duaz pñu.

1. dialoga

1. pñtes	duas distinas a ff. 1. a.
2. quaz pñtes	cala. 2. a. ff. 3. a.
3. qñ. ca.	2. a. ff. 11. a.
4. qñ. ca.	2. a. ff.
5.	
6.	
7.	
8.	
9.	
10. et vltia qñ. ca.	a ff.

44-6

ñ. pñ h  
 volume  
 qñ. h.

1. tractat. de pñs dñi dñstalia a ff. 140. b.

2. no pñ deservit pñtas pñs dñstalia a ff. 140. b.

9. qñ. dñes. Sex. quaz

1. qñ. ca.	10. a ff. 140. b.
2. no di. qñ. ca.	12. a ff. 146. a.
3. qñ. ca.	16. a ff. 172. a.
4. qñ. ca.	19. a ff. 199. b.
5. qñ. ca.	13. a ff. 210. b.
6. et vltia qñ. ca.	12. a ff. 227. a.


2. at pñt qñ tracta a ff. 291.  
 mñle vñs ad dñm dños  
 perfidos iudeos de errore suo.  
 que hñt pñm dñs de Messia  
 adhucuentis et opsuatua legē  
 moysice. Et p. pñ Ep. pñemalis a ff. 291.

2. ennumant ca. 27. a ff. 293.

127 loq  
 Quoz pñ ca.

1. pñ a ff.
2. a ff
3. a ff
4. a ff
5. a ff
6. a ff
7. a ff
8. a ff
9. a ff
10. a ff
11. a ff
12. a ff
13. a ff
14. a ff
15. a ff
16. a ff
17. a ff
18. a ff
19. a ff
20. a ff
21. a ff
22. a ff
23. a ff
24. a ff
25. a ff
26. a ff
27. a ff

11047



**I**n apit Dialogus qui uocatur **Scrutiniū**

scripturaz) cōpositus per reuerendū patrē. Dominū Paulū de scā Maria: Magistru in theologia: Episcopū Durgensē: Archicancellariū serenissimi Principis Tomini Johannis regis Castelle et Legionis. Quem composuit post additio- nes per eum compositas ad postillaz Nicolai de Lira. Anno Tomini. M. CCCC. xxxiiij. Anno uero etatis sue Lxxxj. 21.

1234



**Scrutami scripturas in**

quibz putatis uitā eternā habere. et ille sunt q̄ testimoniū perhibēt de me. Jo. quinto. Christus uolēs iudeos in- struere circa ipsius cognitōez (in qua uita eterna cōsistat. Juxta illud Jo. xviij). Hec est uita eterna. ut cognos- cant te deū: et quē misisti filium tuū. que quidē cognitio per sacrariū

Joh. 4.

Joh. 17.

ps. 118.

In toto corde exquirat

scripturaz scrutiniū habetur. De quo ps. Beati qui scrutan- tur testimoniā eius. sic. Eos de huiusmōi scrutiniū faciēdo ex- hortabatur dicēs. Scrutamī scripturas. et In quibz uerbis tria notantur. que ad cognitōnē christi per intelligentiam diuinarū scripturarū requiruntur. Vnū ē quod misteria christi in sacra scriptura tradita: non sunt querenda solum superficialiter et perfunctorie. sed diligēter et per modū scru- tātis. Ut uerus sensus littere clarius seu uerius reperiatur.

Ex. ad modū illius qui rem latentē per obscuritatez seu confu- sionē in aliqua compositio per diligēs scrutiniū uult reperire. Vñ Sophonie primo. Deus intendēs cogitationē in Iherusalem occulte perpetrataz. reuelare dicebat. In illo tempore scruta- tor Iherusalem in lucernis. Per lucernas enī cōsueuerūt ab- scondita in latibulis seu obscuritatibz reperiri. Quod quidē scrutiniū scripturarum in primitiua ecclesia audiētes Apo- stolorū doctrinā continue exercebāt. De quibz. Act. decimo. septimo. Quotidie scrutātes scripturas si hec ita se haberēt

Sopho. 1.

Act. 17.

Secundū uero quod in predicto uerbo notatur est. quod nō solum ex scripturis sacri canonis. s. ueteris testa / sunt acci- piēda testimonia christi: sed etiā ab alijs scripturis apud ipsos hebreos autenticas. Et ideo dixit. In quibus putatis

2.

N. 21. 563



uitaz habere. quasi dicat. Non solū scrutemini scripturas in  
 quibz uere uita eternā haberetis: que in sacro canone ueteris  
 test. continētur. sed etiā illas in quibus putatis uitā habere.  
 scilicet que apud uos sunt autentice. licet in se auctoritatem  
 non habeant. Que quidē scripture sunt glo. seu auctoritate  
 talmudice. 7 alia scripta apud ipsos autentica. Ex talibz enī  
 possunt sumi efficacia argumēta contra eos. tū quia in nō  
 nullis misterijs diuinis quantū ad aliqua quādoqz prophe-  
 tabāt nesciētes. Ut legitur in Caipha Jo. xi. tū quia in iudi-  
 cialibus 7 in disputationibus dialecticis confessio aduersarij  
 pro sufficiēti habetur probatiōe. Si autē contra hec dicatur  
 quod scriptura talmudica et hmoi nondum erant tempore  
 christi scripta. Dicendū quod uerum est quantū ad modum  
 quo nunc sunt in uoluminibz totaliter cōpilata seu ordiāta  
 sed erāt prescripta per longuz tēpus ante per partes 7 quasi  
 per modū apocrifariū et postea fuerūt cōpilata seu cōiūcta. 7  
 in libris publicis redacta. sicut Gratianus inter nos compila-  
 uit decreta 7 dicta sanctorū. que antea a magnis tēporibus  
 fuerūt edita. Et quod sic sit de talmudica cōpilatiōe seu cō-  
 structiōe habetur expresse a R. a. moif. in suo de utero. quod ē  
 liber magne auctoritatis inter eos in parte probemiali. ubi  
 principaliter agitur de talmudica auctoritate de tēpore quo  
 compilatū siue cōstructū fuit. Tertium quod in predicto uer-  
 bo notatur est. quod per scrutiniū scripturariū contra iudeos  
 nō est querēdus sensus mysticus. sed solū litteralis. a quo enī  
 solo secundū Aug. contra donatistas et in alijs locis efficac  
 sumitur argumētum. 7 ideo subdit. Ille sunt que testimoniū  
 perhibent de me. Testimoniū enī probationē dicit manifestā  
 que ex solo sensu litterali (ut dictum ē) habetur. Si autem cō-  
 tra hoc dicatur quod sensus litteralis (qui ex primarie signi-  
 ficatis per uocē accipitur) non indiget scrutiniō. cum talis se-  
 sus se offert intellectui. 7 ideo de tali sensu improprie diceret-  
 ur. Scrutamini scripturas. Sufficeret enī dicere. Legite seu  
 intelligite scripturas. Dicēdū quod licet sensus litteralis sa-  
 cre scripture ex significatis primarie per uocem accipiatur.  
 non tamē ex hoc sequitur quod scrutiniō non indigeat ad ue-  
 rum littere intellectum reperiendū. Sunt enī in sacra scrip-  
 tura multe dictiones equiuoce significantes diuersa que ad  
 hoc ut sciatur sub quo sensu accipi debeāt requiruntur ratiōis

Job. 11.

Caupla.

50.

Ex.


3.

Aug.

ob.

50.

w.



scrutinium, Similiter sunt in scripturis aliqua parabolice tradita in quibus aliquid proprie. aut aliquid significatiue traditur. Unde ad sciendum quomodo debeant accipi requiritur scrutinium. Similiter cum ueritas alicui repugnare uidetur quod sepe contingit in sacris scripturis ad litteram intellectis oportet recurrere ad rationis indaginem. ut repugnancia inter sacras tollatur auctoritates. que et multa similia occurrunt contra iudaicam cecitatem disputando. ut infra patebit. Quorum respectu et similitum ratione christus dicit. Scrutamini scripturas. Unde Crisostomus super hoc uerbum ita dicit. Non autem ad lectionem simplicem scripturarum. sed ad scrutationem exquisitam eos mittebat. quia ea que de eo dicebantur in scripturis et super obumbrabantur. nec in superficie exprimebantur. sed (uelut quidam thesaurus) recondebantur. Ex illo. Que quidem obumbrationes per equiuocationes et apparentes contradictiones et huiusmodi in ministerijs christi. presertim in antiquo testamento traditis sepe occurrunt. propterea que proprie christus eis precipiebat. Scrutamini scripturas. Sed attendendum est. quod quia ipsi iudei specialiter pharisei non ex toto corde exquirebant christum. ut eum ueraciter agnoscerent. sed potius ut occasionem eum repellendi inuenirent. ideo in scrutinio scripturarum non de eis uerificatur uerbum predictum. Beati qui scrutantur testimonia eius in toto corde exquirent eum. Non enim ex toto corde exquirebant eum. sed potius de eis circa hoc proprie dicitur illud psalmi. Scrutati sunt iniquitates. Taliter enim scrutati sunt scripturas. ut ex eis intelligerentur negare christum esse uerum messiam. et sic de eis uerificatur illud quod sequitur. defecerunt scrutantes scrutinio.

**I**ntentio huius tractatus. Primo discurre per errores iudeorum. presertim principales. quibus impediuntur seu retrahuntur a cognitione ueri messie: ostendendo per uerum scrutinium scripturarum quod ipse est uerus christus. et quod ipsi iniquitates defecerunt scrutinio. Secundo quia nonnulli etiam ueram fidem habentes de quibusdam in sacris scripturis contentis uel que ab ecclesia seu a doctoribus sanctis traduntur: quorum rationem ignorant sepe mirantur. sic ut ex quadam deuotione talium rationem scire appetentes illa scrutantur. Juxta illud

.ps. 118.

ps. Mirabilia testimonia tua domine. ideo scrutata est ea anima mea. Idcirco ad talium deuotione excitanda: eorum admirationem rationabiliter soluendo secundo loco procedatur. Unde primus tractatus in duas partes diuiditur.

(cc. p. dno. b. p. h. a. s. detur)

p. Dialogica hinc titat ps  
Sub se gmet distinctio. 10.

1. Quorum prima in forma dialogi appositae est. ut per unum aduersantium ad alium discussionem/ueritas clarius eluciscat. In qua quidem altricatione nomine Sauli iudeum seu phariseum nominauit: eo quod tunc inter persecutores doctrine christi Saulus fuit precipuus. de ipso enim legitur.

.act. 9

Saulus enim adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini. 7c. Act. ix. capitulo. Catholicus uero sub noie Pauli cognominatur. de quo legitur in actibus capitulo predicto.

Paulus autem magis conualescebat et confundebat iudeos qui habitabant Damasco. affirmans quoniam hic est christus.

2. Secunda uero pars modo procedit didascalico. i qua fidelis post fidem susceptam discipulus. ut talis. de quibusdam in sacris testimonijs scripturarum contentis scrutando miratur

ff. 140. b.

et a magistro iam in catholica doctrina erudito horum declarationem seu intellectum deuote petit. a quo. horum declarationem recipies/ deuotior redditur. Et quia ad utrumque scrutinium predictorum recte agendum auxilium requiritur diuinum. Ideo precor cum. ps. Da michi intellectum et seruatorum legem tuam seu mandata tua. ut sic ad mandatorum diuinorum meritoziam custodiam attingere merear. De qua subdit. Et custodiam illam in toto corde meo. Per quaz custodiaz ad summam retributionem deuenitur. Juxta illud. In custodiendis illis retributio multa. Quam nobis concedat christus dei filius. Amen.

Dialogica  
et didascalica

Et eiz suz tuz  
Custodit ea

Resens autem tractatus diuiditur per distinctio- nes. Distinctiones uero per capitula modo infra scripto. Distinctio Prima de scrutinio scripturarum que loquitur de his qui saluandi seu redimendi erant per christum in lege promissum. Et continet quatuor capitula s.

(cc. p. g. titatu  
seu pma pte  
de scruti scripturaz  
-0-)

1. In capitulo primo ostenditur quod non solum iudei seu Israhelite (qui de genere Jacob descenderunt secundum carnem) saluandi erant seu redimendi per christum: sed etiaz de alijs nationibus erant saluandi. et quod non omnes Israhelite saluandi erant. sed ualde pauci eorum.

ff. 140. b.



- 2. **I**n secundo capitulo continentur objectiones contra predicta cum eorum solutionibus.
- 3. **I**n capitulo tertio ostenditur quod per messiaz erant rudi et scandalisandi principales seu maiores. Et etiam populares populi Israhelitici, ff. 7. b.
- 4. **I**n capitulo quarto ostenditur quomodo diversis significationibus horum terminorum Israhel et Iuda et Jacob et huiusmodi utendum sit in expositione sacrarum auctoritatum.

cc. p. p. me  
distinctionis huius  
tractatus. ca.

**C**apitulum Primum. In quo ostenditur quod non solum Iudei seu Israhelites qui de genere Jacob descenderunt secundum carnem saluandi erant seu redimendi per christum, sed etiam de alijs nationibus erant saluandi, et quod non omnes Israhelites saluandi erant sed ualde pauci eorum.

**Saulus Ad Paulum**

**P**aule. Audiui quod magister tuus dum uiueret dicebat magistris nostris. Scrutamini scripturas in quibus putatis uitam eternam habere. ipse sunt que testimonium perhibent de me. Sed scrutando scripturas manifeste reperio quod solus populus Israheliticus qui proprie dicitur ille qui a Jacob secundum carnem descendit per messiam promissum erat saluandus. Legitur enim ysa. iij. In die illa. s. tempore messie ut communitate exponitur. Erit germen domini in magnificentia et gloria. et fructus terre sublimis. et exultatio his qui saluandi fuerint de Israhel. Et quod hoc se extendat ad omnes Israheliticos habetur ysa. xlv. ubi dicit. In domino iustificabitur et laudabitur omne semine Israhel. Et quod hec salus non se extendat ad alios populos habetur expresse ysa. lx. capitulo ubi dicit. Ecce tenebre operient terras et caligo populos. super te autem orietur dominus. et gloria eius in te uidebitur. Que quidem prophetie communitate exponuntur de salute per christum fienda. Ex quibus et multis alijs manifeste patet quod saluandi per messiam promissum debent esse solus de filijs Israhel seu Jacob. quorum patribus facta est promissio. et quod omnes Israhelitici tales saluandi sunt per eum. Cum ergo Nazarenus quem tu predicabas hec non fecerit. Multi enim de populo Israhelitico. immo maior pars eorum nec fuerunt nec sunt per ipsum saluati. ut est notum. et sic patet quod ille non fuit messias in lege promissus. Et banc potissimum

Job. 4.

ysa. 2.

ysa. 29.

ysa. 20.

rationem inducit ille famosus magister in lege mosaica. et philosophus peritissim<sup>us</sup>. i. Ra. moi. egiptius in suo de utroque. in libro de iudicijs titulo de Regibus 7 Vell. eorum capitulo. xi. ubi sic dicit. Iesus nazarenus imaginatus est esse messiam. Et fuit interfectus per iudicium. Et infra uolens concludere nazarenum non fuisse messiam ait sic. Nam oēs prophete locuti sunt quod messias est redemptor Israhel et saluator eorum. 7 congregator eorum. Et iste dedit occasionem ad perdendū Israhel gladio. 7 dispergendū reliquias eorum. 7 ad supprimendū eos. 7c. Decille. Et sic uides quod per scrutiniū scripturarum in hac materia loquentium testimonium reperitur non pro te. sed contra te.

. Paulus Ad Saulum.

. 50.

¶ **S**aule. ad auctoritates sacre scripture quas allegas 7 recipere teneor. Respondebo tibi primo. et deinde aliquid dicā ad dicta. Ra. moi. licet ex talib<sup>us</sup> non uales contra me sumere argumentum. cum sit de professione tua. sicut nec ego ex dictis doctorum nostrorū possum efficaciter cōtra te arguere. nisi forte ex rationibus in illis contentis. Primo ergo ad auctoritates sacras (quas scrutatus fuisti contra me) tibi respondeo quod defecisti in hoc scrutinio. Multa enim sacra eloquia obmisisti. ex quibus oppositum illius (quod intēdis) haberi potest. Sunt enī auctoritates quāplurime maifeste testantes. quod non solum populus (quem dicit Israheliticū) sed etiam alie nationes per mundū disperse saluande erant per christum. Unde et Jacob patriarcha (qui primus prophetauit de christo uenturo. Gen. xlix. capitu. Donec ueniat qui mittendus est statim subdit. Qui est expectatio gentiū. Et ysa. xi. legitur de ipso. Radix Jesse que stat i signū populorū ipsum gentes spectabunt alias requirent. Et Ezech. ij. Et congregabūtur gētes multe in die illa. 7 erunt michi in populū quod ad hāram secundū omnes intelligitur de tempore messie. Que quidē extensio saluandorū per christum dari traditur. ysa. xlix. cap. ubi de deo ad suum christum loquente sic legitur. Darum ē ut sis michi seruus ad sustinendas tribus Jacob 7 feces Israhel conuertēdas. dedi te in lucem gentium. ut sis salus mea usqz ad extremū terre. Que quidem auctoritas maifeste ostēdit quod saluatio fienda per christum non erat restringenda solum ad populum ex Israhel.

. ysa. 29.

. ysa. 11.

Ezech. 2.

. ysa. 49.

descendentem secundum carnem. sed potius extendenda ad ceteras nationes gentium. et ad ceteras regiones terre. cuius extensionis rationem assignat rabini tui antiqui si bene dicta eorum scrutatus fueris.

### Saulus.

**D**ic michi primo. Unde habes istam extensionem ex dictis magistrorum nostrorum antiquorum. Et deinde contradicam tibi in alijs in tua responsione contentis.

### Paulus

**I**n glosa illa magna sup Ben. que glo. apud vos dicitur *Ve desich*. Rabba in cap. xij. talis questio mouetur. scilicet an poterit dici de deo seu eius messia quod sit acceptor personarum. Et respondetur ibi. absit. sed oēs confitētes ei corde ore et opere saluabuntur. Scriptū est. n. Jere. xxxij. In diebus illis saluabitur Iuda. scilicet confitentes. et hoc est quod dicitur *ysa*. Dedit te in lucem gentium. ut sis salus mea usque ad extremū terre. Nec in glo. Ex qua glo. manifeste habes duo. Vnum ē quod lux christi seu eius salus erat extendēda nō solū usque ad Ierusalem et Iudeam seu ad Iudeos et Israheliticos. sed usque ad extremū terre et alias nationes. Aliud est enī quod deus esset acceptor personarum. si confitentes ei corde ore et operibus. etiam si non essent Israhelitici secundum carnem nō essent saluandi per christum. Et sic habes extensionem predictam et eius rationem per tuos magistros.

### Saulus

**P**osito. quod deus saluaturus esset per messiam omēs recte credentes et bene operantes. etiam si ex alijs nationibus descenderent prout tu asseris: ex hoc non tollitur quin omnes Israhelitici a Jacob secundū carnem descendentes. saltey ipsi messie contemporanei et eorum successores nemine excepto. per ipsum messiam deberent saluari. Legitur enim *Nicho* ij. Congregatione congregabo Jacob coram te. ponam illum quasi gregē in ouili. Et infra. Transibit rex illorum coram illo dominus in capite eorum. quod ad litteras intelligitur de christo totū Jacob congregaturo seu redempturo. Idē. *ysa*. xlv. In domino iustificabitur et laudabitur omne semen Israhel. prout supra tibi allegaui. quo loquitur de ultimo

*ysa*. 29.

redemptione secundum omnes. Ex quibus habes quod totum Jacob. et omnes ex semine Israhel descendentes erant iustificandi et saluandi per christum. Ex his igitur et multis similibus habetur manifeste. quod christus tuus non fuit ille de quo loquuntur prophete. cum multi immo maior pars de semine Israhel non solum non sunt redempti seu congregati per ipsum. sed potius interfecti et dispersi. et quasi consumpti per eum. pro ut Ra. moi. predictus dicit ut supra.

### Paulus.

**D**efecisti Saule in hoc scrutinio sicut et in precedenti. Si. n. bene scrutatus fuisses scripturas manifeste reperisses quod non omnes Israhelita secundum carnem descendentes ab Israhel erant per christum redimendi seu saluandi. sed ualde pauci ex eis respectu remanentium.

### Saulus.

**I**ndica michi auctoritates sacras hec dicentes.

### Paulus.

**L**egitur enim. Jere. iij. Conuertimini filij reuertentes ait dominus. quia ego uir uester. et assumam uos unum de ciuitate et duos de cognatione. et introducam uos in Sion. et dabo uobis pastores iuxta cor meum. et pascunt uos scientia et doctrina. Que quidem uerba intelligenda sunt de ultima redemptione. que per messiam erat explenda. non autem de redemptione a captiuitate Babilonica. prout quidam false estimauerunt. Legitur enim in eodem contextu. In illo tempore uocabunt Jerusalem solum domini. et congregabuntur ad eum omnes gentes in nomine domini. Et ideo. Ra. sa. uester exponens in libro qui dicitur Canhedem in cap. Helech uerba predicta. s. Assumam uos unum de ciuitate et duos de cognatione. exponit de ultima redemptione per eos spectata. Dicit enim super uerbum predictum. Jere. sic. Eligam iustos et introducam eos in Sion. Ex quo patet quod in redemptione per messiam fienda non omnes Israhelita erant saluandi sed solum iusti qui erant pauci respectu iniustorum. qui remanebunt sine redemptione. Et ideo dicit. Unus de ciuitate et duos de cognatione. quasi dicat. Ualde pauci eligentur ex multis. Item in eodem contextu. cap. Helech. quidam de

antiquis calimudicorum dicit quod sicut de sexcentis milibus qui egressi sunt de Egipto non intraverunt terrarum promissionis nisi tantum duo .s. Caleph et Josue. sic erit in tempore messie. Nam scriptum est Osee. 11. Et canet ibi iuxta dies iuventutis sue. et iuxta dies ascensionis eius de terra Egipti. Nec ille. Patet ergo ex dictis istorum. quod tempore messie promissi valde pauci erant redimendi de populo Israelitico respectu non redemptorum. quod est propositum.

2<sup>m</sup>. ca<sup>m</sup>.

**Capitulum secundum de obiectionibus contra predicta et earum solutiones.**

**Saulus.**

**E**go ostendi tibi per sacras auctoritates quod solus populus Israeliticus erat per messiam redimendus. et quod omnes illi populi redemptionem per ipsum erant consecuturi. Ut patet per auctoritates per me allegatas. Si tu ergo michi proponis alias que videntur sonare oppositum. Dic ergo michi quomodo possit ex istis auctoritatibus contrarietas tolli. manifestum enim quod non possunt due veritates ad invicem contrariari.

**Paulus**

**A**d contrarietatem tollendam a sacris eloquiis tam circa predicta quam etiam circa multa alia oportet presupponere. quod ad scrutandum verum intellectum in sacris eloquiis contentis. requiritur scrutari significata verborum seu nominum et aliarum dictionum in eisdem contentarum. .s. an sint uniuoca sicut hoc nomen ligni uniuoce dicitur de qualibet re de qua non solum nomen ligni. sed etiam ratio eius verificatur. vel sint mere equiuoca. sicut hoc nomen canis qui de aliquo fidere et de aliquo animali dicitur. de quibus non ratio per nomen significata. sed solum nomen est commune. An sint non mere equiuoca. sed a consilio seu per translationem. ut cum hoc nomen equus dicitur de equo uero qui est quoddam animal et etiam de equo in pariete picto. in quibus licet ratio substantie sit diuersa. est tamen inter eos aliqua similitudo. .s. figuralis. Et ideo talia nomina non dicuntur mere equiuoca. sed accommodata seu translata. et quod in sacris eloquiis inueniuntur

a 4

multe et diuerse equiuocationes. Idcirco oportet inquirere  
significationes dictionū sine cōtrarietate extrahendā. quod  
etiā doctores tui uidentur sentire.

**Saulus**

**A**llega michi doctores nostros hoc sentientes.

**Paulus**

**I**lle tuus magnus magister. s. Rab. moi. egiptius in prima  
parte sui libri de directioē perplexorū i probelo ubi agit de  
intētōe sui operis ubi sic ait. In libris prophetaz inueniūtur  
noīa mere equiuoca que intelligūtur a simplicibz seu ignaris  
de primarijs significatis per talia noīa. Sunt etiam noīa  
acomodata. s. equiuoca seu a consilio translata. que intelli/  
guntur. a predictis de re prima a qua fuerunt translata seu  
acomodata. Hec ille. Que quidem dictio nominū licet ple/  
nius ⁊ clarius a nostris doctoribus traditur. allego tamen  
tibi predictū. Rab. moi. quia scio quod eum recipies potius  
quam doctores nostros.

**Saulus.**

**A**pplica ista ad propositum. s. ad tollendum contrarietates  
predictarum auctoritatum quarum quedam per me. Alie  
uero per te sunt allegate.

**Paulus.**

**S**i diligenter scripturas scrutatus sacras fueris. repies quod  
filiatio in eisdē scripturis nō uniuoce accipitur. s. equiuoce  
seu acomodate uel translata a cōsilio. Quandoqz enī acci/  
pitur filiatio secundū generalē generationē. Gen. v. de Adaz  
⁊ Seth ⁊ alijs legitur. genuit filios ⁊ filias. ⁊ sic in pluribz  
alijs locis. Quandoqz uero filiatio accipitur pro filiatione  
spirituali. Et hoc dupliciter. quia aut in bono. ut. iij. q. iij.  
filij prophetarum sedebant coram eo. quod intelligitur de  
filiatione discipline seu doctrine. secundum quaz illi qui se/  
quebantur doctrinaz seu disciplinam prophetarum dicebā/  
tur eorum filij propter patrum imitationem seu similitu/  
dinem. licet nō essent ab eis generati carnaliter. In malo ue/  
ro atz dicitur. Job. xl. Ipse est rex super omnes filios super/  
bie. Quam quidem filiationem manifestum est non esse

telligendam secundū carnalem propagationem. tali n. mō  
 superbia nō generat. Unde intelligēda est hec filiatio secun-  
 dum sequelā. Superbi enim sequuntur passiones seu motū  
 superbie. sicut filij naturales ut in pluribus sequuntur mores  
 patrum. secundū quā distinctionem filij Israhel. quandoq;  
 intelliguntur in scriptura illi tantum qui de Jacob descende-  
 runt secundum carnem. Ut cum dicitur Exo. primo. Hec sūt  
 nomina filiorū Israhel qui ingressi sūt Egiptum cū Jacob  
 quod intelligitur solū de filiis Israhel secundū carnalem gene-  
 rationem. prout declaratur cum in littera subdit. Omnes  
 anime que egressę sunt de femore Jacob. Quandoq; uero per  
 Israhel seu filios Israhel uel semen Israhel intelliguntur illi  
 qui sequuntur uerū cultū dei Israhel. etiā si non sūt ab Isra-  
 hel seu Jacob carnaliter descēdētes. Vtī psal. xliij. ubi agitur  
 ad brāz de multiplicatōe populi Israhel per uocatōez gētū ad  
 fidē dei. que per confessiōez spiritus sancti facta ē. de qua di-  
 cit. Effundam spiritum meū super semen tuum. 7c. Et ger-  
 minabit inter herbas quasi salices iuxta aquas fluentes.  
 In eodem contextu ostendit quod hec multiplicatio seminis  
 Israhel seu Jacob non est intelligenda secundum carnalem  
 propagationem tantum. Unde ibidem subdit. Iste dicit do-  
 minū ego sum. 7 ille uocabitur in nomīe Jacob. 7 hic scribes  
 in manu sua domino. 7 in nomine Israhel assimilabitur. In  
 quibus uerbis dictio predicta declaratur diligenter scrutāti  
 Nam per hoc quod ait. iste dicit domini ego sūz. intelligitur  
 de Israhelita secundū carnem. talis enim potest dicere domī  
 ego sum. Juxta illud Deutro. xxxij. cap. Pars domini popu-  
 lus est. 7 Israhel funiculus hereditatis eius. Unde 7 de isto  
 secundum primariāz significatiōez dicitur. 7 ille uocabitur  
 in nomine Jacob. Cum autem subdit. Et hic scribes in manu  
 sua domino. intelligitur ille qui per imitationem operis di-  
 citur Israheliticus esse seu de Jacob. etiā si non per carnalē  
 generationez. Per manus enim in scripturis sacris operati-  
 ones intelliguntur ut in psal. Innocens manibus. 7c. Un-  
 de cū dicitur. Et hic scribes in manu sua domino. intelli-  
 gendū est quasi dicat. iste ē. si nō potest dicere dñi ego sum  
 nec etiā uocari noīe Jacob eo modo quo alius supradictus  
 qui Israheliticus est secundum carnem. scribit tamen in sua  
 domino. s. adherendo ei per operationem. 7 ut ostēdat quod

talis potest nominari Iſraheliticus ſtatim ſubdit. Et in nomine Iſrahel aſſimilabitur. ⁊ in hebreo habetur cognomina/ bitur. q. d. Iſte qui per operationem debet dici eſſe deus etiam nomen Iſrahel meretur per quandam aſſimilationem ſeu cog/ nominatioz. Ex quo habes quod ſub nomine Iſrahel potest intelligi in ſcripturis etiam ille qui per carnis propagatioz/ descendit. ſed tantum per ſimulationem operationis. ⁊ ſic intel/lexerunt iſtum paſſum magiſtri tui.

### Saulus

**O**ſtende michi obſecro unde magiſtri noſtri intellexerunt iſtum paſſum. illo modo quem tu dicis.

### Paulus.

**Q**uem Rab. ſa. doctorem ⁊ magiſtrum tuum in glo. ſua ſi/ per pſa. ad litteram ſuper illud uerbum. ⁊ in nomine domi/ aſſimilabitur ſic dicit. Iſti ſunt qui conuertuntur de gentili/ tate conuerſi ad fidem in nomine Iſrahel nominandi ſunt ut dictum eſt. prout patet ex auctoritate pſa. allegata. et glo. Rab. ſa. qui apud te doctoz authenticus eſt. de quibz intel/ ligenda ſunt uerba prophetarum per te allegata. per que di/ cuntur omnes filij Iacob ſeu Iſrahel ſaluandi per meſſiam per iſtos enim intelligendi ſunt illi qui ſecundum fidem et operationem descendunt de Iſrahel ⁊ Iacob cuiuſcuqz na/ tionis ſunt. non autem illi qui ſolum ſecundum carnem ab Iſrahel ⁊ Iacob descendunt. tales enim non ſunt uere ſeu ſim/ pliciter dicendi Iſrahelitici nec de Iacob descendentes niſi. ſ. ſecundum quid. ſ. ſecundum nomen tantum.

### Saulus

**I**lli qui de Iacob et Iſrahel deſcendunt ſecundum carnem. licet non ſint filij iſrahel per imitationem fidei ⁊ operis prout tu dicis. tamen adhuc uerius debent dici Iſrahel. ſicut filius ali/ cuius per carnalem generationem uerius dicitur filius eius quam adoptiuus.

### Paulus

**R**atio tua ⁊ ſi haberet locum in rebus temporalibus. non autem in ſpiritualibus in quibus uera filiatio non ſecundum bona carnalia ſeu temporalia. ut patet de filiis prophetarum qui non in bonis paternis temporalibus ſuccedunt prophetis



sed in bonis spiritualibus. s. in dono prophetie. et ideo proprie loquendo nominatio Israelis seu Jacob que est secundum imitationem fidei et operis. proprior est et uerior nominatio quantum ad spiritualia. Unde tales filii uere et simpliciter dicuntur filii Israel in spiritualibus. Filii uero qui tantum secundum carnalem generationem descendunt non sunt simpliciter dicendi filii Israel. nisi tantum secundum quid. s. secundum carnem seu nominationem tantum. prout iam dictum est.

**Saulus.**

**Q**uoniam habes aliquam auctoritatem in qua hec dicta tua fundentur.

**Paulus**

**I**saie. xlviii. legitur. Audite hec domus Jacob qui uocamini nomine Israel. et de aquis Juda existis qui iuratis in nomine domini. et in deo Israel recordamini non in ueritate nec in iustitia. Ex quo patet quod illi qui iurabant in nomine domini non in ueritate nec in iustitia irreuerenter se habent ad deum. Unde talibus propheta dicebat. Audite nunc domus Jacob qui uocamini nomine Israel. quod dicitur. Licet estis de domo Jacob secundum stirpem generationis. non tamen estis ueri Israelitici. licet uocamini nomine tali. quia non re sed solum nomine estis Israelitici et talibus etiam dicitur. Osee. primo. uoca nomen eius non populus meus. in quo ostenditur quod illi qui a deo recedunt secundum operationem et fidem. non sunt proprie dicendi populus eius. licet a patribus deorum colentibus descendat. sicut ibidem filius qui secundum carnem a propheta descendebat uocabatur non populus meus.

3. ca.

**C**apitulum Tertium. In quo ostenditur quod per messiam erant ruendi et scandalisandi principales et maiores et etiam populares populi Israelitici.

**Saulus.**

**L**icet filiatio secundum fidem et operationem (prout tu dicis) sit potior et dignior quam filiatio secundum carnalem generationem saltem in spiritualibus. nichilominus tamen filiatio illa que secundum carnem est non est intantum facienda quod totaliter amittat bona paterna saltem temporalia. Et est ratio

non quod filii dei sunt  
sunt spirituales et operationes.  
et sunt carnales generationes.

20 Rab. 0701.

Rab. moi. . . quam tibi allegabā superuis in suo uigore maēt dicit enim quod occasione illius quē tu dicis messiam Israhel est dispersus per orbem destructus / 7 omnio deiectus. quod est signum manifestum ipsum nazarenū non fuisse uerum messiam in prophetis promissum. cum nullus propheta uideatur dicere quod per uerum messiam talia mala contingerent in populo Israhelico. qualitercumq; Israhel intelligatur.

**Paulus.**

**L**icet (ut dixi tibi) dicta magistrorum tuorum non sunt a me accipienda tamquam habentia auctoritatem contra me: con- cedo tamen magistro tuo predicto quod occasio ē ueri mes- sie (quem ego predico) populus tuus est dispersus per orbem 7 destructus 7 omnino eiectus. sed hoc non significat ipsum. n. Jesum nazarenum non fuisse uerum messiam in prophetis promissum. sed potius est uerum signum scrutantibus scrip- turas concludens oppositū. s. quod ipse fuit 7 est uer<sup>us</sup> chri- stus in prophetis promissus. quia causa dispersiois destruc- tionis seu deiectionis iudeorum precipua fuit occisio chri- sti quam perpetraverunt nequissime. prout potest haberi ex auctoritatibus seu historijs authenticis. Si enim nazare- num in christum recepissent: 7 in penam huius receptionis destructionem 7 alia mala paterentur tunc uideretur ha- bere locum ratio magistri tui. Sed quia oppositū cōtingit s. quod postquam eum contempserunt / eiecerunt / 7 occiderunt. predicta mala deuenerunt eis. Idcirco ratio tua magis fa- cit contra te: si bene consideras.

**Saulus**

**I**ndica michi obsecro. Unde habes quod per peccatū mortis nazareni iudei fuerunt destructi 7 dispersi.

**Paulus**

**N**e hoc quod per occasione christi iudei meruerunt destru- ctionem 7 deiectionem 7 cetera predicta: habendus ē sermo inter me 7 te separatim domio concedente. quia hoc requi- rit singulare scrutiniū scripturarum. sed ad presens sufficit michi ut tibi ostendam quod si bene sacras scripturas scru- tatus fueris manifeste reperies quod ipse messias futurus erat in scandalum 7 laqueum Israhelis 7 Iherusalem. 7 hoc

n. h. de scandalis.

q. scandalis  
p. d. u.

q. actia et

q. p. passia et

quantum ad precipuos eorum. s. ad status superiores et etiam quantum ad populares seu uulgares. de ipso enim legitur ysa. ix. Et erit uobis in sanctificatione et in lapidem offensionis et petram scandali. duabus domibus Israel. et in laqueum et in ruinam habitantibus in Ierusalem. Ex quo habes quod ille messias qui futurus erat in sanctificationem confirmando eos in bono qui adherent. et ipsemet futurus erat in laqueum et lapidem offensionis. et duabus domibus Israel. s. Regali et Sacerdotali. qui sunt principales stat in Israel. sicut in qualibz natione. quas duas domus Israel propter sua incredulitate iusto iudicio fecit rueri. similiter futurus erat ille in laqueum et in ruinam habitantibus in Ierusalem. s. communi et uulgari populo qui in ciuitate Ierusalem ubi christus passus est. omnes tales fere ruerunt per infidelitatem. licet non omnes. Unde statim sequitur ibidem. Et offendentur ex eis plurimi. q. d. non omnes. ex qua auctoritate manifeste habes quod messias spectatus et promissus debebat esse occasio offensionis et scandali duobus statibus precipuis Israeliticis. et etiam in ruinam plurimis uulgaribus populis de habitantibus in Ierusalem modo predicto.

ysa. 9.

promissio, p.

ysa. 9.

promissio

### Saulus.

Hec auctoritas allegata per te non concludit tuum propositum. propter duo. Primum quia hic non loquitur de messia. sed de deo. Immediatè enim communi illa uerba dicebat propheta. dominum exercituum ipsum sanctificate. ipse pauor uester. et ipse terroz uester. Et statim subdit. Et erit in sanctificationem. s. ille deus quem sanctificabitis. de quo loquor. Ex quo patet quod de deo. non de messia loquitur. Secundo quia ille due domus (de quibus loquitur ysaias) fuerunt domus facte filij Romelie regis Israel. quam fecit deus rueri per Salmanassar regem Assiriorum. iij. Regum. xvij. Unde si bene consideres auctoritas predicta non facit pro te.

2. Reg. 18.

### Paulus

Ad Primum quod obicit tibi respondeo. quod deus et christus seu messias secundum ueram fidem quam predico. non sunt duo. sed unus. et idem deus et homo. et ideo loquendo propheta de deo. d. dominum exercituum ipsum sanctificate. et subiungendo. et erit in sanctificatio. et de christo potest

52. ad 7

plane intelligi. qui idem est cum deo. quia tamen scio quod hoc erit tibi durum ad credendum pro nunc. et est tante arduitas quod requirit singulare et diligens scrutinium scripturarum. Ideo placet ut supersedeamus ad presens de ista inquisitione. sicut de alia supradicta. s. de occisione christi. donec habeamus colloquium speciale circa veritatem christi. ubi diuina gratia inspirante intendo tibi persuadere ratione. et ostendere auctoritatibus sacris. quod secundum ueritatem christus seu messias est uerus deus et uerus homo.

### Saulus.

Licet firmiter credo quod non persuadebis michi. nec etiam ostendes quod promittis. cum sis contra totam rationem et sacras auctoritates. tamen placet supersedere ad presens de hoc. ut per se fiat de eo iuxta me et te altercatio sufficiens. unde responde michi ad secundum.

### Paulus

ad 2<sup>m</sup> Ad secundum respondeo tibi. quod dicere quod iste due domus (de quibus propheta loquitur) intelliguntur de domibus factis filio Romelie. et de Osea filio Hela. qui fuerunt reges Israhel non est conuenienter dictum. tum quia in regno Juda licet fuerunt multi reges successive. non tamen dicuntur multe domus regie. sed tantum dicuntur una domus. s. domus Dauid. Unde in capitulo precedenti propheta loquens Ahas regi qui a magnis temporibus post Dauid regem successerat dicit ei. Audite nunc domus Dauid. presupponis quod domus regia eadem erat a tempore Dauid et citra. et similiter habetur in alijs locis. sic in proposito dicendum est de regibus Israhel. s. quod licet prefatus filius Romelie et Oseas filius Hela fuerunt duo reges in Israhel successive. non tamen dici debent due domus regie. cum eadem sit domus regia regni Israhel. tum quia licet prefatus filius Romelie unacum Rasin rege Sirie ascenderint in Iherusalem contra Ahas regem Jude. ut habetur. iij. Reg. xxi. De qua controuersia psaias loquitur supra eo. cap. Oseas autem filius Hela non legitur habuisse aliquid agere contra Ahas seu Ezechiam. nec aliquem regem Jude. Et ideo non apparet ratio quare de Osea seu de eius domo in hoc loco fieret mentio. Unde manifestum est secundum seriem littere. quod illud quod

propheta loquitur de duabus domibus Israel non est intelligendum de duobus regibus per te allegatis. sed de duabus domibus. s. de duobus statibus principalibus. s. regia et sacerdotali modo predicto intelligendos. quibus idem deus seu christus qui debebat esse in sanctificatione. s. iustus fidelibus. idem ipse habebat esse in lapidem offensionis et petram scandali. et non credentibus. Unde ex predictis diligenter consideratis possent tolli contrarietates que apparerent in auctoritatibus sacris. de Israel et Jacob et huiusmodi loquentibus in materia redemptionis seu saluationis Israel seu Jude. et huiusmodi attribuendo singula singulis secundum diuersitatem significationum supradictarum iuxta exigentiam materie.

1. q. ca.

**Capitulum Quartum.** In quo ostenditur in speciali quomodo diuersis significationibus horum terminorum Israel/Juda et Jacob et huiusmodi utendum sit in expositione sacrarum auctoritatum.

**Saulus.**

Quum multiplicitas sensuum seu significationum in una scriptura seu dictione parit ambiguitatem seu deceptionem et argumentandi tollit firmitatem. secundum quod aliquae fallacie in dialecticis assignantur. debet ergo dari circa diuersa predictorum terminorum aliqua regula seu mensura secundum quam possunt intelligi aliquantulum singula significata singulis casibus seu materis debet applicari. quod uidetur ualde difficile. Unde distinctiones tue non uidentur sufficere ad tollendam contrarietatem absque omni fallacia et ambiguitate a sacris auctoritatibus de predicta materia loquentibus.

**Paulus**

Minimo recte scrutari scripturas non est difficile regulam seu rationem dare. quare talis ambiguitas seu contrarietas tollatur

**Saulus.**

Indica michi que uicis sufficienter ea declarando.

**Paulus**

Si circa hoc recte sacras scrutatus fueris auctoritates repe-

ries quod in scripturis sacris de hac materia loquētibz uar/  
rys diuersisqz moīs. **I**srahel et Jacob seu Juda sūt itelligēdi  
saltē quinqz modis. **P**rimus quando scripture loquūtur  
de redemptione Israhel. ostendendo ipsius redemptionis. s.  
ipsius messie originē. et in talibus oportet quod Israhel itel/  
ligitur proprie secundū generationem carnalem. ut cū dici/  
tur de christo uenturo. ysa. lxx. Educam de Jacob semen et  
de Juda possidentem montes meos. Et ysa. x. **E**gredietur  
uirga de radice Jesse. et sic de similibus est etiā. **S**ecundus  
modus. s. quando scripture loquūtur de his qui fuerūt pri/  
mi et principales cooperatores in misterio redemptionis cuz  
ipso messia seu christo. diuulgando eius fidem et doctrinam  
Et in talibz intelligēdis Israhel seu Jacob utroqz modo si/  
mul sumitur. s. secunduz carnez et secundū spiritū. ut cum  
dicitur. qui egrediūtur impetu a Jacob. implebunt totū or/  
bē semine. ysa. xviij. **T**ertius modus quādo scripture lo/  
quūtur suscipientibus redemptionem seu saluationem effe/  
ctualiter. ut cuz dicitur saluatus ē in domino salute eterna  
ysa. xlv. et Mich. ij. cap. Congregationem congregabo coraz  
te. et sic de similibus. Et in his oportet quod intelligatur Is/  
rahel secundum spiritum proprie. siue talis Israhel sit secū/  
dum carnalem generationē siue non. **E**st quartus modus  
quomodo scripture loquūtur de his qui propter sua pecca/  
ta non fuerunt participes redemptionis. Et in talibz oportet  
intelligere Israhel secundum carnalem generationem.  
non autem secundum spiritualem. ut cum dicitur. Osee. ix.  
de populo Israhelico. propter malitiam operum suozū. de  
domo mea expellam eos. non addā diligere eos. omnes prin/  
cipes eozum deuiantes. que quidem uerba et similia intelli/  
genda sunt de Israhel. qui non secundum spiritum. sed tan/  
tum secundū carnem a patribus descendunt. **P**otest etiā  
esse quintus modus. quomodo. s. scripture de Israhel loquū/  
tur mixtim. ut cum dicitur. ysa. primo. Nisi dominus re/  
liquisset nobis. s. Israhel et Jude semē. quasi Sodoma fuisset/  
mus. et c. ubi oportet intelligere Israhel utroqz modo. quia  
secundum carnem quantum ad eos a quibus fuerunt relic/  
ti. secundum spiritum uero quantum ad semen relictū. **S**ūt  
forte etiā alij modi loquēdi in scripturis sacris de hac ma/  
teria. qui secundū modos predictos seu ad eos reduci possūt

### Saulus.

**Q**numquid habes auctoritates seu rationes ad hec que per te dicta sunt fundanda.

### Paulus

**A**d primū modū loquendū fundandum seu firmandū sunt ostendentes. quod messias promissus in prophetis debz esse ex semine Abzabe. ut Gen. xxv. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terre. pro ut plenius ibidem in quadam additione fuit exposituz. Similiter habetur ex auctoritate scripture. quod predictus messias debet esse de tribu Juda. ut Gen. xlix. Non auferetur sceptrum de Juda. nec dux de femore eius. donec ueniat qui mittendus est. 7c. quod loquitur de messia etiam secunduz doctores tuos. Debet etiā esse messias de fructu uentris Dauid. cui dicitur in ps. De fructu uentris tui ponā super sedez tuam. Cum ergo origo saluatoris denuncietur esse de semine Abzabe. 7 de femore Jude. 7 de fructu uentris Dauid. que omnia pertinent ad carnalem generationem. manifestum est quod messias promissus secundum carnem debet descendere a patribus predictis.

### Saulus.

**Q**numquid messias non debet descendere a predictis. etiam secundum spiritualem generationem. cum sit sanctus sanctorum. maximus imitator patrum in sanctitate. cur ergo non attribuis sibi generationem secundum utrumq; modū scilicet carnalem 7 spiritualem.

### Paulus

**S**ecundum ueram fidem quam predico. messias descendit a patribus carnalibus qui in sua geneologia ponuntur secundum carnem tantum. Non solum secundum spirituale generationem a solo deo patre nascitur seu natus est. Et quia hoc misterium ut dixi tibi requirit scrutinium singulare. ideo ad presens superfedeamus de hac inquisitione. sed sufficit tibi quod messias habuit descendere secundum carnem a patribus. quod non dubito te concedere. Ad Secunduz modum loquendū fundanduz. satis uidetur sufficere euidentia facti. Est enī manifestū quod fides christi. 7 eius disciplina

Disti. 2. de huiusmodi  
 9<sup>mo</sup> ca. 2. p.  
 . quoz p<sup>m</sup> ca. 8. q. q. gētes vocāde erant  
 ad israeliticam dignitatem

diuulgata fuit in orbe terrarum per apostolos seu discipulos suos. qui pro maiori parte fuerunt de Israhel secundum carnem et secundum spiritum. presupposita nostra ueritate quod tu etiā potes concedere de Messia per te spectato. sine preiudicio tue opinionis. Ad Tertium uero modū fundādū recta ratio persuadet. Omnis enim qui in domino saluatus est salute eterna. oportet quod sit de Israhel secundū spiritū undecumqz sit ille secundum carnalem generationē. alias enim deus esset acceptor personarum ut supra tibi dixerim. Quartus etiā modus pari ratione fundatur. Nam illi qui per peccata sua a salute expelluntur. nō descendunt secundū spiritū a patribus. Quintus uero modus fundatur ex quarto et tertio. ex quibus mixtus est seu compositus. Ex quibus diligenter consideratis et debite applicatis. possent tolli cōtrarietates absqz ambiguitate seu fallacia a sacris auctoritatibus de Israhel seu Jacob. et huiusmodi in predicta materia loquentibus.

**D**istinctio Secunda. De scrutinio scripturarum contra uocationem gentium ad Israheliticam dignitatem. et habentur quatuor capitula. In Primo capitulo ostenditur quod gentes uocāde erant ad Israheliticam dignitatem.

1. In secundo ostenditur quod uocatio gentium incipienda erat postquā christus principaliter fuisset in Iherusalem. et ibi euangelisaret. nec ibi inuenisset uiros iustos et hmoī.
2. In tertio ostenditur quod fideles christi nō nose Israhel seu Juda. sed alio nomine erant uocandi.
3. In quarto ostenditur quod licet nomen Israhel seu Juda post passionem christi fuit reprobatur seu in execratione dimissum. fideles tamen christi ex Israhel et Jacob. i. secundum carnem descendentes. non minus christianam dignitatem seu ecclesiasticam sortiti sunt. quā alij gentiles.

Act. p. huius 2. disti. huius tractatus ca.

**C**apitulum Primum. In quo ostenditur quod gentes uocāde erant ad Israheliticam dignitatem.

**S**aulus.

Licet ex uictis tuis possit haberi quod etiam gentiles ad cultum diuinū uenientes possunt nomine Israhel seu Jacob cog



nominari. ut in tertio mō supradicto ex tuis colligitur die  
tis. non tamen ex hoc habetur quod tales. s. aduene gentiles  
Israheliticam dignitatez consequantur. Scrutans. n. scrip-  
turas reperio quod huiusmodi aduene licet in consortium  
Israhelitarum recipiantur. 7 sub eorum nomine cognomi-  
nantur. non tamen ad similem seu equalem dignitatez assu-  
muntur. Vnde quia secundum doctrinam meam seu magi-  
stri tui. tales aduene. s. de gentilitate conuersi ad eandem. seu  
ad omnimodam similitudinem Israheliticis dignitatis re-  
cipiuntur. sequitur quod christus tuus non ē messias in pro-  
phetis promissus. qz talia per se 7 discipulos suos dogmati-  
sant cōtra sacrarū determinationē scripturarum.

### Paulus

**I**ndica michi ubi in sacris eloquijs ea que dicis continētur.

### Saulus

**L**egitur ysa. xiiij. Miserebitur enim dominus Jacob. 7 eli-  
get ad hoc de Israhel. 7 requiescere eos faciet in humū suā.  
7 adiūgetur aduena ad eos. 7 adhērebūt domui Jacob. Et  
infra sub eodem contextu. et possidebit eos domus Israhel  
super terrā suā. 7 capientes eos qui se ceperant. Ex qua auc-  
toritate manifeste habes. quod cū deus miserebitur Jacob.  
7c. s. tēpore messie. 7 adiūgetur aduena ad eos. s. per unius  
dei cultum. quod tunc tales aduene erunt serui seu subditi  
Israhelitarum. non autem eis in conditione seu equalitate  
equales.

### Paulus

**A**uctoritas hec loquitur de statu populi Israhelitici. cū fue-  
runt liberati a captiuitate Babilonica: non autē de tēpore  
messie. Dicitur enī ibi imediate ante. prope est ut ueniat tē-  
pus eius. s. liberationis Iudeoz de Babilone. que facta ē in  
principio regni Ciri. regis Persarū. ut habetur Esdre. p<sup>ri</sup>o.  
quod tēpus nō erat multū longū a tēpore ysaie. Ideo sub-  
dit. Et dies eius non elongabuntur. secus est si de libera-  
tione que per messiam. erat fienda. que non erat ita pro-  
pe. sed ducentos annos et ultra a tempore ysaie. secundum  
ueritatem nostram. Secundū autē opinionē tuā qui adhuc  
illā expectas liberatōnez post tēpus prophetie p<sup>re</sup>dictis. Ideo  
fluxerunt duo milia annozū 7 ultra. 7 adhuc non apparet

finis. de quo tēpore tam longissio 7 iterniatio. nullo potest  
mō dici. prope est ut ueniat tempus eius. et dies eius non  
elōgabūtur. In tēpore autē messie nō reperies. quod conuer  
si de gentilitate sint serui seu subditi. Israhelitarum. sed  
potē de utraqz natōe. sed ex Israhelitica. 7 gentili debebat  
fieri unus 7 idē populus dei. Vnde Zach. ij. Lauda 7 leta  
re filia Sion. quia ecce uenio 7 habitabo in medio tui dicit  
domin⁹. quod intelligitur de tēpore messie quādo habitabit  
deus in nobis. 7 sequitur. Et applicabūtur gentes multe ad  
dominū in illa die. s. per cōuersionē gentiū ad fidē. 7 erunt  
michi in populū. Ex quo patet quod inter eos nō erit diuisio  
natiōnū. s. Iudei 7 greci. seu alterius nationis. sed unus  
populus tantū sicut unus deus.

### Saulus

**E**x illa auctoritate quā allegas licet potest cōcludi. quod gē  
tues cōuersi ad Iudaismū recipiātur ad legis obseruatiā  
equaliter cū alijs. intantū quod possent dici unus populus  
cum eis. nō ex hoc habetur quod tales alienigene admitten  
tur ad ea que erant honorū. Nam ut habetur Deutro. xxij.  
Aliqui gentiles in tertia generatiōe. aliqui in decima. aliqui  
nūquam admittēbātur ad honores seu dignitates Israheli  
ticas.

### Paulus

**I**saie lxxj. de hac materia legitur. 7 filij aduene qui adherēt  
domino 7 colent eum 7 diligent nomen eius etc. Et sequitur  
Adducam eos in montem sanctum meū 7 letificabo eos in  
domo oratiōis Vnde holocausta eorū 7 legitima placebūt  
michi super altare meū. Ex quo habes quod etiam gentiles  
cultui diuino adherētes. equaliter se debebāt habere in om  
nibus ad dignitatem Israheliticam pertinentibus.

### Saulus

**N**on habes ex ista auctoritate intētū. sicut nec ex prima. nō  
adduci in sanctuario. nec etiaz letari in domo oratiōis. uel  
etiam animalia ibi offerre. ut ex eis sacerdotes offerāt ho  
locausta 7 sacrificia in altari cōmune est. popularibus fu  
relibus. secus est de alijs p̄eeminētis et dignitatibus ad  
quas non debebant admitti huiusmodi aduene. ut iā dictū  
est 7 per me allegatum.

### Paulus

**N**ulla dignitas in lege magis exigebat certam tribum seu pro-  
sapiam quam sacerdotium. ad quod nulli erat licitum accedere  
nisi esset de semine Aaron. ut habetur. Nume. xviii. cap. et  
in multis alijs locis. Et tamen legitur quod tempore messie  
de gentibus ad fidei conuersis erant assumendi sacerdotes  
et leuite. Legitur enim ysa. ultimo ubi de messia et eius disci-  
pulis qui ab eo missi fuerunt ad predicandum agitur. cum  
dicit. mittam ex eis qui euasi fuerunt. scilicet a persecutione facta  
tempore messie ad gentes. scilicet conuertendas. Et sequitur in eodem  
contextu. Et assumam ex eis. id est gentibus conuersis in sacerdotes  
et leuitas dicit dominus. Ex quo habes manifeste. quod etiam  
ex gentibus poterant fieri sacerdotes et leuite. Et sequitur  
quod tales ad dignitatem Israeliticam debebant assumi. quod  
quidem etiam tui doctores sentierunt.

### Saulus

**A**lega doctores nostros qui hoc uidebantur sentire.

### Paulus

**S**uper illud Exo. xi. Hec est religio pharae. Sequitur in littera  
in eodem contextu. eadem lex erit indigene et colono qui pere-  
grinatur apud uos. ubi glosa. raunai. sic ait. futurum est  
scilicet tempore messie. quod conuersi de gentibus sint sacerdotes do-  
mino ministrantes. Hoc ille.

§. 2. ca.

**C**apitulum Secundum. In quo ostenditur quod uocatio  
gentium erat incipienda postquam christus principaliter fuisset  
in Iherusalem. et ibi etiam euangelisaret. Nec ibi inuenisset  
uiros iustos et huiusmodi.

### Saulus.

**A**ssumere sacerdotes et leuitas non solum de alienigenis. sed  
etiam de alijs tribubus. preterquam de tribu leui. manifestum  
quod esset transgressio legis mosaice. quod est directe contra  
doctrinam magistri tui et discipulorum eius. cum tamen ipse  
fateretur quod non uenit soluere legem. Math. v. cap. Sed quia  
de hoc intendo contra te singulare certamen habere. tanquam  
de re notissima et doctrine tue inimica. Idcirco ad presens  
superfedeo de hoc. sed proseguendo materiam de qua agimus  
scilicet de uocatione gentium. Quero a te si gentes indifferenter

erant uocande ad fidem tui messie seu christi . ex quibus cũ  
 Israhelitica natōe erat unus populus constituendus. Quo  
 mō ergo ipse dicit . Math. xv. Non sum missus nisi ad oues  
 que perierūt domus Israhel. Non. n. uales dicere quod ibi  
 loquebatur de Israhel secundū spiritū. ut sic cōprehendan/  
 tur etiā alij credentes de ceteris natōibus. ut supra in eua  
 sionibus tuis dicebas. nam hec non habēt locum hic. Loque  
 batur enī messias tuus cuidā chananee de partibus Thiri ⁊  
 Sidonis egressē. cui petenti ab ipso beneficiū curationis. rei  
 spondit. Non sum missus. ⁊c. Ex quo patet quod ibi cũ dixit  
 rat ad oues que perierant domus Israhel. intelligendū est  
 secundū generationē carnalē. de qua chananea non descēde/  
 bat. alias responsū ipsius ad eā nullā cōtinebat rationē. Si  
 igitur ipse non fuit missus nisi ad domū Israhel secundum  
 carnē. sequitur quod alie oues nō erūt de tali domo Israhel  
 nec pertinebāt ad ipsuz. ⁊ sic uocatio gentiū ad suā fidez est  
 manifeste cōtra cōmissionē quā dicitis sibi a deo factam.

### Paulus.

**P**lacet michi quod allegas dicta euangelij nostri. licet ut  
 credis sit contra me ut uideas quod eloquia xpi nri sūt exa  
 miāta. ⁊ nullo mō repugnāt alicui ueritati. Vnde ad decla  
 rationē uerborū christi per te allegatorū tibi respōdeo. quod  
 licet christus missus fuit ad totū genus humanū redimen/  
 dū. ut patuit per auctoritatē ysa. supra per me allegatam.  
 xlix cap. ubi dicitur. Paruz est ut sis michi seruus ad susti  
 nēdas tribus Jacob. ⁊ feces Israhel cōuertēdas. Dedi te in  
 lucē gentiū. ⁊c. In qua maifeste patet quod salus per ipsuz  
 facta seu fienda se extēdebat ad omnes nationes. ⁊ usqz ad  
 extrema terre. cum eius doctrina seu predicatio ⁊ miracu/  
 lozū operatio. p̄mo ⁊ p̄ncipaliter ⁊ per seipsum erat ex/  
 erēda in populo Israhelitico secundū carnē. eo quod anti/  
 quis patribus Judeozū fuerat facta promissio. Et p̄ppter  
 hoc dicit. Nō sū missus nisi ad oues. ⁊c. s. ut in persona mea  
 eis predicē. ⁊ inter eos miracula faciā. nō sic autē ad ceteras  
 nationes. quia tamē p̄o maiori parte Judei fidē christi re/  
 pulerūt nisi ualde pauci ut dictū ē. ⁊ gentiles in magno nu/  
 mero eā susceperūt. Ideo cōsequēter discipuli christi Judeis  
 reprobatis ad predicādū gentibus se extēderūt. p̄out apo/  
 stolus nri ad Ro. xv. hoc elegāter declarat. cui⁹ auctoritatē

nō tibi allego. eo quod nō recipies eaz. sed si scrutat<sup>r</sup> fueris scripturas sacras per te recipiendas. hec poteris bene recipere. quod christus primo ad populū Iſrabeliticū erat uenturus. 7 ibi erat primo euāgelisandū uerbū dei. cōsequēter autem propter defectū Iudeozū ad alias nationes erat hoc transferendū.

### Saulus.

**A**llega michi ubi sint auctoritates hec asserentes. quas ego recipere teneor.

### Paulus

**L**ege in ysaia xli. cap. ubi habetur sic. Primus ad Sion uicet ecce assum. 7 Iherusalem euāgelistā dabo. Et sequitur. Uidi 7 nō erat uir. nec ex istis quisquā ut iniret cōsiliū. et interrogās uideret uerbū. Ecce omēs iniusti 7 uana opera eozū. 7c. Et sequitur statim in principio sequentis capituli. Ecce seruus meus suscipiā eum. electus meus cōplacuit sibi in illo anima mea. dedi spiritū meū super eum. 7 iudicium gētibus proferet. Que quidem uerba 7 multa sequētia in hoc capitulo loquūtur de christo ad litterā. Vnde Rab. sal. in hoc loco expresse dicit. totū illud loquitur de rege messia 7 redemptione ultima. Hec ille. Idem habetur in translatione caldaica ipsius Jonathe. que equiualeat textui apud nos. Ex quibus habes. quod ille rex messias primus ad Sion uicet. ecce assum per presentia suā. ibi manifestā. 7 Iherusalem euāgelistā dabo. ānūtiādo ibidē uerbū salutis p suā predicatōnez. Sz qz ibi nō inueit in illā natioē uirtuosos seu iustos qui uellēt recipere doctrinā suā. Sed pot<sup>r</sup> pro maiori parte oppositū. Ideo dicit. Et uidi 7 ecce nō erat uir. nec ex istis quisquā ut iniret cōsiliū. 7c. Ecce omnes iniusti 7 uana opera eozū. 7c. Idcirco de messia qui seruus dei secundū naturā assumptā. 7 eius electus in quo placuit deo. 7c. statim subdit. Iudiciū gentibus proferet is. qz iudicia sua leges 7 doctrinā in defectū Iudeozū gentibus protulit. 7 ut ostenderetur quod hec iudicia per mansuetudinē 7 humilitatē erant promulganda non in tumultu seu strepitu. sicut in datione legis ueteris. que cū terrozibus maximis data fuit. ut Exo. xxx. 7. xx. cap. Ideo subdit. Non clamabit nec accipiet personaz calamū quassatū non cōteret. 7c. Et sequitur. Donec

ponat in terra iudicium. et legem eius insule spectabunt. quod totum de lege christi uerificatur. que in insula maris fuit diuulgata per discipulos. postquam presentialiter christus fuit in Iherusalem et ibi euangelisaret. ut dictum est. nec ibi inuenisset uiros iustos. nisi paucos. quod in modico. et quasi pro nichilo reputatur.

f. 3<sup>m</sup>. c<sup>a</sup>.

**Capitulum Tertium.** In quo ostenditur quod fideles christi non nomine Israhel uel Juda seu Jacob. sed alio nomine erant uocandi.

### Saulus

**Ex** quo tu asseris quod gentiles erant uocandi non solum ad fidem dei. sed etiam Israheliticam dignitatem. et quod tales potest sunt uicendi Israhelite quam antiqui. eo quod descenderunt de Israhel secundum filiationem spirituale. Quero igitur que est ratio qua tales communiter non nominantur Israhel seu Jacob et huiusmodi. sed alijs nominibus. nominationes enim a digniori consueuerunt fieri.

### Paulus.

**Quod** populus christi promissus non deberet nomine Israhel sed alio nomine uocari. potest haberi auctoritate et ratione.

### Saulus

**I**ndica michi primo auctoritatem sacre scripture hoc dicentem que in rebus diuinis est efficacior quam ratio humana. et deinde redde rationes si que sunt.

### Paulus

**Isaie. lxx.** ubi loquitur de messia qui de Jacob erat descensus. et de Juda dicens. Educa de Jacob semen et de Juda possidentem montes meos. et hereditabunt eam electi mei. et serui mei habitabunt ibi. quod intelligitur ad litteram de christo et suis sequacibus. Et infra de his qui ab eo recessuri erant dicit. Ecce serui mei comedent. et uos esurietis. serui mei letabuntur. et uos erubescetis. etc. In quibus et alijs ibi interpositis ponit differentias inter seruos dei. scilicet adherentes christo predicto. et ei contradicentes ibidem. ut ostendat quod huiusmodi serui dei non nominabuntur sicut prius. scilicet Israhel. sed alio nomine. et quod nomine Israhel quodammodo quasi excreabile manebit.

ysa. 64.

idz.

at 9

Subdit in eodem cōtextu. alloquēs perfidis a christo recedē-  
tibus. 7 dimittetis nomē uestrū in iuramentū electis meis . *tex 9.*

7 interficiet te dominus, 7 seruis suis uocabit nomine alio.

¶ Ex qua auctoritate manifeste habes. quod Israhelitici secū-  
dū carnē a christo recedētes. habebāt dimittere nomē suū  
s. Israhel in iuramentū. s. execratiōis. electis meis. i. christia-  
nis. qui aliquādo iurāt execratoriē. Si hoc feci moziar sicut

¶ n. h. Juramētū Execratiōis

¶ iudeus, 7 sic nomē Israhel remanet post christū in iuramē-  
to execratorio, sicut Numeri. v. Uxor de zelotipia accusata  
dicitur a sacerdote. Det tibi dominus in maledictionem et

¶ x. nū. 4.

ad 2<sup>o</sup> m

exēplū in populo tuo. 7 sic manet nomē Israhelis post chri-  
stū in maledictionē execratoriā. Et sequitur in predicta au-

¶ tex

ysa. 64.

toritate ysaie. Interficiet te dominus. quod secundū quos-

¶ copio.  
ro.

dam fuit impletū per Romanos destruētes tēplū 7 gentes.

. 602<sup>m</sup>

Sed non bene consonat precedētibus. semper enim loquitur

¶ tex 9

hic in plurali numero. cū illis a christo deuiantibus. 7 ideo

hoc quod dicit. Interficiet te dominus. referēdū ē ad nomē

¶ est q. de. donū nō. h. rē. h.

Israhelis. de quo imēdiatē dixerat. 7 dimittetis nomē uīm

¶ ps.

in iuramētū. cui nomī propheta alloquēs dicit. Interficiet

te dominus. nomē enī alicuius sicut dicitur uipere p bonaz

7 gloriofā famā. sic et dicitur mozi per infamiā seu ignomi-

niā. sicut dicitur in ps. quādo mozietur 7 peribit nomē eius.

Et postquam propheta ostendit obprobrium nominis Is-

ysa. 64.

rahelitici modo predicto. quia statī dicit quod serui domini

¶ ysaie.

¶ 92.

¶ xps. deus  
homo.

scilicet fideles uocauit nomine alio. quia uocati sunt fu-

deles in primitiua ecclesia discipuli christi. Juxta illud

ysa. liiij. Vniuersos filios tuos doctos a deo. quia omnes

illi fuerūt ab ipso christo deo imēdiatē docti. nō sicut in ue-

teri lege in qua fideles docebātur a deo mediante Moise seu

prophetis. Propterea iaz defunctis pro maiori pte primi-

tuis ecclesie qui a deo ut dictum est imēdiatē fuerūt docti

uocati sunt fideles nomē christiani a christo seu crismate

quod unctionē gratie designat. qua proprie diuiditur popu-

lus dei a non populo dei.

### Saulus.

Hec auctoritas per te allegata nō adaptatur tuo proposito  
¶ Illi enī qui reprobātur in hoc loco a propheta erāt idolatre  
alloquēs enī eis dicit. Et nos qui dereliquistis dominum et  
obliti estis nomē sancti mei. qui ponitis fortune mensam

7 libatis super eā. numerabo uos in gladio. 7c. Cōstat autē q̄ in templo secundo p̄sertim in tēpore quo tuus messias uenit. iudei nō erāt idolatre. ideo cū hic dicit qui pōitis fortune mensam. quod intelligitur de deo seu de ipsa fortuna quod pertinet ad idolatriā. hoc nō potest intelligi de iudeis contēporaneis christo tuo. sed oportet q̄ intelligatur de Iudeis in tēplo p̄mo existētibus. qui pro magna parte fuerūt idolatre. ut habetur. iij. Reg. Et quia illi nō perdidērūt nō mē Israhelis. ut patet de multis sanctis uiris. qui postea fuerūt. ut Zacharias. Malachias. Esdras. Daniel. 7 huiusmodi. Idcirco tua expositio nō uere cōsonat ueritati.

### Paulus

**S**i diligenter cōsideras litterā huius capituli. p̄prie adaptatur proposito meo. q̄ singula cōtenta in hoc capitulo hoc manifestāt. que singulariter tangere omitto causa breuitatis. Sed tantū declarabo tibi exordium huius prophetie. 7 de inde respondebo ad obiectionē tuā. Circa p̄mū in exordio huius altercatiois propheta sic dicit. Hec dicit dominus. quomodo si inueniatur granū. s. uinū in botro. s. post tēpestates quod quidē granū ē modicū respectu eius quod perditū est in tēpestate. 7 dicatur. s. uolētū dirūpe ne dissipēs illud. quoniam benedictio est in eo. i. benedictio dei. quod remāsit ibi reliquis p̄nitibus. sic faciā p̄pter seruos meos. i. patriarchas 7 prophetas antiquos. ut nō disperdat totū. s. populū iudaicum. 7 ut ostēdat quomō ista fient subdit. 7 educā de Jacob semen. 7 exponatur ut supra dictū est. quod manifeste adaptatur proposito meo. Ad id autē quod obicis de eo quod dicitur. Qui ponitis fortune mensā. 7c. Respondeo tibi dupliciter. q̄ loquitur de idolatria p̄out tu opinaris. 7 licet hoc peccatum nō fuit in tēplo secūdo. fuit tamē frequēter ī p̄mo. Et quia in hoc capitulo propheta nō soluz improprietat eos de peccatis occurrētibus tēpore christi. sed etiā de peccatis antiquorū patrum. Dicit enī imediate exordium p̄dictum 7 iniquitates uestras patrum uestrorū sint qui sacrificant super mōtes. 7c. Ex quo patet q̄ de iniquitate patrum antiquorū simul cum iniquitate cōtemporaneorū eos arguit. 7 sic referendū ē uerbū p̄dictum. s. qui ponitis fortune mensam. 7c. ad idolatriā in qua patres peccauerunt. de quibus simul eos arguit 7 cum presentibus. Alio mō potest itelligi



hoc uerbū qui ponitis fortune mensā. ꝛc. nō de idolatria. sꝫ  
 scilicet de supersticioso cultu cerumoniarum. qui quidē cul-  
 tus licet in ueteri lege erat licitus. ꝛ meritozius. tamē post  
 passionē chꝛisti ꝛ sue fidei diuulgationē ē pernitiosus. ī quo  
 cultu cōsequēter ponūt mensam. ꝛ libāt super eā in festo azi-  
 morū. ꝛ alijs festiuitatibus. que omnia sūt ueritati fidei cō-  
 traria. tamē per ea protestātur futura que iā sunt pꝛterita.  
 ꝛ quia hoc peccatum fuit in tēplo secundo. cuius destructio  
 per. xlii. annos post passionē chꝛisti fuit cōsumata. in quo tē-  
 pore iā erat diuulgata fides chꝛisti. Idcirco eis ipōit istud  
 peccatum in quo chꝛistuz negabāt. sicut ꝛ hodie perfidi eoz  
 negāt non solū uerbis. sed etiā factis. s. utendo falsis prote-  
 stationibus cerumoniay. Ideo de pena eoz subdit. ꝛ numera-  
 bo uos in gladio. ꝛc. quod impletum fuit maifeste per Ro-  
 manos. ꝛ cōsequēter per prophetā cōtinuatur materia. ostē-  
 dendo differentias inter seruos dei. s. fideles chꝛisti. ꝛ alios  
 eum derelinquētes usqꝫ ibi. Et dimittetis nomē uestꝛuz in  
 iuramētū. ꝛ seruos suos uocabit nomine alio. quod fuit im-  
 pletū prout supra declaratū est.

### Saulus

**A**udio auctoritates tuas. que aliquantulū uidentur sonare  
 pꝛopositum tuū. ꝛ uolo scire si habes aliquas rationes pꝛo-  
 positum tuū suadentes ut dixisti.

### Paulus

**M**ulte rationes possūt assignari ad hoc qꝫ noīa fidelīū chꝛi-  
 stum recipiētū. debuerunt esse alia a nomībus fidelīū. qui  
 fuerūt ante eius aduentum. Sed ad pꝛesens sufficiant due.  
 Vna ē qꝫ hoc fuit ad denotandā differentīā inter fideles chꝛi-  
 sti. ꝛ eum negātes sub breuitate. Si enī utriqꝫ cōmuniter de  
 nominarētur hoc nomine Israhel denotādo fideles. opoz-  
 tebat addere secundū spiritalē generationē. ꝛ oppositum  
 de oppositis. quod esset fastidiosū. noīando autē quosdā dis-  
 cipulos seu chꝛistianos. ꝛ alios iudeos seu hebreos. breuius  
 discernūtur. Alia ratio ꝛ fortior ē. quia denotationes cōsue-  
 uerūt fieri a digniori. quod patet tā in rebus naturalibus.  
 quā artificialibus. In naturalibus enī cōposita denotantur  
 a formis. que sūt materie digniores. ut homo animal ꝛ hu-  
 iusmodi. Similiter in artificialibus ut domus mēsa ꝛ hmoi

in quibus denominatio fit a forma. Motus etiam deno-  
minatur a termino ad quē. ut in sexto. Philosophorum qui hēt  
rationē finis ⁊ boni. non autem a termino a quo. idēz autē  
in proposito. Nam hec noīa Iſrahel. Iuda. ⁊ Jacob ⁊ hūmī/  
modi ſumūtur a patriarchis a quibz descenderūt eorū ſuc/  
ceſſores ſeu imitatores. Chriſtiani autē dicūtur a chriſto a  
quo descendūt ſecundū uerā imitationē operis ⁊ ſuſceptōez  
fidei ut dictum eſt. Conſtat autē q̄ chriſtus ꝓcellit in dig/  
nitate ⁊ perfectione omnes patriarchas. quod etiā doctores  
tui aſſerunt de meſſia. Unde ſuper illud. ꝓſa. liij. Ecce intelli-  
get ſeruus meus exaltabitur ⁊ eleuabitur. et ſublimis erit  
ualde. quod uerbū intelligitur de chriſto ſecundū oēs docto-  
res tuos. dicūt. n. exaltabitur ꝓſquam Abrahā. ⁊ eleuabitur  
ꝓſquam Moīſes. ⁊ ſublimis erit ualde ꝓſquam angeli dei.  
Cum igitur dignitas ſeu perfectio chriſti excedat ſupradic/  
tos. manifeſtū ē q̄ denoiatio ſuozū fidelīū ꝓtius debet eſſe  
ab eo quaz ab Abraham Moīſe ſeu Iſrahel uel Jacob. ⁊ hu/  
iuſmodi. ⁊ ſic habes rationē uerbi. ꝓ me ſupra allegati. ſ.  
⁊ ſeruos ſuos uocabit nomine alio.

Iſrahel ca

**C**apitulum Quartum. In quo oſtenditur. q̄ licet nomen  
Iſrahel ſeu Iuda ꝓſſione chriſti fuit reprobatum. ſeu  
in execrationē dimiſſū. fideles tamen chriſti ex Iſrahel et  
Jacob ſecundū carnē descendētes. nō minus dignitatē chriſti  
anā ſeu eccleſiaſticā ſortiti ſunt. quā alij gentiles.

### Saulus.

**E**x tuis aſſertionibus ſupradictis uidetur ſequi q̄ Iſraheli/  
tici ſecundū carnē ſunt a d. o. intantū reprobatī. q̄ etiā eorū  
nomē execrabile remanet. Ex quo uidetur q̄ tales etiam ſi  
fidē chriſti tui recipiāt. non tamē perfectionē ſeu dignitatez  
gentiliū eius fidē recipientiū attingāt. ſicut ⁊ in lege ueteri  
aliqui gentiles nō admittebātur ad honores ſeu Iſraheliti-  
cas dignitates. etiā ſi obſeruantia legis recepſiſſent. ut habe-  
tur Deutro. xxij. quod uidetur eſſe contra multas ſacras  
auctoritates. Ex quibz habetur q̄ quātūcūqz Iſrahelite fu-  
erint eoz peccatis deiectionē. nō tamē repelluntur ſeu relinque-  
tur a deo. Dicitur enī in ꝓſa. Quia nō repellit dominus plebē  
ſuā. ⁊ hereditatē ſuāz non derelinquet. Et idem in multis  
alijs locis.

### Paulus

**A**bſit a me aſſerere . quod Iſrahelite ſecundum carnem a Jacob ſeu Juda deſcendentes . ſi fidem chriſti recipiant . dignitatem chriſtianam ſeu eccleſiaſticam non attingant . Hoc enim et ſi dicamus . quod non eſſet contra dignitatem chriſti . qui ab illis patribus ſecundum carnem deſcendit propter eius excellētiam ⁊ ſanctitatē . ⁊ maxime propter unionē ad deū . quod ē ſingulare in ipſo . eſſet tamē maxime cōtra dignitatē . nō ſolū apoſtolorum . ſed etiā baptiſte . ⁊ quod plus ē contra dignitatē beate uirginis . de qua cantamus q̄ ex ſemie Abrahę ē orta . ⁊ de tribu Juda . clara ſtirpe David

### Saulus

**D**e illis quos ualde ſanctos reputatis . ⁊ qui fidez ueſtrā diuulgauerunt ⁊ huiusmodi . nō eſt mirū ſi predictus defectus nataliū nō eis noceat . ⁊ ideo de eis non ē trahenda conſequētia ad alios . preſertim ad uulgares ⁊ ſimplices .

### Paulus

**S**i cupis ueritatē in hac materia ad plenū cognoscere . uide doctorem noſtrū egregiū . ſ. apoſtolū gentiū . qui in quadam epistoſa ſua ad Romanos miſſa hoc diſcutit . ⁊ finaliter determinat . quid in hoc ſentiendū ſit . cui ſententie omnes fideles chriſti obtemperare habent .

### Saulus

**N**oſti q̄ nō debes allegare in altercationibus noſtris tuos doctores . ſicut nec ego allego auctoritates noſtroꝝ doctozꝝ contra te .

### Paulus.

**C**oncedo tibi q̄ doctores noſtri non ſunt allegandi cōtra te ſed bene pro te . Vnde in hac materia ſententia Pauli magis eſt tibi fauorabilis quā cōtraria . ideo tibi eum allegaui .

### Saulus .

**E**x quo ſic eſt . Dic michi quid ſentit in hac materia apoſtolus tuus .

### Paulus .

**N**oueris q̄ ſicut inter populū Iſraheliticū tempore David qui figura meſſie ſeu chriſti erat . fuit magna controuerſia inter uiros Jude ⁊ uiros Iſrahel . qui ad inuicē concertabāt .

de hoc. s. qui eorum plus habebat in ipso rege. ut habetur. ij. Reg. xix. Dicebat enim uiri Jude ad uiros Israhel. michi pro prior est rex. quia. s. erat de eadem tribu. Uiri autem Israhel dicebat ad uiros Jude. Decem partibus ego maior sum apud regem magis quam tu. id est ad me pertinet. quia. s. de Israhel erant decem tribus. et de Juda uere tantum. sic suo modo in primitiua ecclesia sub christo nostro contigit magna concertatio inter fideles christi. s. Judeos et gentiles. quorum una pars minor erat numero. illa. s. de natione iudeorum. Alia uero pars erat maior numero. s. gentiliu. et utraque pars presumebat se habere excellentiam apud christum. plusquam alia ex certis rationibus per eas allegatis. quam concertatione apostolus amouit reprehendens utramque partem. et determinans quod non est distinctio Iudei et greci. pro ut ad Ro. x. cap. Et ad rationes contra Iudeos natione per gentiles factas in cap. x. et xi. dicte epistole apostolus efficaciter respondit. Unde quia gentiles ex incredulitate Iudeorum christum negantium. etiam conuersos de iudaismo increpabant. id est de hoc gentiles reprimit multis rationibus. Quarum prima est. quod incredulitas Iudeorum non fuit uniuersalis. quia multi ex eis crediderunt. et de hoc dicit. Numquid deus repellit populum suum. s. iudaicum generaliter eum repellens. Et respondit. Absit. Unde non dixit apostolus. Numquid dominus repellit Iudeos seu Israhelitas. sed populum suum. quod d. Numquid totum populum repellit. quia multi ex eis christo adhaeserunt. Sed quia forte diceretur per gentiles. quod illi qui fuerant conuersi de iudaismo. erant modice reputatois seu auctoritatis in ecclesia dei. Unde de talibus non erat fienda mentio. ideo statim subdit. Nam et ego Israhelita sum. qui tamen non solum uocatus fui ad fidem christi. sed etiam ad apostolatum. Et si forte diceretur a gentilibus contra iudeos. quod erant ualde pauci numero. et sic quod modicum est pro nichilo reputatur. secundum phum. Ideo reprimit eos exemplo Helie. qui putabat quod totum Israhel corruerat omnes prophetas occidendo. et altaria dei destruendo. sic ut nullus nisi ipse solus Helias remaneret. Unde et deo dicebat. Ego relictus sum solus. et querunt animam meam quod totum habetur. iij. Reg. xix. ubi quod deus quem nichil latet sciebat quod non erat solus Helias relictus sicut ipse estimabat sed multi plures alij deum colentes. Ideo subdit apostolus. Sed quid dicit illi diuinum responsum. ad tollendam estimationem suam.

Reliqui michi septē milia virozū. quoz genua nō curuaue-  
runt. Baal. 7 sic in proposito nō solus apostolus remāsit de  
iudaismo in adherentia christi. sicut nec Helias in cultu dei  
Vnde cōcludit apostolus ex huiusmodi exemplo. Si ergo in  
hoc tēpoze. s. noue legis. reliquie secundū electionē dei salue  
facte sunt. 7 ut apostolus magis reprimeret gētiles de hoc  
q̄ iudeos cōuersos irrationabiliter refutabāt. Addit secun-  
dam rationē. in qua ostendit q̄ etiā incredulitas ipsa Jude-  
ozū fuerat ualde utilis ipsis gentilibus cōuersis ad fidem.  
eo q̄ apostoli relinquētes Judeā incredulaz. transierunt ad  
conuertendū gentiles. ut habetur Act. xv. Et de hoc dicit  
apostolus. Numquid sic offenderunt. s. iudei ut caderēt. s.  
tantuz. ita q̄ nichil utilitatis inde sequeretur nisi casus Ju-  
deoz. 7 respondit. Absit. q̄ illoz delictū salus ē gentilibz. qz  
occasionaliter mō predicto ex incredulitate Judeoz secuta  
ē salus gentiū. Deus enī adeo ē bonus secundū Augustinuz  
q̄ nō permittit mala fieri. nisi ex eis elicerentur maiora bo-  
na. Et ex ista ratione secunda apostolus infert terciā quasi  
a fortiori arguēdo. d. Si enī amissio eoz. s. per incredulita-  
tez recōciliatio ē mūdi. quod intelligitur occasionaliter mō  
predicto. que assumptio eozū nisi uita ex mortuis. quā ut  
dicunt expositozes iudei sciētes scripturas cōuersi ad fidez  
magis poterāt proficere circa informationē simpliciu quā  
alijs. ut patet de Paulo apostolo. 7 pluribus alijs. Consequē-  
ter quarto apostolus probat intentū per duo exempla na-  
turalia. Primū ē cum dicit. q̄ si delibatio 7 sancta 7 massa  
quod intelligendū ē de apostolis qui fuerunt quasi quedam  
delibatio de massa iudaica assumpta. Secundū exemplū ē cū  
dicit q̄ si radix sancta 7 rami. Patriarche. n. fuerūt quasi  
radices totius populi Israhelatici. Ex quibus exemplis intē-  
dit apostolus cōcludere. q̄ casus Judeozū nō erat irrepara-  
bilis. eo q̄ erāt abiles ad bonū. ut ptz de radicatione 7 deli-  
batione. Consequēter apostolus inducit alias rationes. pre-  
dictuz propositū cōfirmātes. quas ad presens omitto causa  
breuitatis. Et cum misericors deus te perduxerit ad hoc. ut  
sis abilis ad recipiēdas sanctorū auctoritates. ista 7 alia po-  
teris in illis plenius uidere. Ad presens autē sufficiat tibi q̄  
secundū doctrinā catholicā Israhelatici secundū carnē. si fidē  
christi recipiāt. dignitatē christianā seu ecclesiasticam. sicut

ceteri gentiles attingere possunt. Non enī ē distinctō Iudei  
7 greci. ut patet per apostolū. Vnde ex hoc q̄ Iudei cū essēt  
in sua infidelitate obstinati. nomen eorū fuit dimissū in iu-  
ramēto execrationis. ut dictū ē nō tolleretur. quin post eo-  
rū cōuersionē ad fidē christi fuit ceteris in benedictōez. pro  
ut etiā auctoritates apud te recipiēde testantur.

### Saulus

**O**stende michi auctoritates illas a me recipiēdas hoc testā-  
tes.

### Paulus

**M**ulte sunt auctoritates hoc testātes. sed ad presens suffici-  
at illud Zach. viij. ubi dicitur. Et erit sicut eratis maledi-  
ctio in gentibus domus Iuda 7 domus Irahel. sic saluabo  
uos 7 eritis benedictio. Ex quo patet q̄ illi Iudei quorū no-  
mē presens erat in execratione. quia cū aliquis maledicebat  
alicui dicebat. Sis talis sicut Iudeus. Sic postquā fuerit in  
statu salutis. qui uult alicui benedicere. dicet. fiat tibi sicut  
Irahelitis seu Iudeis.

### Saulus.

**A**uctoritas illa secundū nos applicatur statui nostro hodie-  
no secundū eius primā partē. qui ad presens sumus in ma-  
ledictionē gentibus. prout tu exponis. sed tēpore messie quē  
expectabamus. implebitur in nobis secunda pars auctorida-  
tis predictē. s. 7 eritis benedictio. In quo tēpore expectam⁹  
q̄ cetera nationes in nobis benedicūt mō tēpore expoīto.

**D**istinctio Tertia de Scrutinio scripturarū cir-  
ca tempus aduentus christi. an sit preteritum  
uel futurū. Et habet quatuor capitula. In  
Primo capitulo ostenditur q̄ aduentus christi  
generalis duplex est.

**I**n Secundo Capitulo ostenditur q̄ tempus primī aduē-  
tus christi ē preteritū. secundū prophetiā Jacob patriarche

**I**n Tertio Capitulo ostenditur. q̄ messias iam diu est q̄  
uenit per reuelationē factā Danieli de lxx. ebdomadibus.

**I**n quarto Capitulo ostēditur. q̄ secunduz oēs magistros  
seu expositores famosos Iudeorū. qui tēpore primī aduētus  
christi determinate locuti sunt. tempus primī aduētus xpi

iam transijt in preteritum.

**C**apitulum Primū in quo ostenditur q̄ aduētus christi generalis duplex est.

**Paulus.**

**S**pectator tuā si scruteris scripturas maifeste reperies esse inanē. cū tēp̄o aduētus messie ad saluādas gētes in prophe-  
tis promissi. iā diu ē q̄ in preteritū transijt. ut potest maifeste cōprobari. tā per sacras auctoritates. quā per alias auctoritates a te recipiēdas.

**Saulus.**

**D**oce quod asseris. in hoc enim cōsistit magna pars nostre controuersie.

**Paulus.**

**A**ntequā ad hoc discutiendū accedamus. ne in equiuocum inter nos procedatur. oportet animaduertere. q̄ aduentus christi seu messie in mundū potest ex sacris scripturis com-  
probari duplex. Est unus. s. ad saluandū seu redimendū gē-  
nus humanū. qui quidē aduentus pronūtiatur a prophetis fore in forma pauperis humilima. Secundus uero aduen-  
tus ad iudicandū mundū. qui quidē pronūtiatur in scrip-  
turis fore in maxima potestate et maiestate. Vnde si dilige-  
ter scripturas et ueras historias scrutatus fueris. primus aduentus iam diu est q̄ transijt in preteritū. secundus uero nō. et ideo de primo aduētū intendo ad presens tecum agere

**Saulus**

**P**rimo ostende michi. unde habes q̄ aduētus messie in mū-  
dū sit duplex Reperio enī q̄ prophete loquētes de aduentu  
messie semper loquūtur de futuro. nō distinguētes futurū  
tempus secundū remotū et propinquū. ut applicetur tēp̄us  
magis propinquū primo aduentui et lōginquū secundo. pro  
ut tu uideris intendere.

**Paulus.**

**L**icet prophete nō distinguāt ita expresse aduentum messie  
per remotū et propinquū tempus futurū. eo mō quo tu di-  
cis. tamē cū de aduentu messie simpliciter loquūtur. attri-  
buētes suo aduentui diuersas seu cōtrarias dispositōes. oportet  
inde concludere q̄ sint duo aduentus. ut alteri eorum

applicentur aliqua 7 alteri alia.

### Saulus

**O**portet te illa declarare. que dicis allegando auctoritates sacras ad hoc si quas habes.

### Paulus

**Z**acharie. ix. manifeste reperies. q rex messias uenturus erat in forma hominis pauperis ad saluandū per iustitiā populū suū. Legitur enī ibi. Exulta satis filia Sion. iubilare filia Iherusalē. ecce rex tuus uenit tibi iustus 7 saluator. et pauper 7 ascendēs super asinā 7 pullū. 7c. Super quē locuz Rab. sa. magister tuus dicit expresse. scriptura ista non potest intelligi nisi de rege messia. Hec ille. Habes ergo ex hoc loco. q rex messias uenturus erat in ciuitatē Iherusalem in forma pauperis et equitatura pauperrima. et q ueniebat ad saluandū per iustitiā. Vnde 7 uocat eū saluatozē 7 iustū que omnia ad eius aduentū pertinet. s. qui ē ad saluanduz Ibidē enī legitur. Tu autē in sanguine testamēti tui misisti uinctos tuos de lacu. 7c. De alio uero aduentu eius habetur Daniel. vii. ubi tractās de generali iudicio dicēs. Iudicium sedet 7 libri aperti sunt. post pauca subdit. Aspiciebas ergo in uisionē noctis. 7 ecce cū nubibus celi quasi filius hominis ueniebat. 7 usqz ad antiquū dieruz peruenit. 7 in cōspectu eius obtulerūt eū. 7 dedit ei potestātē 7 honozē 7 regna. 7 omnes populi tribus ac lingue ipsi seruient. Potestas eius potestas eterna. que nō auferetur. 7 regnū eius quod non corrumpetur. In quo passu idē magister tuus Rab. sa. dicit Et iste ē rex messias. Cū igitur in aduentu a Zacharia prenuntiato exprimitur. q rex messias in forma pauperrima erat uenturus. 7 in propheta Dani. legitur ipsū uenturum esse in maxima potestate 7 maiestate. Oportet ergo cōcludere duplicē eius aduentū fuisse a prophetis denūtiatū. In quozū primo messias ueniēs ad saluandū uenturus erat in pauperrima forma humana. In secūdo uero ipse met messias ueniens ad iudicandū. uenturus prenūtiatur in potestate magna 7 maiestate. Vnde de primo eius aduentu ut dicebam. inter me 7 te ē agendū pro nūc. s. scrutādo scripturas an sit preteritus uel futurus. De secundo uero aduentu. s. ad iudicuz ad presens omitto. quia de ipso nulla ē disceptatio inter me 7 te quantū ad hoc. omnes enī concordēs sumus



q. fit futurus.

2. m. c. m.

**C**apitulū Secundū ubi ostenditur q. tempus primi aduētus christi ē pręteritū secundū prophetiā Jacob patriarchę

### Saulus.

**Q**uicquid sit de secundo aduētū ostende si uales q. messias promissus ad saluādū iam uenit.

### Paulus

**I**nter prophetas qui locuti sunt de aduētū messie. presertim designādo tempus huiusmodi aduētus. Primus fuit patriarcha Jacob. qui uolens filiis suis quedam predicere que futura erāt eis. Gen. xlix. Inter alia de tribu Juda. de qua secundū omnes messias erat descēsurus. dixit hec uerba secūdu translationē nostrā. Nō auferetur sceptrū de Juda nec dux de femore eius. donec ueniat qui mittendus ē. cui ē expectatio gentiū. Ex quo habetur intentū. Nam cū sceptrū de Juda a magnis tēporibus ē ablatū. nec etiā ē dux de femore eius. Constat manifeste. q. uenit ille qui mittendus erat sc. s. messias promissus. quod ē propositum.

### Saulus.

**I**n multis deficit hec argumētatio tua. Et primo in uera translatione. Non enī sic se habet ueritas hebraica in hoc loco sicut translatio tua quā allegas. et specialiter in hoc q. dicit. donec ueniat qui mittendus ē. sc. In hebraica enī ueritate in hoc loco dicitur donec ueniat Silo. quod ē nomē propriū cuiusdā loci ubi aliquādo fuit tabernaculū domini et archa testamētū. ut habetur. primo. Reg. Unde sēsus huius auctoritatis quā allegas secundū ueritate litterę hebraice talis potest esse. sc. q. non auferetur dominiū seu presidētia uel primatus. que fuerāt in tribu Juda tēpore Josue et iudiciū usq. dū ueniret Silo. sc. quādo Saul fuit unctus tēpore quo tabernaculū dei fuit in Silo. Et per cōsequens erat ibi unctio. qua reges ungi debebāt. Et quia Saul erat de tribu Benjamin. ideo in Silo erat translātū sceptrū de Juda ad aliā tribum. sc. Benjamin. Et ille uidetur sensus planus huius auctoritatis. qui nichil facit pro te. nichil enī hic agitur de messia. de quo ad presens loquimur.

### Paulus.

Hec tua expositio ē manifeste extorta ⁊ incōsona littere. tū quia tempore quo Saul fuit unctus archa domini iaz erat amota de Silo in Carthiarim. ut primo. Reg. viij. tū quia paruz post unctionē Saul unctus fuit Dauid in regez. qui quidē Dauid fuit primus rex de tribu Juda. ⁊ extūc reges de illa tribu successerūt. Non ergo potest vici sceptrū auf-ferri de Juda. quādo incepit esse in propinqua dūspōitione ad regnū perfectū. tum quia de Saul nullo mō potest veri-ficari hoc quod īmediate subditur in littera. Cui ē expecta-tio gentiū. seu congregatio gentiū. cū ad Saul nichil horū pertinuit. unde predicta tua expositio nulluz habet locum in hoc passu.

### Saulus

**E**t si uerba patriarche nō intelligātur de Saul. ut tu dicis possunt tamen intelligi de alijs. ut de Jeroboā qui fuit rex Israhel de tribu Effraim. per quē tribus. x. ablate sunt a regno Juda. ⁊ adhererūt Jeroboam. ut. iij. Reg. x. cap. Et sic ē sensus. nō auferretur sceptrū de Juda. s. sceptrū regni. quod fuit datū Dauid ⁊ successoribus suis. donec uerret Je-roboam. qui coronādus erat in Silo. Et secundū talē expo-sitionē que satis est applicabilis littere. nulla mentio est de messia. de quo hic agimus. ⁊ per cōsequēs nec per illā habet intentū.

### Paulus.

**H**ec tua expositio manifeste ē nulla sicut ⁊ alia. tum quia per Jeroboam nō fuit ablatū regnū a domo Juda. sed poti-us stetit firmū per successionē hereditariā in ciuitate Ibe-rusālē. que ē metropolis ubi erat tēplū ⁊ archa domini. et unctio sacra. que propria erāt ⁊ essentialia in regno Israhe-litico seu hebraico. tum quia cōgregatio illa facta per Jero-boam non fuit in Silo sed in Sichem. ut in. iij. Reg. cap. al-legato.

### Saulus

**V**olo stare in expositiōe huius passus prout translatio tua ponit. s. cū dicit donec ueniat qui mittendus est. Licet enī non sit propria cū littera hebraica. tamen est aliquāliter ei consona. Silo enī interpretatur missio seu missus. secundū quā translationē propheta fuit manifeste adimpleta per

Nabuchodonosor regem Babilonie. qui fuit missus a deo propter peccata populi. ad destruendā terrā Jude et auferrendū regem Judeorū. prout dicitur. iij. Reg. ultimo. et sic est sensus. Non auferretur regnū de Juda. et donec ueniat qui mittendus ē. s. Nabuchodonosor. qui a deo fuit missus et abstulit totā potestātē regiam seu sceptrū de Juda. cui Nabuchod. fuerūt gentes aggregate. quia eius imperium fuit valde dilatātū. ut habetur Jeremie. xxv. et in alijs multis locis. Unde predicta uerba patriarche secundū tuā translationē accepta proprie exponūtur de Nabuchod. nulla mētionē facta de messia de quo agimus.

### Paulus

Quia hec dictio Silo prout in hoc loco ponitur ē aliquāliter obscura. tui expositoꝛes eā uarie et multipliciter exposuerūt ut possent euadere a manifesta impugnatione huius auctoritatis. ideo recurrendū ē in hoc ad translationē Caldaicā factā per Aqelonē. que translatio apud uos tres habet excellentias. Prima. s. ut nullus ē ausus ei cōtradecere. ut per Rab. sa. in multis locis. et per Rab. moi. egyptiū in suo libro de directione. et per alios. Secunda ē q̄ in scolis pueroꝝ ubiq̄ legitur Pentateucus legitur eis hec translatio post textū. Tertia quia etiā in sinagogis ubi in diebus sabbatinis legūtur aliquę lectiones ipsius pēthateuci. que ad maiōꝛē solemnitatē repetūtur translate. tales translationē sumunt ubiq̄ terrarū a predicta translatione Aqelonis. Constat autem q̄ ipsa translatio in hoc loco sic habet. Non auferretur habens potestātē de domo Juda. nec scriba de filijs filiorum eius usque in secula. donec ueniat messias cuius ē regnū. et ipsi cōgregabūtur gētes seu populi. hec in predicta translationē. ex qua habes manifeste. q̄ hic loquitur patriarcha de messia de quo hic agimus. Ideo habes per Rab. sa. magistrū tuū qui hęc sequitur translationē in hoc loco. Idem etiā per alios.

### Saulus.

Qui sunt illi doctores nostri quos dicit sequētes translationē Caldaicā in hoc loco.

### Paulus.

Super illud uerbū. Gen. xlix. Congregamini filij Jacob ut

annuntiem que uentura sunt uobis in nouissimis diebus .  
Que quidē uerba p̄posuit Jacob filijs suis ante prophetiaz  
seu benedictionē suā. in qua prophetia uerba p̄allegata cō  
tinuātur. s. nō auferretur. ꝛc. Rab. moi. gerundinēsis ī sua  
expositōe sic dicit. Nouissimi dies sunt dies messie. quoniam  
Jacob significabat illa tempora in uerbis suis. cū dixit. Do  
nec ueniat Silo ꝛ ipsi cōgregabūtur populi. nouissimi enim  
dies. dies messie sunt. Hec ille. Idē ille magnus Rab. Caba  
dias in sua translātōe Arabica. que cōmuniter legitur in  
partibus Affrice. Idē Rab. Canibi in libro suo qui dicitur  
Sarasin. ubi agit de dictionū significatōe. dicit expresse q̄  
per litterā Silo. quod habetur ī illa auctoritate. donec ue  
niat Silo. significatur filius eius. Et ē prophetia de messia  
Sunt etiā alij plurimi hoc sentiētes. quos causa breuitatis  
omitto. Sufficiūt enī predicti. quia in ore duoz uel trium  
stat omne uerbū. Habes ergo ex hac auctoritate q̄ messias  
de tribu Juda promissus iam uenit a tēpore quo ablata fuit  
potestas seu sceptrū de Juda. quod fuit per me p̄positum

### Saulus

**E**t si hoc quod dicitur in auctoritate predicta. donec ueniat  
Silo intelligatur de uero messia. ut uidētur uelle doctores  
per te allegati. adhuc ex dicta auctoritate nō habes p̄po  
positū. Nā sceptrū nondū ablatū ē de Juda. adhuc enīz re  
manet potestas seu dominiū iudicādi causas et determinā  
di apud capita transmigratiōnū que sūt in Babilonia. que  
locū regis tenēt super totū populū Israheliticūz. ut hētur  
a Rab. moi. egyptio in libro de iudicijs in determinatōibz  
suis de Canhedrin cap. iij. ubi sic dicit. Capita trāsmigratō  
nis que sunt in Babilonia locū regis tenēt ꝛ posse domiare  
in Israhel ubiqz terraz. ꝛ iudicare super eos. siue uelit siue  
nolint. sicut scriptū ē. Nō auferretur sceptrū de Juda. per  
hoc enī sceptrū intelligūtur capita transmigratiōnum que  
sunt in Babilonia. Hec ille. Et sic dicta auctoritas nō facit  
pro te. Non enī ex ui predictę auctoritatis ē necessariū con  
cedere q̄ iam uenit messias. cum nondum sceptruz sit abla  
tum de Juda.

### Paulus

**H**ec responsio seu euasio tua non solū ē manifeste falsa secū  
dū euidētiā facti. sꝫ etiā ē notorie ficta seu mēdosa. ꝛ īsuper

contra prophetica ueritate. Prima patet ex hoc. Nam Babilonia in qua tu asseris esse capita transmigrationu habetia tales potestates et dominia super totu populu iudaicu manifestissimu e. q iam a magnis teporibus citra e destruc ta et inhabitabilis redacta. et hoc fuit de ea prophetatu ysa riu. cap. ubi sic dicit. Et erit Babilon illa gloziosa in regnu inclita in superbia Caldeoz. sicut subuertit deus Sodomaz et Homozra. no habitabitur usq in fine. et no fudabitur usq in generatione et generatoz. Constat aute q in terra inhabi tabiliter destituta nullu comozatur. et multomi? credibile est q sint ibi talia capita. Est etiā notozium inter uos. q a magnis teporibo retroactis. nuquaz in partibo Babilonicis nec aliquod iudiciu nec aliqua determiato. nec solu rumor aliquis de illis partibus ad istas ptes Europe ueniret. Vn notandu e secundu euidentiā facti. q no sunt ibi Iudei do minates super totu Israhel ut tu asseris. Secundū autez q euasio uidelicet tua sit ficta seu mendosa. patet ex hoc. Naz secudu tuu Rab. moi. predictu. et comuniter omnes doc tores tuos. extra terrā promissionis no potest nec licet nec aliquādo licuit alicui Iudeo iudicare iudicia criminalia. de quibus. s. e occisio seu mutilatio mēbri humāi. Constat au tē q qui no habet iurisdicōz in talibo. non potest iudicare neqz capitaliter iudicare blasphemū seu idolatrá homicidā adulterū. nec aliquē quēcumqz incurrentē similia crimina que grauissima sunt secundū legē moisi. Et sic exceptis istis et similibus cetera sūt leuia. Ex quo sequitur q illa capita transmigrationu que tu dicis esse in Babilonia. non possut iudicare de grauibz seu capitalibus criminibus. cū sint ex tra terrā promissiois. sed tantū de leuibz et paruis causis quaz respectu non pnt dici hēre sceptrū neqz potestaté rega lem prout tu dicis. Vnde de eis etiā si pro nūc essent. no po test dici q tenēt locū seu sceptrū regis. sed tales essent sicut iudices inferiores habētes modicā potestaté. Vides ergo q Rab. moi. et alij Rabini tui qui asserūt. q in Babilonia sint capita transmigrationu. habentia potestaté regā super to tū populu Iudaicu manifeste mentiūtur. cū illud asserūt quod e cōtra mentē suā. Omēs enī cōcorditer tenēt q extra terrā promissiois nulli iudeoz pertinet talis potestas. Ter tia euasio tua est contra prophetica ueritate. Legitur enī

Osee. iii. sic. Dies multos sedebūt fili Jsrabel sine rege. et sine p̄ncipe. ⁊ sine sacrificio. ⁊ sine altari. Que quidē auctoritas tam secundū tuos expositores quā nostros intelligitur de statu Judeoz in captiuitate hodierna. Et sic patz q̄ asserere iudeos habere in Babilonia uel alibi tēpore huius captiuitatis p̄ncipē uel regē seu aliquid hmōi nō solū est cōtra ipsam euentiā rei ut dictū est. sed etiā cōtra prophe ticā ueritatem.

### Saulus.

**S**i hec dicta patriarche. que pro te allegas prop̄rie cōsona/ rēt proposito tuo. oporteret q̄ messias tuus ueniret ante tēpus Machabeoz. p̄ quos fuit sceptrū de Juda ablatū. Machabei enī maifestum ē q̄ nō erāt de tribu Juda. sed de tribu Leui. Erant enī sacerdotes. ⁊ illi totū populū gubernabāt in tēplo secundo per centum annos ⁊ ultra ante aduentum ch̄risti tui. ut patet in historijs Iosephi et alijs. Cum ergo messias tuus natus ē tēpore Herodis regis qui Machabeis successit in regno Judeoz. constat q̄ nō uenit in tēpore p̄nūctiato per patriarchā. Nam longe ante tēpus Herodis in quo tēpore ch̄ristus natus ē. iā erat ablatū sceptrū de Juda ut dictū est. ⁊ transierat in Machabeos. qui erāt alterius tribus.

### Paulus.

**Q**uāuis secundū aliquos expositores nostros Machabei licet sacerdotes fuerūt. ⁊ per cōsequens de tribu Leui. erant tamē de tribu Juda secundū lineā maternā. ⁊ ideo per gubernationē eozū nō erat ablatū sceptrū de Juda. tamē quia nō potest hoc clare probari. ideo ad obiectionē tuā secundū alios planius respondetur. Ad quod sciendū q̄ ut habetur Numeri. xi. tēpore Moisi de mandato dei fuerūt cōgregati. lxx. seniores Jsrabel. ut essent coadiutores in regimine populi cū ipso Moise. Et ex tūc secundū oēs doctores tuos sepe fuit in iudaismo collegiū seu consistoriū seniorū. qui dicebātur Canhedrin. ad quos omnes difficultates seu dubia fidei ⁊ legis etiā perueniebāt. Similiter etiā omnia magna ⁊ sūma iudicia seu cōtrouersie. de quibus cōmuniter intelligitur illud Deutro. xviij. cap. Si difficile ⁊ ambiguum apud te iudiciū perspexeris inter sanguinē ⁊ sanguinē. causam ⁊ causas. ⁊c. ⁊ infra Surge ⁊ ascende ad locum quem

elegerit dominus deus tuus. 7c. 7 facies quecuq; dixerint qui psumt loco que elegerit dñs. 7 sequeris sinistrā eoz. nec declinabis ad dexterā nec sinistrā. Qui quidē Canbedrin a tēpore David. 7 citra residebāt p̄cipaliter sub regib; 7 ducibus Jude in Iherusalem. Et postea in Babilōica captiuitate dum ibi essent reges uel duces de Juda. Consequēter autem in reditu predictę captiuitatis residebāt apud Iherusalem sub ducibus de tribu Juda dū essēt. 7 durabat potestas eorū. etiā non existente rege seu duce de Juda. prout potestas alicuius uacāte sede durat. 7 sic auctoritas 7 potestas Canbedrin durauit etiā tēpore machabeoz usq; ad .xl. annos ante destructionē tēpli secundi. in quo tēpore cessauit ex toto eoz potestas seu iurisdīctio. eo q̄ tunc tēporis Herodes interfecit oēs Rabinos seu mgrōs illi⁹ collegij. prout hētur in libro Canbedrin Iherosolomitano in cap. de iudicijs pecuniarum. Idē habetur in libro Abodazara cap. p̄mo. Vñ protūc proprie fuit ablatū non solū sceptrū de Juda. s; etiā scriba de filijs eius. quod quidē tēpus currit cū tēpore passiōis christi nostri. qui secundū omnes per .xliij. annos ante destructōz tēpli fuit passus. sicut 7 regnū Herodis qui alienigena erat. In cui⁹ tpe titulus regius a toto genere Judeoz fuit ablatus. quod fuit ualde prop̄iquū tēpori natiuitatis xpi. Ex quibus pz. q̄ tēpore Machabeoz non fuit ablatū sceptrū de Juda. sed tēpore Herodis ut dictū est. in quo tempore uer⁹ messias fuit natus. quod māifeste cōcordat cum prophetia patriarche predicti.

### Saulus

**S**ecundū tuā narrationē duo tēpora assignas circa expositiōnē uerboz patriarche. Vñ. s. quomō fuit ablatū sceptrū de Juda Herode regnāte qui alienigena erat. Aliud uero tēpus assignas quomō fuit ablatus dux seu scriba de filijs eius. 7 hoc uicis impletū. quādo Herodes occidit Rabinos seu mgrōs legis. qui dicebātur Canbedrin. Que quidē narratio tua non uidetur fundari in aliqua auctoritate autentica. nec etiā uidetur cōsona uerbis patriarche supradictis. Non enī assignauit duo tēpora. sed tantū unū uicis. uo nec ueniat qui mittēdus ē. s. messias secunduz te 7 translationē Caldaicam.

### Paulus

Secundū historias talmudicas quas tenetis tamquā autē-  
ticas haberi. duo fuerunt ablata de tribu Juda in diuersis  
iudiciis. licet nō multū ab inuicē remotis. Vnū ē sceptrū  
regni. quia Herodes Mscolonita. cū esset nō solū alienigena  
sed etiā seruus de domo Machabeorū. 7 de facto regnasset  
in Judea 7 Iherusalem. Idcirco timēs q̄ cū regnum ei non  
cōpeteret de iure. eo q̄ legitur. Deutro. xvij. De medio fra-  
trū tuorū ponas super te regem. nec poteris ponere super te  
alienigenā. posset pro tempore consurgere aliquis de stirpe  
Dauid 7 eū de regno expellere. ideo interfecit oēs quos po-  
tuit habere de genere regio. in qua occisione ablatum fuit  
sceptrū de Juda. presertim secūdū estiatiōez populi cōmunē  
7 ipsi<sup>9</sup> Herodis. qui credebatur nullū de stirpe regia ī Judea  
remāsisse. sed sceptro ablato mō predicto adhuc remanebat  
Canhedrin. qui dicuntur scriptores seu scribe. qui residebāt  
sub Herode. sicut alias residebāt sub regibus seu ducibus Iu-  
rabeliticis. sed postea fuerūt ab Herode interfecti Canbe-  
drin omnes. 7 tūc proprie fuit ablatu<sup>9</sup> scriba de filijs Jude  
que oīa supradicta historialiter in libro qui dicitur Baba  
bata. cap. primo. 7 in libro Canhedrin Iherosolimitano. et  
ī libro Abodazara supra allegatis habentur. Patriarcha er-  
go spiritu dei ista p̄cognoscens proprie predictit. Nō auffer-  
retur sceptrū. 7c. in hoc presignās primā ablationē predic-  
tā ad titulū regnū pertinētes. Consequenter dixit et scriba  
de filijs eius. ī hoc presignās secundā ablatōez Canhedrin p̄-  
dictā. Que quidē duo in diuersis tēporibus cōtigerunt sub  
Herode seu Herodianis. Et attendēdū q̄ licet de prima ab-  
latōe sumus certificati per historias Talmudicas prealle-  
gatas. nō tamē de tēpore quo cōtigit per eas certificamur.  
Per historias autē nostras seu euāgelistas certificamur.  
non solū de occisione. sed etiā de ipsius tēpore. Tradūt enim  
Herodes occidisse quoscūqz potuit inuenire in Betlehem a  
bimatu 7 infra. 7 hoc cū natus esset saluator noster ī Bet-  
lehem Jude. Math. ij. cap. De secūda uero occisione Canbe-  
drin 7 de tēpore quo cōtigit sum<sup>9</sup> certificati per historias  
tuas in libris preallegatis. quod fuit per. xl. annos fere a<sup>9</sup>  
destructōez templi secundi. Constat autē secūdū omēs histo-  
riographos q̄ passio christi nostri fuit per. xlij. annos āte  
destructiōē tēpli secūdi. 7 sic habes ex p̄dictis q̄ non fuit



ablatū sceptrū de Iuda per Herodes. nec dux nec scriba de filijs eius mō predicto. donec ueniat messias ut dictum est quod fuit propositū. ante enī uenit messias in mundū p suā naturitatē quā fuisse ablatū sceptrū de Iuda. ut dictū est. Similiter ante fuerūt ei. s. messie gētes aggregate per suaz passiōez. quā scriba de filijs eius auferetur. ut supra secun dū tuas historias ē ostensum.

### Saulus.

**N**on ut deo quomōd posses asserere q per passiōē chzisti tui fuerūt gentes ei congregate. totū enī oppositū patet per euidentiā facti. quia per mortē chzisti tui non solū gentes nō fuerūt ei congregate. sed etiā discipuli proprii dimisso illo dispersi per orbē fugerūt.

### Paulus.

**D**e hac cōgregatōe gentiū ad chzistū nostrū per suā passiōē. oportet nos habere finito isto articulo singulare certamen. 7 ideo pro nūc differatur. 7 cōtinuemus quod inepimus. s. scrutiniū scripturaz circa aduentū chzisti an sit pteritū uel futurū.

3. ca.

**I**n Capitulo Tertio ostenditur q messias iā diu est q uenit per reuelationē factā Danieli de .lxx. ebdomadibus.

### Saulus.

**A**d propositū nīm prout uis reuertendū est. 7 si propheta pdicti patriarche Jacob secundū translationē nostraz Caldaicā quodāmodo pro te faciat. adhuc uellē aliā auctoritatem ad hoc. q tempus aduentus messie sit pteritū. si quā habes.

### Paulus

**M**ultas habeo auctoritates hoc satis ostendētes illis. pferim qui ueritatē scire desiderāt sine affectione minus rctā sed tantū unā allegabo tibi. que ē de ultimis prophetarum de hoc loquētū. sicut propheta p allegata patriarche fuit de primis prophetis tractatū de tēpore aduentus messie.

### Saulus.

**A**lega illā auctoritatē quā dicis. ut uideas si facit pro te.

### Paulus.

Daniel qui fuit de ultimis prophetarū uet. test. de hac materia. s. de aduēta messie inter ceteros pertractauit. qui ut habetur. Dan. ix. cum orōnibus precibus et ieiunijs et sacco et cinere orās deū tēpore Babilonice captiuitatis pro illuminatōe seu reparatōe sanctuarij ciuitatis et populi Israhelitici. cū instāter orasset et peccata propria et populi cōfiteretur. angelus Sabriel ei apparuit. tēpore sacrificij uespertini. quādo ieiunātū mentes magis eleuantur et deuotius orāt Qui quidē Sabriel postquā reddidit Danielē attentū propter arduitatē uicēdoz. uicēdo ei hec uerba. Ab exordio precū tuarū egressus ē sermo domī. ego autē ueni ut indicārē tibi. quia uir desiderioz es. tu autē animaduerte sermonē et intellige uisionē. Consequēter reuelauit ei tēpus aduētus messie. uicēdo ei hec uerba secū dū translatoz tuā. Lxx. ebdomade abbreviate sūt. alias decise sūt sup populū tuū. et sup urbē sctā tuā ut sumatur preuaricatio et finē accipiat peccatū. et deleatur iniquitas et adducatur iustitia sempiterna. et impleatur uisio. et ungatur sanctus sanctorū. In quibus uerbis angelicis maifeste patet. q̄ infra terminūz lxx. ebdomadaru a deo per angelū Danieli reuelatū. iustitia sempiterna erat adducēda. s. messias promissus. de qua in. ps. Orietur in diebus eius iustitia. Et Jere. xxiiij. capi. Hoc ē nomē quod uocabunt eū dominus iustus noster. Et sic in alijs locis iustus seu iustitia per excellentiā de messia dicitur. Cum ergo tempus predictarū ebdomadaz iam diu est q̄ transiuit ut potest euidenter probari. nō solū per rōes s̄ etiā per auctoritates a te recipēdas. sequitur q̄ iustitia sempiterna. que ē ipse messias iam diu ē q̄ uenit. quod est intentū meū in hac nostra altercatione.

### Saulus

**A**uctoritas per te allegata nō cōcludit intentū tuū nisi prius probes aliqua. que nō credo te probare posse. Et specialiter tria que tibi per ordinē tangā. Primū quod tibi incumbit probare est. q̄ per hoc quod dicitur iustitia sempiterna in hoc loco intelligatur messias promissus. Iustitia enī sempiterna proprie deus ē. qui cū sit iustus. prout in scripturis sepe noīatur. sequitur q̄ sit iustitia. Illa enī que de deo dicitur in cōcreto. oportet uerificari de eo in abstracto. propter eius sumā simplicitatem. Et cū ipse sit sempiternus.

sequitur quod eius iustitia que est sua essentia sit sempiterna. Vnde proprius sensus huius dicti angelici. scilicet et adducatur iustitia sempiterna: est ut adducatur deus. qui est iustitia sempiterna proprie ut dictum est. Deus autem dicitur venire seu adduci methaphorice secundum suos effectus. quomodo. scilicet effectus misericordie sue seu providentie vel iustitie sue venit seu ducitur ad miserendum seu providendum suis creaturis. Vnde si bene consideras in hoc loco sic debet intelligi illud dictum. scilicet et adducatur iustitia sempiterna. Non enim Daniel in suis orationibus que in illo capitulo quod tu allegas continentur. petunt messiam adduci nec aliquid huiusmodi. sed solum reparationem templi et civitatis que erat destructa. et etiam amotionem obprobrii populi sui. prout verba sua manifeste sonant. in quibus nulla mentio de messia reperitur. Vnde quia infra terminum predictarum hebdomadarum deus venit miserando populo suo. reducendo eos de captivitate Babilonica et reedificando templum et civitatem. et vindicando eos de inimicis. scilicet Caldeis. qui infra istud tempus fuerunt destructi per Medos. Idcirco horum respectu satis proprie potest intelligi adductio iustitie sempiternae correspondenter ad orationes Danielis quibus ista petebat.

### Paulus.

Utiq; concedo tibi quod deus est iustus et per consequens iustitia sempiterna. eo modo quo tu dicis. quod in hoc loco per hoc quod dicitur iustitia sempiterna intelligatur ipse deus. sed per hoc non concluditur. quin verba ista de messia seu christo intelligantur. Nam prout iam dixi tibi verus messias iuxta veritatem fidei nostre deus verus est. de cuius divinitate tractatur sum tecum in articulo certo per se. sed ad presens ostendo tibi magistros tuos. qui verba predicta angeli exponunt de messia promisso. In libro enim Cederholan. i. de ordine mundi Rabbi Barachia exponens illud ysa. lxxi. ubi dicitur. proxima est salus mea ad veniendum. et iustitia mea ad revelandum. dicit expresse quod per illud quod dicitur. et iustitia mea. intelligitur messias. de quo scriptum est in Dani. ut adducatur iustitia sempiterna. Hec ille. Similiter Rabbi mo. gerundensis. exponens predicta verba angeli in loco suo super Danielem sic dicit. Iustitia sempiterna et sanctuarium sanctuariorum vel sanctus sanctorum. non nisi ipse messias est sacrificatus de filiis

Daniel. Nec ille. Et sic habes manifeste secundum doctrinam antiquorum Talmudistarum et modernorum etiam magisterorum quod per iustitiam sempiternam et sanctum sanctorum que in uerbis angeli supradicti continentur. intelligitur messias. Illud autem quod obicit dicens quod Daniel in suis orationibus in primo. cap. contentis non petiuit messiam adduci sed solum reparationem templi. et non facit contra propositum meum. tamen quia deus ex abundantia sue bonitatis. non solum merita supplicum excedit. sed etiam orationum uota. sepe enim plus dat quam ab eo petatur. Unde Gen. xviij. Abraham non petenti quod daretur sibi filius de Sara sed solum conseruationem Ysmahelis dicens. Utinam Ysmahel uiuat coram te deus. respondit. Sara uxor tua pariet tibi filium et infra. Et pro Ysmahel exaudiui te. et. Ex quo patet quod non solum quod petebat. sed amplius ei concessit. et sic in proposito. Tum quia Daniel non petiisset aliquid de messia. sed ex consideratione uerborum Jeremie orasset pro liberatione populi Israel de Babilonica captiuitate et reedificatione templi et huiusmodi. Deus tamen cui nichil latet futurum. presciens quod illa liberatio populi. et illa reedificatio templi. et huiusmodi non erant stabiles seu perpetue. nec perse intente. ideo reuelauit sibi ueram consolationem populi et perpetuam edificationem templi dei. per aduentum iustitie sempiternae et sancti sanctorum scilicet messie fiendas. Sicut si quis seruus domino suo gratus seu acceptus. peteret a suo domino aliquam gratiam modici ualoris et omnis ei responderet. bene dabo tibi illam sed est modice reputationis. quia cito corrumpetur. sed dabo tibi aliam incopabiliter maiorem. sicut. i. Reg. ix. Samuhel dicebat Saulo quem sciebat regem futurum. De asinis quas nudius tertius perdidit. ne sollicitus sis quia inueniuntur sunt. et cuius erunt optima Israel. nonne tibi. et sic in proposito. Deus. n. sciens quod appropinquabat tempus messie in quo redimendus erat populus dei et ciuitas sancta. scilicet Iherusalem spiritualis perpetuo reparanda Daielei petenti de temporalis liberatione et reedificatione ciuitatis seu templi quodammodo momentanea. respondit quod illa reedificatio qua petebat fieret. Et hoc cum dicit. Et rursum cum reedificabitur platea et muri. sed consequenter ostendit ei. quod huiusmodi reedificatio non erat durabilis. Et hoc cum dicit. Et ciuitatem et sanctuarium dissipabit populus cum uoce uenturo. et finis eius uasitas. ueritatem ut eum uere consolaretur. reuelauit sibi

liberationē populī spiritualiter que fīda erat. s. per consu-  
mationē preuaricationis et peccati et deletionē iniquitatis  
que per adductionē iustitie sempiternae. et unctionem sancti  
sanctorū implēda erāt infra tempus. lxx. ebdomadaz a deo  
decisurū. p̄out plene littere consonat.

### Saulus

**Q**uicquid sit de intellectu haz dictionū. s. iustitia sempi-  
terna et sanctus sanctorū. Adhuc nō habes intētū tuū ex hac  
auctoritate Danielis. et hoc ex duobus. que tibi ut dicebaz  
incumbūt probare. Primo quia nō constat hee ebdomade  
cuius sint quātitatis. s. an dierū annoz centenariorum seu  
millenariorū. Ebdomada enī nichil dicitur nisi septenariū.  
dicūtur enī ebdomade diez et annoz. et simili mō seu ratōe  
possūt dici ebdomade iubileorū et centenariorū et huiusmodi  
et quia hoc ē incertū ex dictis angeli. Idcirco tēpus contētū  
in predictis ebdomadibus incertū remanet nobis. Secūdo  
quia dato q̄ essemus certificati de quātitate ebdomadaru  
adhuc ignoramus earū initū. Non enī habetur earū initū  
in littera nec per consequēs earū finis. Vnde dato q̄ infra  
tempus ebdomadaz predictarū messias esset uēturus. et q̄  
ille ebdomade sint annoz. adhuc nescitur an illud tempus  
sit preteritū uel futurū. cū harū ebdomadaru inituz. ut  
dictū est nesciatur. et sic patet q̄ argumētatio tua in hoc lo-  
co nō concludit tuū intentum.

### Paulus.

**A**d Primū quod obicis de quātitate tēporis ebdomadaru  
tibi respondeo. q̄ contēte ebdomade in hac reuelatiōe facta  
Danieli. manifestū ē q̄ sunt intelligende annoz. Tuz quia  
in tota sacra scriptura nō inuenitur aliqua ebdomada dici  
nisi uel diez. ut Leuit. xxij. ubi de festo ebdomadaru agi-  
tur. uel annoz. ut ibidē. xxv. ubi de iubileo agitur. et iō fin-  
gere ebdoadā iubileorū et hmōi nō cōsonat sacre scripture.  
nec usui cōiter loquētū. tū quia tui expositores tā Talmu-  
dici antiqui quā etiā moderni nūquā has ebdomadas intel-  
lexerūt nisi annozū. ut patet in libro qui dicitur Cederho-  
lam. s. de ordine mūdi. Et in expositione Rab. sa. sup hunc  
passum. Similiter et Rab. moi. gerunden. et sic de alijs. qui  
omnes in expositōe aliorū contētorū in hac reuelatiōe deuiāt  
a ueritate nostra. et etiā inter se sunt diuersi. In hoc enī. s.

q̄ huiusmodi ebdomade intelliguntur annozū nullus eozū  
discordat. tum quia cum sit manifestū q̄ ciuitas Iherusalē  
per Romanos magnis tēporibus sit destructa. 7 ex tunc sa  
crificiū iudaicū fuisse ablatū. quod iuxta planū sensuz lre  
in ultima predictarū ebdomadarū hoc p̄noscatur fore.  
uel saltē post. lxx. ebdomadas. Legitur enī ibi sic. Et post  
ebdomadas. lxx. occidetur christus 7 nō erit ei. 7 ciuitatē  
et sanctuariū dissipabit populus. cū duce uenturo. 7 finis  
huius uastitas. sequitur q̄ a magnis tēporibus retroactis  
tempus predictarū ebdomadarū sit finitū. Et quia cōstat  
ex predictis. q̄ infra tēpus p̄dictaz ebdomadaz adduci de  
bebat iustitia sempiterna. s. messias. sequitur q̄ a magnis  
tēporibus citra. s. a tēpore quo finite sunt. lxx. ebdomade  
sepe dicte secundū prophetiā Danielis christus seu messias  
debuīt uenire. Et sic eius primus aduētus de quo agimus.  
secundū reuelationē angelicā factā Danieli iam diu est q̄  
transiit in p̄teritū. quod fuit a me intentum.

### Saulus.

**L**icet uerū est q̄ expositores nostri. 7 specialiter magistri  
antiqui Talmudistarum per. lxx. ebdomadas predictas  
intelligunt ebdomadas annorum. ut tu dicis. tamen illi  
non concedunt tempus aduentus messie iam p̄teritum.  
exponūt enī lram huius reuelatiois per alios modos. ita q̄  
per hoc nō possunt cogi. ut concedāt messiā iam uenisse. Et  
ideo ex dictis eoz tu non posses concludere quod intēdis. cū  
sit manifeste contra mentē eozū.

### Paulus

**S**cio utiqz q̄ magistri tui conātur sic extorste exponere lit  
terā huius reuelatiois ut subterfugiāt a ueritate ibi contē  
ta. sed ex hoc nō tollitur. quin ex dictis ab eis cōcessis possi  
contra te agere. In dialeticis enī quicquā alter disputatuz  
hz ex cōcessiōe alteri<sup>9</sup> probatū reputatur conclusum inter  
eos. licz ille cōcedēs plura alia diuersa seu contraria propo  
nat. Similiter in altercatioibz iuridicis semper creditur  
homini contra. licet nō pro se. nisi de consensu sui aduersa  
ry. Vnde 7 in proposito expositioēs mḡroz tuozū ego nō  
cogoz admittere. nisi tantū in his que pro me faciūt. Qua  
propter quia ipsi unanimiter cōcedūt huiusmodi ebdoma  
das intelligendas esse annozū. ideo hoc propono tibi tāquā

a te necessario concedēdū. De alijs uero expositionibz suis si que sunt contra me nō cogor eas recipere. nisi forte ratō uel auctoritas sacre scripture eas suaderet. Et eodē mō debet esse inter me ⁊ te. quia si ex auctoritatibus noui testamēti uel sanctorū nostrorū adinuentū fuerit cōtra me potes illud allegare. et oportebit q̄ ego concedā. de his autē que contra te fuerit in predictis nō eris obligatus cōcedere

### Saulus.

**H**abeo mentē tuā circa primū quod obiebaz. dic ergo ad secundū. s. de initio huiusmodi ebdomadaruū. quod in littera non ē expressum.

### Paulus.

**S**i bene litterā consideras initū earū angelus oñdit Danieli. ubi postquā proposuit sibi. lxx. ebdoade decise sūt sup populū tuū. ⁊c. usq̄ ibi. ⁊ ungetur sanctus sanctorū. statim subdit. Scito ergo ⁊ animaduerte ab exitu sermonis ut iterū edificetur Iherusalem usq̄ ad christū duces ebdomade vii. ⁊ ebdomade. lxx. erūt. Vnde secundū planū intellectū littere in hoc quod dicit. Ab exitu sermonis. ut iterum edificetur Iherusalem. ostendatur initium harum ebdomadarum esse ab exitu sermonis reedificationis Iherusalem. Sed quomodo intelligatur illud ab exitu sermonis. diuersi diuersimode exposuerūt. Aliqui uero de exitu sermonis dei ad gabrielē angelū. de quo dixerat ab initio precii tuarū egressus ē sermo. Alij uero a uicesimo anno regni Artaxerxis. quādo idem rex precepit ut reedificaretur Iherusalē. ut habetur Nee. iij. cap. Alij uero ut mgr̄ Raimū dus Mare<sup>2</sup>. ⁊ alij sequaces exponūt hoc initū fuisse a. iij. anno Sedechie regis. in quo āno ut sufficiēter probāt exiuit sermo dei ad Jeremiā dicēs. Cum ceperint impleri i Babilonia. lxx. annū. uisitabo uos ⁊ suscitabo super uos uerbū bonū ⁊ reducā uos ad locū istum. In quo uerbo sermo dei primo exiuit de reditu populi in Iherusalē. ⁊ per cōsequēs reedificandū ibi tēplū dei ⁊ habitacula populi ⁊ ministro rū. licet adhuc nō esset data licentia reedificādi. Vnde iste fuit primus exitus sermonis dei de reductiōe captiuitatis Babilonice ad quē refertur proprie uerbū angeli uicentis Daniel. Scito ergo ⁊ animaduerte ab exitu sermonis ut reedificetur Iherusalē. Consonat autē huic sentētie. q̄ Daniel

in suis orōibus 7 ieiunijs supradictis sumpsit exordiuꝝ ab illa propheta Jere. Dicitur. n. ibi in p̄cipio illiꝝ capituli Dani. ix. Ego Daniel intellexi in libris numerū annoꝝ. de quo ē sermo domini ad Jeremiā prophetā ut cōplerētur desolationes Iherusalē. lxx. anni. 7 posui faciē meā ad orādū deū. 7c. Ex quo patet q̄ Danieli cōsiderāti in uerbis Jere. predictis. ab illis uerbis sumpsit sibi initū angelus dicens. ab exitu sermonis ut reedificetur Iherusalē. Vnde ab initio procedēdo in cōputatōe. lxx. ebdomadaruꝝ. recte secundum ueriores hystorias in planiore sensū h̄e deuenitur ad ultraꝝ ebdomadā. in qua passio christi fuit celebrata per quā secūdū ueritatē fidei nostre cōsumata fuit preuaricatio. 7 sic accepit peccatū.

### Saulus

**O**stende ergo michi processū huius cōputatōnis. s. lxx. ebdomadaruꝝ. ut uideā quomō ab illo exitu sermonis. s. dei ad Jere. usq; ad tēpus passionis quod dicitur fuerūt implete. lxx. ebdomade supradicte.

### Paulus.

**N**on est necesse ut tibi ad presens ostendā illū processū quē petis. tum quia potes euz habere plene in illo libro notabili. qui dicitur Pugio Iudeoꝝ in secunda parte cap. iij. ubi hec cōputatio est perfecte tradita. Similiter illā inuenies paucis mutatis in postilla magistri Nicolai super hoc cap Dani. ix. 7 in additiōibus quas in illo cap. addidimus. in quibus oībus predicta cōputatio uera 7 exquisita cum reprobatiōe expositoꝝ Rab. sa. magistri tui proprie 7 perfecte traditur. Ibi etiā inuenies planū sensum. 7 rationē omnī que in illo capitulo cōtinētur. tam de diuisione tripartita ebdomadaruꝝ. s. per viij. 7. lxxij. 7 unam similiter de quo intelligitur usq; ad christū ducē. 7 occidetur christus 7 sic de alijs. ibidē contētis. 7 ideo remitto te ad predicta. Tuz quia hic nō agimus de hoc ut inueniamus tempus aduētꝝ christi distincte 7 punctualiter. sed solū scrutamur scripturas ad inueniendū secundū reuelatōꝝ predictaruꝝ ebdomadaruꝝ Danieli factā. an iste aduētus sit adhuc in futuro spectandus. an iā trāsiuit in preteritū. Et quia secundū expositores non solū nostros sed etiā tuos. totū tempus harū ebdomadaruꝝ. infra quod iustitia sempiterna. s. christus erat



adducendus iam diu est quod transijt in preteritum. ut patet ex predictis. ideo hoc sufficit ad probandum intentum meum ad presens sine eo quod intremus ad calculandum processum computationis ab initio ebdomadarum usque ad finem. presertim. cum ille processus ex uarietate historiarum et aliorum occurrentium sit ualde longus et transcenderet compendiositatem huius tractatus.

### Saulus.

**A**llega michi doctores nostros secundum quos totum tempus predictarum ebdomadarum iam transijt in preteritum.

### Paulus

**I**n illo libro Talmud. qui uicatur Abodazara cap. primo habetur determinate quod. lxx. ebdomade Danielis incipiunt a destructione primi templi. et determinatur in destructione templi secundi. inter quas quidem duas destructiones fluxerunt cccc. xx. anni. que faciunt. lxx. ebdomadas annorum. quorum quidem annorum primi. lxx. anni fluxerunt durante destructione templi que facta fuit per Nabuch. cccc. ij. anni. et xx. fluxerunt a principio reedificationis templi secundi usque ad destructionem eius per Romanos. Idem etiam habetur in libro qui intitulatur de ordine mundi. hebraice Cederholā. quas quidem auctoritates Rab. sa. sequitur in hoc passu tamquam inuolabiliter tenendas apud Hebreos. apud quos illa que in Talmud determinata habentur seu diffinita sine contradictione circa sacre doctrine expositionem. non licet eis qualitercumque ab eisde recedere. sed tenenda sunt tamquam in textu sacre scripture contenta. prout in multis locis ab eis traditur et a Rab. moi. in principio sui Deutro. tamquam pro fundamento totius sui operis presupponitur. auctoritas enim Talmudica in hominibus determinatibus apud Iudeos est in eodem gradu. sicut auctoritas uniuersalis ecclesie apud nos. Constat autem quod a destructione templi secundi per Titum. in quo tempore fuit finis. lxx. ebdomadarum secundum tuos doctores usque ad presentem annum. scilicet a natiuitate domini. M. cccc. xxxij. fluxerunt anni M. ccc. lxvij. et sic habes manifeste. quod ultimus terminus ebdomadarum secundum computatos doctorum tuorum iam a magnis temporibus retro actis transiit in preteritum. et per consequens tempus aduentus messie de quo agimus qui infra easdem ebdomadas propheticè seu angelicè prenunciatur fore.

### Saulus.

Licet illi magistri seu doctores quos allegas sic cōputasset  
ebdoādas. fuerūt tamē alij doctores nū aliter sentientes. et  
ideo ex predictis solū non potes contra me formare effica/  
cem rationē. nisi prius discurratur per alios expositores.

### Paulus.

**L**icet bene credo tibi q̄ multi hebreoz attendētes q̄ ex p̄e  
dicta cōputatōe ebdomadaz per suos magistros vetermā  
ta concludebatur christū iam uenisse. inuenerūt circa hoc  
quasdā uarias seu confusas expositiones. uel saltem p̄uas  
obliquas 7 extortas. ut ueritatez luce clariozē subterfuge/  
rent. prout de eis uaticinatur. Ezech. xij. Sicut uulpes in  
deserto sunt prophete tui. i. doctores tui Israhel. Vulpes. n.  
querētes subterfugere uenatorē uel canē. multas 7 uarias  
uias 7 cauernosas atqz tortuosas sequuntur. 7 in hoc loco  
maxie attingit tuis expositoꝝ. de quibus oībus nō ē scri  
tiniū faciendū. Nā ut ait Phūs. primo Ethicorū. Omnes  
quidez perscrutari opiniones inane fortasse est. sufficiens  
autez maxime que superficietenus appareat. uel estimetur  
habere aliquā rationē. Hec ille. Cuz autē predicta expositio  
doctoz tuoz. quā supra allegauī sit a doctoribus Talmudi  
starū nemine eoz contradicēte determinate tradita. 7 po  
steā a tam magno expositoꝝ tuo. i. Rab. sa. repetita tāquā  
conclusa in sua glo. nō oportet prout Phūs uicit. ad alias  
singulares expositōes seu opiniones diuertere. De uno ta  
mē te certifico. q̄ fuerūt multi doctores tui. qui de termio  
aduētus messie nō per ebdomadas predictas. sed per alias  
auctoritates discurrētes tractauerūt. quoz quilibet assig/  
nauit certū tēp<sup>9</sup> hmōi aduētus. Que quidē tēpora lz uaria  
sint. 7 ex diuersis motuis per quēlibet eoz assignata. tamē  
iam transiuerūt in preteritū. 7 sic iuxta testimoniū cuius  
libet eozū tempus aduēt<sup>9</sup> christi iam transijt in preteritū  
quod ē intentū. omnia enī secundū Phūz primo ethicorū  
consonant uera.

Et. et bl. ca.

**I**n Capitulo Quarto ostenditur q̄ secundū omnes mgros  
seu expositores famosos Judeoz qui de tēpore primi aduē/  
tus christi determinate locuti sunt. tempus aduentus xpi  
iam transijt in preteritū.

### Saulus

Narra michi qui sunt illi doctores nostri qui tempora di-  
uersa assignauerunt ad huiusmodi aduentum. et quomodo illa  
tempora iam transierunt.

### Paulus.

Inter tuos doctores fuerunt multi quasi primitiui et alij  
moderni quasi ultimi. et alij mediij. et in quolibet istorum or-  
dinum fuit non modica temporis latitudo. in qua fuerunt plu-  
res et uarij Rabbini seu expositores famosi qui de hac ma-  
teria tractauerunt.

### Saulus.

Indica michi de quolibet istorum graduum seu ordinum unum  
uel duos si forte habes tuam opinionem in hoc asserentes.

### Paulus

De turba primorum Talmudistarum fuerunt aliqui ut nosti qui  
uocantur Chanaim. quorum auctoritas inter uos est maxima post  
prophetas. et de istis fuerunt tres de hac materia loquentes.  
quorum unus dicitur Rab. Poce. qui in libro Cederholam. id est de ordine  
mundi. exposuit terminum. lxx. hebdomadarum modo supradictum. secun-  
dum quem iam transiit tempus aduentus messie. ut dictum est. fuit  
etiam alius de maximis illorum qui dicitur Chanaim. qui uo-  
catur Rab. Naquba. qui secutus est istam computationem hebdoma-  
darum. et sic credebat quod messias erat uenturus tempore destru-  
ctionis templi secundi. Ideo secutus est quendam fatuum nomine  
Ventozra. qui illo tempore dixit se esse messiam. quem fatuum secu-  
ta est maxima multitudo Iudeorum post. xlviij. annos a destru-  
ctione Iherusalem per Romanos. et congregati sunt in quadam  
ciuitate Biter. et rebellauerunt cum predicto falso messia aduer-  
sus imperium Romanum. qua ratione Adrianus cesar transfre-  
tauit et obsedit eos cum suo falso messia antedicto. et capta ci-  
uitate omnes interfecit cum suo messia. prout omnia ista tradun-  
tur prolixius in quodam libro qui dicitur Demai in uis. que  
incipit Biflosa per aquin. et in glo. Tren. Iterum super illud  
uerbum Tren. ij. cap. Dissipauit dominus et non est misertus  
omnia speciosa Jacob. De quo quidem falso messia et suis se-  
quacibus intelligitur illud Dan. xj. filij quoque preuarica-  
torum populi tui extollentur et impleant uisum et corruent. fuit  
alius ut ibidem habetur. qui dicitur fuisse de domo Helie prophe-  
te. qui posuit ibidem expresse. scilicet in libro de ordine mundi. quod per

sex milia annozū debebat mūdus durare. Qui quidē anni  
per tres partes erant diuidendi isto modo. Quia per duo  
milia annoz prima mundus erat quasi sub uacuo. per hoc  
designās tempus ante legis dationem. quod uocat uacuum  
quia nō erat populus sub lege diuina. Duo milia uero āno  
rū sequētia uocat tempus legis. asserens q̄ tot tēpus debe/  
bat fluere a datione legis usqz ad messiaz. Duo uero milia  
tercia seu ultia asserit esse sub messia. quia secundū eum ab  
aduētū usqz ad finē mūdi debebāt fluere duo milia anni.  
Constat autē q̄ iuxta cōputationē hebreoz. que in his regi/  
onibus Hispanie et ubiqz terraz cōmuniter tenetur a crea/  
tione mūdi usqz ad p̄sentē annū domi. M. cccc. xxxij. fluxe/  
rūt quinqz milia et centuz. et nonaginta et duo anni. Vnde  
secundū p̄dictū doctozē tēpus aduētus christi a. M. c. xxiij.  
annis transijt in p̄teritū. Et sic habes tres p̄ncipales de  
numero eoz qui dicūtur Chanaim. Post p̄dictos fuerunt  
ali j non tāte auctoritatis sed quasi sub eis. Et isti dicuntur  
Emorain de quibz fuit un⁹ de maioribz qui uocatur Rab.  
qui determinauit in li. Canhedrin i di. Heleh. q̄ omnes ter/  
mini assignati de aduētū messie iam trāsiuerāt in p̄teritū  
et q̄ non pendeat redēptio nisi in ipsa p̄ntia. Hec ille. Que  
quidē determinatio uerissima ē si sane intelligatur. Nam  
terminus assignatus in p̄phetis iā trāsiuit. ut dictum ē  
In quo termino christus iā uenit. et nō pendet redēptio nisi  
in p̄ntia. quia quicūqz eoz p̄ntiaz agerēt statim haberēt mes/  
siam. quod habemus per rei euidentiā. Sed licet iste Rabi  
nō ita ratione intellexit uerba per seipsum prolata. tamen  
ex eis habemus q̄ omnes termini assignati de aduētū mes/  
sie iam trāsiuerūt. quod ē intentū. fuit et alius cōtempo/  
raneus sibi. qui considerās q̄ oēs termini de aduētū messie  
iam trāsiuerāt. prout iā dixerat soti⁹ suus. uoluit p̄clu/  
dere uia inuestigādi huiusmoī terminos. ne per hoc aliqui  
auisarētur de ueritate. et ideo dixit. Ne animabus cōputā/  
tū terminos. s. aduētū messie. per hoc uolens designare q̄  
esset peccatū inquirere seu inuestigare de huiusmoī termi/  
no. nō reddēs aliquā rationē nec auctoritatē. cuius malitia  
manifesta est. Nam nullus fuit famosus scriptoz seu glo/  
fator inter eos. qui de hoc solemniter non inquireret. prout  
iā patebit. Post p̄dictos qui dicūtur Omorain fuerūt ali j

qui dicuntur Saonim. de quorum numero fuit quidam in Asia nomine Rabi Cahadías. qui scripsit super Talmud et super Bibliam. et composuit unum librum quem uocauit liber de credendis in quo conatus est ex uictis prophetarum probare. quod messias nondum uenerat. et exquisiuit cum magna diligentia de termino aduentus messie. et conclusit secundum suam diligentem inquisitionem certum terminum predicti aduentus. qui iam transiit in preteritum per .cccxl. annos et ultra. ut habetur in eodem libro Post predictos Saonim surrexit Rabi. moi. Egypcius. qui tante auctoritatis fuit inter eos ut a maiori parte iudeorum dicitur prouerbialiter. quod a Moise legiflatore usque ad Moise Egypcium non surrexit sicut iste Moises. Iste uero licet in suo Deutro. in li. de iudi. titulo de Regi. ubi tractat de messia determinat quod nullus debet computare terminos aduentus messie. sequens opinionem supradicti uicis. Ne asabus computatiui terminos. cum ipsemet in quadam Epistola quam misit In deis qui erant in Africa scripsit quod habebat ex certissima traditione antiquorum. quod prophetia futura erat in Israhel. et quod messias debebat uenire et redimere Israhel anno a creatioe mundi. MMMM. cccc. lxxiiij. quod etiam conatus est fundare quadam auctoritate Balaam. xxij. Numeri. Et cum iam dictum est secundum computationem Iudeorum prius annus. s. M. cccc. xxxij. est MMMMM. cxcij. a creatioe mundi secundum eos. sequitur quod terminus ab eo assignatus transiit iam in preteritum. per. cc. xvij. annos. Quam quidem computationem fundauit in dicta auctoritate Balaam. Nume. xxij. ubi dicitur in translatione nostra. In temporibus suis dicitur Jacob et Israhel quid operatus sit deus. quod uerbum ex traditione antiquorum suorum sic expoit. quod quantum fluxerat tempus a creatione mundi. secundum Hebreorum computationem usque ad tempus in quo Balaam ista uerba dixit. tantum tempus precise fluere habebat a tempore ipsius dicti. s. Balaam. usque ad tempus in quo prophetia futura erat in Israhel per messiam. quicquid tamen sit de ista probatione. de qua non est curandum. sufficit ad presens quod per ipsum Rabi. moi. concluditur terminus aduentus messie modo supradicto. Fuit postea alius magne auctoritatis qui dicitur Rabi Moises Serundensis. qui scripsit super Talmud quoddam opus. quod uocauit Nouellas. Exposuit etiam Pentateucum. in cuius expositionis parte pro-

beniamin determinauit cum magna solemnitate quod messias erat  
uenerit certissime in anno a creatioe mundi. MMMM. cxviii. Item  
alius de provincia provincie nomine Rab. Leui Benguerso  
uulgariter magister Leo de Bannolas nuncupatur qui scrip-  
sit super aliquos libros Bible in expositioe sua super Dan.  
reddens deo gratias qui sibi reuelauerat terminum aduentus  
messie. assignauit huiusmodi terminum in anno supradicto. s. MM  
MMM. cxviii. secundum Hebreorum apudatos concordans cum Rab  
moi. Serun. supradicto. quorum. s. ambo terminus iam tran-  
sijt in preteritum per. lxxviii. annos. De Rab. sa. uero iam dicta  
est supra. quod secundum eum finis. lxx. ebdomadaz fuit finitus  
tempore destructiois templi secundi. Ex quibus omnibus bene consi-  
deratis habes quod aduentus messie. de quo agimus non solum secundum  
scrutinium sacrarum scripturarum quas tibi supra allegaui. sed  
etiam secundum alias auctoritates. in quibus putas uitam eter-  
nam habere. s. Talmudistarum et aliorum doctorum seu magistrorum  
uel expositorum tuorum in uariis temporibus et regionibus con-  
stitutozum. tempus aduentus messie iam transijt in preteritum.

### Saulus

**Q**uod doctores nostri uarie scripserunt et etiam fallibiliter de  
huiusmodi termino seu tempore contigit eis ex hoc. huiusmodi tem-  
pus est clausum a deo et signatum. ita quod possit cognosci a quoquam  
usque dum ueniat ipsum tempus. testate Daniele cap. ultio. Vbi  
de hac materia loquens sic ait. Wade Daniel quia clausi sig-  
natiqz sunt sermones usque ad tempus prefinitum. Unde ex illis  
non habes intentum ratione predicta.

### Paulus

**S**i bene consideras auctoritatem Danielis per te allegatam non  
reperies quod tempus istud sit clausum seu signatum omnibus. sed  
tantum prauis seu impijs. qui malitia sua excecati. ea que sunt  
luce clarioza non possunt uidere. sed doctis. s. iustis huiusmodi tem-  
pus non denuntiat esse clausum. Legitur enim Dan. ultimo.  
statim post uerba tua allegata sic. Eligetur et dealbabun-  
tur. et quasi ignis probabuntur multi et impie agent. nec in-  
telligent omnes impij. porro docti intelligent. habes ergo quod  
tempus illud prefinitum solum impijs debebat esse clausum et  
signatum. non autem doctis. Cum autem tu non potes concedere omnes  
magistros tuos. sub quorum doctrina uiuunt omnes Iudei fuisse  
impios. sed potius iustos et doctos eos credis seu reputas.

sequitur q per eoz impietate non potes eos excusare a cog  
nitione teporis aduentus messie prefiniti. cu apud te non re  
putetur impij. sed iusti 7 docti.

**D**istinctio Quarta. De Scrutinio scripturarū  
loquētū de congregatione Judeoz per christū  
seu messiam. Et cōtiēt quatuor capitula. **I**n  
Primo capitulo ostenditur q congregatio Is  
rahelitarū dupliciter est intelligenda. s. corporalis 7 spiri  
tualis.

**I**n Secundo capitulo ostenditur q congregatio spiritualis  
est dignior 7 potior quā corporalis.

**I**n Tertio capitulo ostenditur q per terrā Israhel 7 Ihe  
rusalē 7 templū dei ubi prophete dicūt congregandos fore  
omnes Israhelitas. intelligendū ē de celesti beatitudine in  
qua sancti spiritualiter congregantur.

**I**n Quarto capitulo ostenditur q reedificatō tēpli Eze  
chielī reuelata non ē spectāda materialiter in futuro impleri  
neq; ex ipsa sumitur argumentū contra illud quod proba  
tum est christū iam uenisse.

**C**apitulū Primū. In quo ostenditur q congregatio. 7c.

### Saulus.

**Q**uantiūq; probasses p auctoritates q tempus aduentus  
messie transit in preteritū ut intendis adhuc non posses  
euadere alias auctoritates. quibus multa dicūtur fore im  
plenda p messiam promissum. que tamē secundū notissimā  
rei euidētis constat nondū fuisse impleta. Ex quibus ne  
cessario sequitur messiam nondum uenisse.

### Paulus.

**P**ropone que sunt illa nondū impleta. que secundū auctori  
tates sacras p messiaz pronūtiantur impleri. 7 hoc per sin  
gula ut melius discutiantur.

### Saulus.

**I**nter cetera propono tibi unū. s. congregatiōē Judeoz seu  
Israhelitarū per christū fiendam. de qua cōgregatione ut  
nosti quāplurimi prophete loquūtur exp̄sse. 7 tamē hodie  
ut euidenter patet sunt ita dispersi per orbes. sicut nūquā

fuerit. Ex quo patet q̄ messias promissus qui eos debebat  
cōgregare nondū uenit.

### **Paulus.**

**A**llega illas auctoritates quas credis pro te facere i hoc lo  
co. ut eas diligenter scrutando ueritas patefiat.

### **Saulus.**

**D**e congregatione dispersionis Israhelis futura inter mul  
tas propheticas auctoritates que hoc dicūt. occurrit michi  
illa. Ezech. xxxix. ubi sic dicit. Hec dicit dñs deus nūc redu  
cā captiuitatē Jacob et miserebor toti<sup>9</sup> dom<sup>9</sup> Israhel et zel  
labo nomī sancto meo. et infra. Et cōgregabo eos de terris  
inimicorū suor. sanctificabor in eis in oculis gentiū multa  
rū. et sciēt quia ego dñs deus eor. et infra. Cū cōgregaue  
ros eos in terrā suā. et pō reliqueri quēquā ex eis. et nō abscon  
dā ultra faciē meā ab eis. Ex qua auctoritate manifeste ha  
bes q̄ deus congregaturus erat populum Israhel de terris  
inimicorū. et deducere eos super terrā suam. quod patz ma  
nifeste usqz hodie non esse impletū p̄ messiam tuū. Ex quo  
sequitur q̄ est implendū per messiam quē expectamus.

### **Paulus**

**C**irca hanc congregationē ante oīa debes scire. q̄ sicut supra  
tibi ostenderiz per auctoritatē Rab. moi. mgri tui. aliq̄  
dictiones in sacris scripturis contente sunt equiuoce mere  
uel a consilio. que qñ in scripturis ueniūt oportet diligēter  
inquirere. i quo sensu sumantur. sicut dictū fuit de his dic  
tioibus Israhel Jacob et Juda in p̄ia distictione. Et sic con  
gregatō de qua hic propheta loquitur equiuoca ē. quādoqz  
enī s̄m cōgregationē spiritualez. s. animorū in aliquo credi  
bili seu opinabili uel desiderabili et hmōi. Sicut enī corpa  
in eodē loco posita dicūtur cōgregata localiter. et ab inuicē  
remota dicūtur dispersa. sic animi in eodē cōceptu intellec  
tus seu uolūtatis existētes. unū dicūtur seu unū. et a fortu  
ori p̄nt dici cōgregati. Vnde auctoritas per te allegata du  
pliciter potest intelligi. quia secundū quosdā de cōgregatōe  
corporali intelligitur. quod fuit impletū in reditu de cap  
tuitate Babilonica. quādo oīs populus Israheliticus qui  
uoluerūt ascendere ad terrā promissiois habuerūt licentiaz  
seu potestātē hoc faciēdi. ut dicitur. ij. Paralip. ultimo. et



Eidre primo. Et huic snie cōsonat p<sup>r</sup>incipiū hui<sup>9</sup> prophete in qua dicit dominus prophete. Nunc conuertā cōuersionē Jacob. ꝛc. quod esset manifeste falsum. si hoc esset adhuc futurū. cum ab illo tēpoze in quo victū fuit. Nunc conuertā suqz ad illud tēpus transierūt plusquā mille sexcenti anni. Sed qz tēpoze Ezech. quādo hoc dictū fuit p<sup>r</sup> prophetā. iā tēpus p<sup>r</sup>dicte cōgregatōis iminebat. ideo p<sup>r</sup>oprie dicitur in hac propheta. Nunc reducā captiuitatē. ꝛc. Et cōgregabo eos de terzis inimicōz suoz. ꝛc. Et isto mō intelligitur illud Ezech. xj. Et congregabo uos de populis et adunabo uos de terris in quibus disperſi estis ꝛ dabo uobis humuz Israhel. Que quidē prophete ꝛ plures alie similes fuerūt implete in reditu captiuitatis Babilonice p<sup>r</sup> cōgregationez Israhelitarū. que tunc fuit facta. Secundū uero alios cōgregatio in hac auctoritate itelligitur secūdo mō cōgregatōis supradicto. s. animoz. quod impletūz fuit per messiam seu christū nostrū. sub quo totus Israhel. s. fideles christi. qui ueri Israhel uicūtur. p<sup>r</sup>out in prima uis. est cōgregat<sup>9</sup> seu unitus in fide christi. secundū quā animi fideliz unūtur seu cōgregantur. Nec obstat secundum istos quod dicitur Nunc cōuertā. tum quia non tantūz uisat tempus in quo hec propheta fuit dicta a tempore aduētus christi sicut ad tempus p<sup>r</sup>esens. ut ē manifestū. tum quia respectu u<sup>r</sup>uine eternitatis tēporalia oīa reputātur ut nunc. Ex quibus p<sup>r</sup> qz secundū uerā p<sup>r</sup>edictaz expositionē. propheta ista iā est impleta. ꝛ sic hec auctoritas nichil facit pro te.

### Saulus

**S**i bene consideras neutra p<sup>r</sup>dictaz expositionū potest stare cū uero sensu l<sup>r</sup>ali huius auctoritatis. quod uolo tibi ostēdere. P<sup>r</sup>imo de p<sup>r</sup>ima expositione. secūdo de secūda. P<sup>r</sup>ia enī expositio que dicit qz propheta p<sup>r</sup>dicta fuit impleta tēpoze reditus de captiuitate Babilonica. est manifeste falsa p<sup>r</sup>opter duo que in eadē propheta cōtinētur. que nūquā fuerūt tēpoze templi secūdi impleta. P<sup>r</sup>imū est quod dicitur ibi. Et nō uereliquerim quēquā ex eis. quod ē manifestum non fuisse impletū tēpoze reditus de illa captiuitate in quo reditu nondū decē tribus. que ibi non interfuerunt sed etiā de alijs duabus multi relictī sunt. Secundū ē illud quod dicit ibi in p<sup>r</sup>edicta auctoritate. Non abscondam ultra

faciē meā ab eis. quod nullo mō potest dici fuisse impletuz  
in illo tempore. cuz a destructione tēpli secūdi usq; nūc. ma  
nifestū ē deum abscondere faciē suā a nobis plusquā antea  
relinquēdo nos in tā diuturna ⁊ tā acerba captiuitate. ut  
ē manifestum.

### Paulus.

**P**rima obiectio tua cōtra primā expositōz nō ualz propter  
duo. Primū ē. quia tempe reditus de captiuitate Babiloni  
ca. omnes habuerūt licentiā a Ciro uniuersaliter redeundi  
in Iherusalē libere. ut patet p ea que supra allegātur. s. ij.  
Parahp. ultio. ⁊ Esdre primo. ⁊ sic uerificatur illud. ⁊ nō  
reliquerim quēquaz ex eis. quia nullus fuit derelictus quī  
posset redire si uellet sublato iugo captiuitatis ⁊ licētia cō  
cessa generali. Secundū ē. quia Esdre in fine secūdi ⁊ prin  
cipio terci. post reditū captiuitatis Babilonice hec uerba  
leguntur. Et habitauerunt sacerdotes ⁊ leuite ⁊ de populo  
⁊ cantores ⁊ ianitores ⁊ Nathinei in ciuitatib; suis ⁊ oīs  
Israbel. ⁊ puenit mensis septimus ⁊ filij Israbel in ciuita  
tibus suis. cōgregatusq; ē populus quasi uir unus in Ihe  
rusalez Ex qua auctoritate patet manifeste. q; omnis Isra  
hel fuit in reditu captiuitatis Babilonice in Iherusalem.  
quod cōcordat manifeste cū prima expositione.

### Saulus.

**I**mpossibile uidetur uel saltim nō uerisimile q; non remā  
sissent aliqui de tanta dispersione Judeoz p orbē facta. In  
super manifestū ē q; de decē tribubus ultra flumia Ethio  
pie transmigratis nullus fuit in Iherusalē in reditu capti  
uitatis Babilonice. ⁊ sic nullo mō potest dici q; totus Isra  
hel fuit in Iherusalē in reditu de captiuitate Babilonica.

### Paulus

**D**e decē tribubus non debuit hic fieri mentio. quia iā fue  
rūt prescisi non soluz a regno David. quod erat a deo insti  
tutū super totū Israbel. sed etiā a cultu diuino qui erat in  
Iherusalem. ut habetur. iij. Reg. xviij. Et si forte de duabo  
tribubus aliqui remanserūt qui nō ascenderūt in Iherusa  
lez in reditu captiuitatis predicte. necesse ē dicere ad saluā  
dum auctoritatē Esdre supradictā. q; fuesit tā pauci q; qua  
si nulli reputantur. Nam secundum Phūz. v. ethi. Quod

modicū est quasi nichilū reputatur. Vnde 7 similiter quod dicitur in auctoritate Ezech. p te allegata. 7 nō dereliquerim quēquā ex eis. Isto mō intelligēdū ē. s. q<sup>d</sup> de paucis uel modicis si forte remanserūt non facit mentionē propheta. sicut nec Esdras cum dixit. Omnis Israhel in predicta auctoritate per me allegata.

### Saulus.

**A**d huc restat illud uerbū in p<sup>d</sup>icta auctoritate Ezech. per quod nullo mō illa auctoritas potest uerificari de tempore reditus captiuitatis Babilonice. s. cū dicitur. 7 nō abscondam ultra faciē meā ab eis. Constat autē q<sup>d</sup> post illud tempus maxime abscondit deus faciē suam ab Israhel. p<sup>r</sup>esertim in hac captiuitate a Romanis incepta et usq<sup>z</sup> hodie per totū orbē continuata.

### Paulus.

**B**ene concedo tibi. q<sup>d</sup> deus abscondit faciē suā a Iudeis in hac captiuitate existētibus plusquā ante. Vnde de eis uerificatur illud Deutro. xxxj. Et abscondā faciē meā ab eis et erit in deuotioē. de quo forte inter me 7 te in sequentibus erit aliquod colloquiū. cū de uindicta mortis christi loquimur. sed ex hoc nō sequitur q<sup>d</sup> deus abscondit faciē suā ab Israhel. s. a ueris fidelibus. qui Israhel uicuntur secundū spiritū. ut habetur supra. Ab illis enī nūquā deus abscondit faciē suā. postquā effudit spiritū suū super eos i die penthecostes. Et ideo proprie dicitur per prophetā. Et nō abscondā faciē meā ultra ab eis. cū effudero spiritū meū super domū Israhel. dicit dominus. De qua effusioē largissima prophetatus fuit Iohelis. iij. cap.

### Salus.

**Q**uomodo potest uerificari q<sup>d</sup> deus nūquā abscondit faciē suā ab illis quos uicis fideles uicipulos christi tui. cum constat q<sup>d</sup> post illud temp<sup>us</sup> penthecostes in quo uicis spiritus fuisse infusum in eis. omnes discipuli illi 7 omnes fere illorū sequaces fuerūt occisi p gentiles. 7 uagi atq<sup>z</sup> profugi super terrā dispersi. maximasq<sup>z</sup> tribulatioē 7 obprobria et iniurias passi. ut tue historie testantur. Que quidē persecutio fuit maxima. 7 durauit per totū orbē usq<sup>z</sup> ad tempus cuiusdā impatoris. qui nescio quo spiritu ductus predictas

persecutionē mandauit cessari. falsum ē ergo dicere q̄ deus  
nunquā abscondit faciē suā a fidelibz christi tui. post illud  
tempus penthecostes a te assignatū. cum per. cccc. annos fe  
re durauit illa persecutio prima quā passi sunt christiani.  
7 postea in processu tēporis multe alie persecutiones in uar  
ijs tēporibus contra eos insurrexerūt. 7 etiā quottidie in  
surgūt. ut ē manifestū. 7 historie tue ac etiā rei euidentia  
testantur.

**Paulus**

**C**oncedo tibi q̄ discipuli christi 7 omnes eius fideles maxi  
mas persecutiones tribulationes atqz obprobria fuerūt passi.  
post passionē christi nostri. ac q̄ persecutiones ille durauerūt  
per magnū temp⁹ 7 etiā in diuersis mūdi partibus durāt  
sed ex hoc non sequitur. q̄ deus abscondit faciē suā a fidei  
bz christi. Per faciē enī dei proprie intelligitur gratia sua  
per quā homines saluātur. Juxta illud. ps. Ostende faciem  
tuā 7 salui erimus. Quam quidē gratiā in tanta habūdā  
tia deus infudit in christi fideles in die illa penthecostes.  
ut per Jobel dictū est prophetatum. 7 etiā postea in diuer  
sis temporibus. presertim in primitiua ecclesia. ut fideles  
illuminati per illā gratiā ad nichilum reputabāt aduersa  
mūdi pro fide 7 amore christi sustinere. per quā tollerā  
tiam maximaz persecutionū nomē christi fuit per orbem  
exaltatū 7 eius fides diuulgata. Vnde ex hoc non sequitur  
deū abscondisse faciē suā a fidelibus xpi. sed potius faciem  
suam misericorditer eis ostēdere. Juxta illud. Nu. vj. Ostē  
dat dñs faciē suā tibi 7 misereatur tui. maxima enī dei mi  
sericordia relucet in illo qui propter nulla aduersa mundi  
a rectitudine seu iusticia cordis 7 uere fidei confessione nō  
recedit. de quibus in. ps. Quoniam propter te mortificamur  
tota die. 7c. Et id dicitur a quodā de nris. hec ē victoria q̄  
uincit mundū fides nostra. prout in sequentibus domino con  
cedere cum inter nos fiet sermo de uictoria christi ampli⁹  
declarabitur.

.2<sup>m</sup>. Ca<sup>m</sup>

**C**apitulum Secunduz in quo ostenditur q̄ congregatio  
spiritualis ē dignior seu potior quā corporalis.

**Saulus.**

Placet michi ad presens supsedere a discussione de victoria  
xpi tui. et inde fiat singularis inter me et te de hoc discepta  
tio. sed ad propositum nostrum redeundo contra secundam expo  
sitionem auctoritatis Ezech. per me supra allegate. in qua ex  
positione dicebas quod congregatio in illa auctoritate contra  
intelligitur spiritualis. scilicet animorum. et sic asseris quod totus Is  
rahel fuit et est congregatio spiritualis. non inuenitur in sa  
cra scriptura. sed ubicumque dicitur congregatio intelligitur  
corporum. Unde illa expositio non habet in scriptura sacra  
fundamentum.

### Paulus

**C**ongregatio spiritualis legitur in scriptura. Dicitur enim  
in ps. Cor eius congregavit iniquitatem sibi. Constat autem  
quod congregatio iniquitatum in corde sit per multarum cogitatio  
num iniquarum congregationem. que non est congregatio corporum  
sed conceptum cordis. Legitur etiam Ezech. xxxvij. quod prophe  
ta iussu diuino accepit duo ligna. quorum unum scripsit tribui  
Iude et sociis eius. et aliud tribui Efraim et sociis eius. que  
quidem ligna de dei mandato unum ad alterum adiunxit. per quam  
adiunctionem ut ibidem legitur prefigurabatur a deo unio Is  
rahel ad inimicem. sic quod ultra non divideretur in duas gentes  
seu duo regna. Ex quo patet quod per coniunctionem corporalem  
figuratur coniunctio spiritualis in scriptura. et per consequens  
quod coniunctio spiritualis est potior seu dignior quam corporalis  
sicut figuratum potius seu dignius est quam figura. Unde expo  
sitio illa que dicit congregationem de qua loquitur Ezechiel  
in auctoritate allegata per te intelligendam esse de congrega  
tione spirituali rationalis est et multis locis scripture sacre  
consona.

### Saulus.

**M**ulta presupponis que non probas. quorum unum est quod figura  
tum potius seu dignius est quam figura. Secundum est quod expo  
sitionem congregationem hominum que simpliciter in scriptura traditur  
per congregationem spirituales est rationale. Tertium est quod talis  
expositio est sacre scripture consona. et quod nullum illorum trium in  
ratione nec auctoritate fundas. ideo eadem facilitate possunt ne  
gari sicut concedi.

### Paulus.

Quod figuratū dignius sit quā figura satis ē notū in arti-  
ficialibus que per humanā artē inueniūtur. nam hmōi fi-  
gura ē propter figuratū. ad hoc enī fit figura ut figuratū  
repsentet. ut imago cesaris cesarē ⁊ hmōi. Constat autem  
secundū Phūz. q̄ unūquodq; propter aliud ⁊ illud magis  
Similiter in figuratiuis locutiōibus quibus sepe prophete  
utūtur figura ē propter figuratū. Prophete enī sicut ⁊ poe-  
te pulchritudinē humanā per rosam figurāt ⁊ fortitudinē  
per leonē ⁊ hmōi. Constat autē q̄ pulchritudo humana p-  
fectior ē quā pulchritudo rose. cū sit pfectioris subiecti se-  
cundū naturā. Similiter ⁊ fortitudo humana que ē hūus  
uirtutis anīe rōnalis perfectior ē quā leonina. ⁊ sic de simi-  
libus. ⁊ sic probatur primū. Ex quo sequitur secundū. Nā  
manifestū ē q̄ cōgregatō hominū spiritualis in aliquo bo-  
no spirituali. utputa in fide uera seu in caritate perfectior  
est quā congregatō eorū in aliquo bono corporali. ⁊ ideo ex-  
ponere aliquod bonū minus pfectū in scriptura contentū  
per aliquod bonū magis pfectū. ratōnabile est. presertim in  
promissioibus ad xpm pertinentibus. Que quidē promissi-  
ones de maximis bonis intelligende sunt. Tertū etiā patet  
nam sacra scriptura sepe consuevit tradere sub corporaliū  
figura noticiā spiritualiū. ut uinā per humana ⁊ hmōi.  
Vnde tria p̄supposita mea supradicta satis probantur.

f3. cam.

**C**irca tertū capitulum. In quo ostenditur q̄ per terras Is-  
rahel ⁊ Iherusalem ⁊ templū dei. ubi prophete dicunt con-  
gregandos fore omnes Israhelitas. intelligendū est de cele-  
sti b̄titudine. in qua sancti spiritualiter cōgregantur.

### Saulus.

**P**resupponis q̄ promissiones ad xpm pertinētes de maximis  
bonis intelligende sunt. quod tamē nō probas. sed qz circa  
cogitionez Israheliticā de qua nūc agim⁹. adhuc ē ulterius  
altercandū. Idcirco pronunc supersedeo de predicto p̄suppo-  
sito. ut de eo fiat singularis sermo. ⁊ ad propositū redeūdo  
uolo tibi ostendere. q̄ tā Ezechiel in auctoritate p me alle-  
gata. quā alij de cōgregatōe Israhelitica loquētes. intēdūt  
dicere cōgregationem corporalē. exprimūt enī locū ubi ta-  
lis congregatio Israhelitarū ē faciēda. Vnde Moyses loquēs  
de hodierna captiuitate nōstra. in qua sumus per orbem

dispersi. similiter et de nra reuersione seu conuersione ad deū Deutro. xxx. sic dicit. Reducetq; dominus deus tuus captiuitatē tuā et miserabitur tui. et rursū congregabit te. et infra. Si ad cardines celi fueris dissipatus inde te cōgregabit dominus deus tuus. et ide assumet te atq; introducet ī terrā quā possiderunt patres tui et obtinebis eā. 7c. Ex quo paret manifeste q̄ illa cōgregatio deberet fieri a diuersis ptibus terre ad terrāz p̄missionis. quod necesse ē intelligi de congregatōe locali. Item Jere. iij. ubi de redēptione seu cōgregatōe nostra a captiuitate hōdierna ad lram agitur dicit. In illo tēpoze uocabūt Iherusalē solū domini. et congregabūtur ad eam omnes gentes in nomine domi in Iherusalem. ubi manifeste habetur. q̄ congregatio illa p̄ messiam spectata. non solū ad terrā p̄missionis. sed ad ciuitatē Iherusalem est intelligenda. et sic patet q̄ loquitur de locali cōgregatōe. Itēz Ezech. xl. cap. et in alijs tribus seu quatuor sequētibus agitur de mensuratōe templi reedificandi per extensum. que quidē reedificatio hactenus non fuit impleta. nec tempe Esdre nec Nachabeoz seu Herodianorū ut patet intūcti illa capitula et historias de templo secūdo loquētes. Vnde necesse ē ad ueritatē prophetie saluandā. q̄ reedificatio illa impleatur tempore nostre congregationis spectate per messiam. Vnde ex p̄dictis auctoritatibus manifeste habes q̄ congregatio Iherusalitica debet fieri in terrā sancta. ut in prima auctoritate. et etiā in ciuitate sancta. s. Iherusalē. ut in auctoritate secunda. Similiter q̄ templū Iherosolimitanū est reedificandū mō et forma per ezechielem prophetata. Ex quibus manifeste habetur q̄ cōgregatio de qua prophete loquūtur ē corporalis.

**Paulus.**

**U**t proposui tibi ī prima uis. et per tuū Rab. moī. probant qui scripturas sacras recte intelligere uult. oportet q̄ significatōes dictionū equiuocarū discernat. Constat autem recte scripturas sacras scrutanti. q̄ hec dicitio terra in sacra scriptura equiuoce dicitur. naz q̄nq; accipitur pro ista terra corporea et sensibili. in qua homines cōmuniter habitāt quādoq; uero pro spiritali in qua solū sancti habitāt. Vñ in psalmo. Credo uidere bona domini in terra uiuentium. Vñ auctoritas illa quā allegas. Deutro. xxx. Si ad cardines

celi. 7c. si intelligatur de hodierna captiuitate uestra. pro  
ut tu exponis. tunc cōgregatio de qua loquitur intelligenda  
est spiritualiter. similiter 7 terra cōtēta ī illa auctoritate  
intelligenda est non terra sensibilis in qua p̄fes habitauerūt  
corp̄aliter pro certo tēpore 7 postea mortui sūt. Sed terra  
uiuētū ad quā quicūq; reuersus fuerit ad deū p̄ uerā peni  
tentiā que fidem dei 7 caritatē presupponit introducitur 7  
eternaliter māet Vnde ex illa auctoritate nō habes aliquid  
contra me.

### Saulus.

**E**t si terra aliqñ in scripturis accipiatur pro eterna māsiōe  
hoc est cū additione huius dictionis uiuētū 7 huiusmodi  
sed terra simpliciter sumpta non credo q̄ accipiatur ī scrip  
turis nisi pro hac terra sensibili.

### Paulus.

**I**mo terra simpliciter sūpta sine aliqua additiōe quādoq;  
accipitur in scripturis pro terra spiritali in qua sancti ha  
bitāt. Dicitur enī in psal. Iusti aut hereditabūt terrā 7 ha  
bitabūt in seculū seculi super eā. Cōstat autē q̄ nulla ē terra  
sensibilis in qua iusti in seculū seculi habitēt. cū omēs iusti  
in hac uita exītes sint mortales Et sic patz q̄ terra de qua  
loquitur psal. nō est ista terra sensibilis in qua habitamus  
mortales homines tēporaliter. sed ista terra celestis in qua  
iusti habitāt ī seculū seculi. s. eternaliter. 7 illa est propria  
terra uiuētū. 7 sic patet q̄ uocat psalmista terrā simpliciter  
sine additiōe illā terrā celestē quā sancti habitāt. quā quidē  
significatiōez etiam doctores tui sentiunt

### Saulus.

**I**ndica mihi q̄ doctores nri intelligunt terram simpliciter  
sumptā in scripturis quādoq; significare terrā uiuentium

### Paulus

**S**uper ysa. lx. cap. Populus tuus omēs iusti 7 ī perpetuū  
habitabūt terrā. Doctores antiqui tui ī li. Canhedrin cap.  
Delech dicūt sic. Omēs israhelita habz sortē ī seculo futuro  
Scriptū est enī populus tuus omnes iusti. 7c. hec ille. quaz  
auctoritatē tenēt omēs posteriores 7 moderni sine cōtradic  
tiōe. Ex qua patet q̄ terra simpliciter ī uerbis ysaie dicta  
s. cū dicit hereditabūt terrā. accipitur pro terra illa celesti



7 eodē mō intelligēda est i auctoritate Deu. per te allegata  
Vnde ex illa non habes aliquid contra me.

### Saulus.

**V**ideo excusationē tuā circa significatōnez huius uictionis  
terra. sed adhuc hec tua enasio non sufficit ad auctoritatē  
Jere. supra p me allegatā. secundū quā patet. q̄ non solū in  
terra promissiois congregādi sunt redimēdi p̄ christū seu  
messiā. s; etiā ad ciuitatē scāz Iherusalē cōgregādi. dicit. n.  
**I**n processu sacraz scripturarum reperio. q̄ multi sancti 7 iusti precesserūt in tēpore tempus aduentus x̄pi tui 7 eius passionē. ut ptz de primis p̄riarchis. de quoz numero fuit Abraham patriarcha. qui tante iustitie fuit corā deo. ut ipse deus de ipso Abrahā defuncto talia testaretur. eo q̄ obedierit Abraham uoci mee 7 custodierit p̄cepta 7 mandata mea 7 cerimonias legesqz seruauerit. Gen. xxvj. Cui quidē Abrahę in uita sua fuit a deo dictū. Tu autē ibis ad patres tuos in pace sepultus in senectute bona. Gen. xv. Dic michi obsecro quomō posset dici de tanto p̄riarcha. q̄ p̄ tāta tēpora post mortē fuit detentus in limbo inferni. Vbi ergo ē iustitia diuina ad quā ptinet nullū bonū irremuneratuz relinquere. si Abraham qui omnia p̄cepta diuina cerimonias 7 leges custodierit. ut ex testiōio diuino supradicto

approbatur. nō statim post mortē assumeretur ad gloriā suam. que ē propria merces iustoz. sed potius euz quasi in carcere detentū p tanta ānoꝝ curricula relinqueret. Vbi ē etiā ueritas diuina. que Abzabe p̄dixit. Ibis ad p̄res tuos in pace sepultus in senectute bona. Si enī ipse Abzabam nō ad diuinā uisionē in qua ē uera pax fuit assumptus tēpoꝝ mortis sue. sed in limbo fuit inferni reclusus. sic nō ī uera pace iuisset ad patres. sed nec in senectute bona sepultus. ut ē manifestū. Idem dicendū ē de alijs sanctis. ut de Moise ⁊ Aaron ⁊ Samuel testatur. ps. Custodiebāt testimonia eius ⁊ p̄cepta eius que dedit illis. Si ergo isti post hanc uitam nō statim ad gloriosam uitā uolauerūt. sed p̄quāplurimos annos usqz ad aduentū xp̄i tui fuerūt in limbo inferni detenti. oportet te alterū duoz cōcedere. aut q̄ deus nō est iustus. cū nō reddit unicuiqz secundū opera sua. aut q̄ p̄dicti non fuerūt iusti nec sancti corā deo. quoz utrumqz sacre scripture testimonijs manifeste repugnat.

**C**apitulum Secundū. In quo p̄supponitur oppositū. s. q̄ peccatum primi parentis in posteros transiuit. ⁊ q̄ sancti supradicti propter hoc peccatum detenti fuerunt in limbo usqz ad. 7c.

### Paulus

**A**d hoc q̄ assertio mea quā dicis esse incredibilem ⁊ auctoritatibus sacris repugnantē ⁊ rationi naturali inconsonā tamquā uera ⁊ nulli ueritati contraria seu inconsona soli detur seu fūdetur. Oportebit ut tibi unū p̄supponā. quod secundū ueritatē fidei catholice firmiter ē tenendū. ⁊ etiā p̄ sacras scripturas ⁊ doctozes tuos esse uerū cōprobatur. Quod quidē p̄suppositū tale est. q̄ primū peccatū primi hominis. de quo legitur Gen. iij. originaliter transit in posteros. Ex quo sequitur q̄ Abzabā ⁊ Moises ⁊ alij quicumqz patriarche seu prophete quicūqz sancti nō fuerūt imunes ab hmōi peccato. sed illud cōtraxerūt p̄ originē. ⁊ iō iustitia diuina in eis saluatur. etiā si eos nō assumeret post mortem statim ad gloriā. sed eos in limbo detentos relinq̄ret. usqz quo illud peccatū primi parētis ⁊ impedimētū introit⁹ regni celestis inde proueniēs sufficiētē fuisset p̄ sāguinem



christi sublatū. Juxta illud Zach. ix. Tu autem in sanguine  
testamēti tui emisisti uinctos tuos de lacu. prout supra fu/  
it allegatum.

### Saulus.

**H**ec responsio tua nō uidetur sufficere ad mea soluēdū ob/  
iecta. sed potius alia superaddere incōueniētia. quod pater  
primo sic. Nam illud quod p̄supponis q̄ peccatū primi ho/  
minis originaliter trāsīt in posteros. nō fundas nisi in auc/  
toritate tue catholice fidei. quā ut nosti nō recipio nec reci/  
pere teneor. sed quia dīcis q̄ etiā per scripturas a me recipi/  
endas illud p̄suppositū cōprobatur esse uerū. Ideo illud de/  
buiſſes michi primo allegare tanquā a me recipiendū. non  
autē catholicā fidē. quā nūquā recepi. 7 sic p̄suppositū tuū  
nō probatur p̄ sacre scripture auctoritates. sed etiā manife/  
ste sacre scripture cōtradictis. Dicere enī q̄ peccatū primi  
parentis traducitur ad posteros p̄ originē. est manifeste cō/  
tra sacre scripture auctoritatē. Dicitur enī Ezech. xvij. Si  
lius nō portabit iniquitatē patris. quod est manifeste fal/  
sum. si iniquitatē primi parētis posterū sui ab eo ut assero  
contraherent.

### Paulus.

**A**d primū tibi respondeo. q̄ quia doctores nostri clari⁹ tra/  
dunt istā materiā quā tui. Idcirco nō tibi allegavi primo  
auctoritates a te recipiēdas. Nunc autē uolo tibi ostēdere  
q̄ illud principale quod sentiūt doctores nostri circa pecca/  
tum originale. cōcordat multis auctoritatibus a te recipi/  
endum. circa quod tibi allego primo illū p̄phetā euāgeli/  
cum ysaiam qui de oībus ad xpm p̄tinētibus multa tradi/  
dit documēta. Ipse enim p̄pheta in. xliij. cap. hoc de quo  
agimus expresse tradidit populo Israhelitico dīcēs. Pater  
tuus primus peccauit. 7 interptes tui p̄uaricati sunt i me.  
7 cōtamīauit alias p̄phanauit principes sāctos. 7 dedi ad  
interēptōnez Jacob. 7 Israhel in blasphemīā. Hec ille. Que  
quidē uerba si eorū uerū sensum līalem recte scrutatus fu/  
eris. p̄positū meū manifeste ostendūt. Adam enī qui fuit  
primus pater simpliciter manifeste peccauit. primū p̄cep/  
tū diuinū sibi datū transgrediēdo. Gen. iij. Propter quod  
quidē peccatū principes sancti. s. patriarche 7 alij iusti ab

eo descendētes fuerūt cōtaminati. eo q̄ fuerūt sepati a deo  
diuina uisione carentes. sicut cōtaminati a tēplo sepabātur.

### Saulus.

**E**x hac auctoritate nō habes propositum tuū propter duo.  
Primo quia hoc quod dicitur. pater tuus primus. secundū  
doctores nros nō intelligitur de Adam sed de Abrahā. qui  
uocatus fuit a deo pater multarū gentiū. Gen. xvi. 7 pre  
cipue prim⁹ pater fideiū. Vnde coīter dicitur pater fidei  
eo q̄ fuit primus in publicatōe diuini nomis. ut habetur  
Gen. xvi. Qui quidē p̄ Abraham peccauit dubitās de di  
uino promisso quādo dixit. Domine deus quomō possū sci  
re q̄ possessurus sum eam. Gen. xv. Secundo quia hec expo  
sitiō tua nō cōcordat cū hoc quod sequitur. Et interpretes  
tui p̄uaricati sūt in me. quod intelligitur de Aaron 7 Moi  
se qui p̄uaricati sūt ad aquā cōtradictōis Num. xx. Que  
quidē p̄uaricatio nō transiuit in posteros. sicut nec pecca  
tum Abrahe. 7 iō bene consonāt ad inuicē ista duo peccata  
non autē peccatū Ade. quod ut asseris ad posteros trāsuiuit

### Paulus

**P**rimū quod dicit Abraham peccasse dubitando de diuino  
promisso. 7 quod de eo intelligitur illud p̄sa. pater tu⁹ pri  
mus peccauit. nō potest stare. tum quia Abrahā nūquā le  
gitur fuisse improbatus de aliquo peccato. 7 multo min⁹  
de infidelitate seu dubitatōne in fide. sed potius in hac uisi  
one. Gen. xv. ei⁹ fides cōmendatur cū ibidē p̄mittitur. Cre  
didit Abrahā deo 7 reputatū ē ei ad iustitiā. Tū quia i hoc  
quod dicit. Domine deus quomō scire possum q̄ possessur⁹  
sum eā. etiā secundū doctores tuos nō querebat dubitando  
de diuino promisso. sed querebat a deo ut reuelaretur sibi  
p̄ quē cultū diuinū cōseruaretur illa terra promissionis in  
semine suo. Vnde 7 ibidē fuerūt sibi reuelate species aīaliū  
ex quibus sacrificia in futuro erāt fienda in templo. Sub  
ditur enī ibi. Accipe tibi uitulū. p̄ que quidē sacrificia debi  
to mō deo oblata cōseruāda erat possessio terre promisiōis.  
Tū in illa reuelatōe Abrahe facta deus firmavit pactum  
cū Abraham. ut habetur ibidē. cōcedēs ei q̄ iret ad patres  
suos in pace. Vnde nullo mō dicendū est de Abrahā q̄ pec  
cauit peccato supradicto. Restat igitur q̄ cum dicitur p̄

tuis primus peccauit. intelligitur de primo patre simpliciter. s. de adam. cuius peccatū nō solū exp̄sse traditur i lra Gen. iij. ut dictū est. sed etiā q̄ pena illi p̄cti in sua posteritate transiuit. Omnia enī penalia que in p̄dicto cap. Gen iij. cōtinētur. que fuerūt a deo diffinita propter peccatum Ade. Unde et̄ dicitur. Maledicta terra in ope tuo. 7c. In la bore comedes. Similiter q̄ dictū ē mulieri. In dolore paries filios. 7c. oīa transierunt in posteros. ut habemus p̄ rei euidentiā. 7 p̄ consequēs peccatū ipsius Ade transiuit in posteritatē. quo ad culpā. alias ess̄ dare penā sine culpa. quod est incōueniens. Similiter quod dicitur secundo. q̄ hoc quod dicitur. Interp̄tes tui p̄uaricati sunt in me. intelligitur de Aaron 7 Moise. qui peccauerūt ad aquā cōtradictōis. Numeri. xx. nullo mō cōsonat rōni. licet quidā ex nris hoc uideatur sentire. Tum quia Moises 7 aaron nūquā legantur interp̄tes dici in scriptura sacra. sicut de Esdra legitur Nec viij. qui legē domini populo exponebat. sed potius dicuntur prophete domini. Constat autē q̄ grā prophetandi distinguitur a grā interp̄tandi. Multi enī interp̄tatur scripturas sacras qui nō prophetāt. 7 econtra. Tum quia p̄uari cari. addit sup̄ rationē peccandi. importat enī transgressiōnē legis p̄ alijs. ut habetur p̄ actorē catholiconis. quod nō potest dici de aaron 7 Moise. quoz peccatū ad aquā cōtradictōis nō fuit ita graue ut p̄uariatio debeat dici. ut p̄z bene cōsiderāti illud capitulū Nume. xx. ubi de hac materia agitur. Tum quia eoz peccatū non fuit cōmissuz circa legis interp̄tationē. ut lra hic uidetur sonare. Cum enī hic dicitur. Interp̄tes tui p̄uaricati sunt. uidetur intelligendū q̄ in ipsa interp̄tatione fuerūt p̄uaricati.

### Saulus.

**S** quod dicitur. Interp̄tes tui p̄uaricati sunt in me. nō intelligitur de aaron 7 Moise ut dicebam. Dic ergo tu de quibus intelligendū est. 7 ut littera cōueniētius intelligatur oportet q̄ assignes michi aliquod peccatū correspōdēs peccato ade in hoc q̄ transeat ad posteros. hoc enī sonat littera cum quasi pro pena utriusq̄ peccati subdit. Et contaminaui principes sanctos.

### Paulus.

Verum dicit in hoc q̄ propheta in dicto cap. facit mentōez  
 de duobus peccatis. que ad posteros transierunt. similiter  
 7 de penis illis peccatis correspondētibus. Primū enī pecca-  
 tū fuit peccatū Ade. quod transit ad posteros p̄ originē. ut  
 iam dixi. de cuius peccati pena eidē correspondētī dicit pro-  
 pheta. Et cōtamināui principes sanctos. Et est sensus. quia  
 propter peccatū de quo dixerat. Pater tuus primus pecca-  
 uit. principes sancti. s. p̄iarche 7 alij insti ab adam descen-  
 dentes. qui de diuino consortio gaudere debuissent. fuerūt  
 a deo prophanati diuina uisione carētes tamquā prophanī  
 Secundū uero est peccatū phariseoz qui fuerunt doctrine  
 Talmudice inuētores. per quā quidē doctriāz legeꝝ diuinā  
 interpretati sūt puerse. 7 iō proprie dñr̄ interpretēs 7 p̄uaria-  
 tores. Interpretēs quidē quia nō legē uederūt. nec suā doctri-  
 nā tradūt ut prophete. sed ut legis expositores seu interpre-  
 tes. Et hī quidē proprie dicūtur p̄uariari in deum. quia  
 p̄ alijs transgressionē legis cōmiserūt p̄ falsam legis interp̄-  
 rationē. quā suis posteris usq; in hodiernū diem transpor-  
 tarunt. de quoz falsa 7 pueris doctrina plura scripsi in ad-  
 ditionibus ysaie cap. xxxiiij. 7 Zach. v. uide ibi. 7 dōm̄o  
 dirigēte forte inter me 7 te erit de hoc singulare colloquiū  
 De cuius peccati pena propheta subdit. Et dedi ad interp̄-  
 tationē Jacob. quod fuit impletū p̄ Romanos. qui illaz na-  
 tionē pharisaicā. que Jacob solo nomine dicitur cum tēplo  
 7 suis ceremonijs ad interemptōnem uederunt. 7 principes  
 eoz in blasphemā. quia sunt cōdēpnati p̄ totū orbē tāquāz  
 blasphemi. quod totū fuit in uindictā sanguis xp̄i. qui per  
 falsas interpretatōnes phariseoz effusus fuit. de qua uindic-  
 ta dōm̄o cōcedēte plenius loquemur. Et sic habes hec duo  
 peccata denūtiata p̄ prophetaz. que in posteros transierunt  
 licet diuersimode. quia primū p̄ originē. secundū uero per  
 imitatōnez. habes etiā ibidē penas eis correspondētes. simi-  
 liter in eodē contextu reperies si recte scrutatus fueris p̄-  
 cipalia remedia utriusq; peccati supradicti.

### Saulus

**P**lacet michi ut de doctrina pharisaica 7 talmudica quaz  
 reputo sanctam 7 ueram seorsum loquamur. Similiter 7  
 de uindicta xp̄i quā dicit esse factā p̄ Romanos. quia ista  
 nō spectāt ad presens colloquiū ubi principaliter agim⁹ de

peccato originali. sed quia in hoc cap. psa. nō fit mētio de passione christi ut dicit. nec etiā de remedijs horū peccatorum. prout tu uideris asserere. Idcirco uolo q̄ michi ista amplius declares.

### Paulus.

**S**i bene scrutatus fueris hoc cap. proprie ibidē iuenies hec duo q̄ petis. In hoc. n. cap. obmissis multis cā breuitatis q̄ ibi tradūtur maifeste repies q̄ ibi propheta i p̄sona dei seu christi cōqueritur de tribulationibus seu penis. quas pro eorū peccatis passus fuit. Dicitur em̄ ibi populo in p̄sona dei sic. Verumtamē seruire me fecisti in peccatis tuis. quia deus pro peccatis populi expiandis formā serui accepit. q̄ nullo mō de deo talis seruitus posset uerificari secundū ueritatē. ut sequitur ultra. Prebuiisti michi laborē in iniquitatibus tuis. quia peccata humani generis fuerūt occasio ut laborē passionis christus sustineret. ut in cap. liij. alias al legato. Et sic habes q̄ in hoc cap. fit mentio de passioē xp̄i. De remedijs autē horū peccatorū in principio sequētis capituli. s. xliiij. propheta maifeste ait dicens. Noli timere serue meus Jacob. 7c. q. d. lz pctā supradicta graua sint. nec p̄ purū hoīez posset remediari. s; p̄ uerū deū. de quo statī supra dixerat. Ego sū qui delebo peccata tua. 7c. tñ p̄ aquā baptismalē 7 effusione; spūs sancti ista sūt remediāda. de quo dicit. Effundā aquā sup sitientē. 7c. 7 ultra. Effundā; spiritū meū sup semen tuū. 7 benedictionē meā sup stirpem tuam. Que quidē oīa cōsonāt p̄ proposito meo. eo modo quo Phūs dicit. Omnia consonāt uero. primo Ethicoz. Sed qz p̄ singula contēta in hoc cap. discurrere esset ualde tediosuz 7 forte minus utile. Ideo ex omnibus in hoc cap. contentis sufficit michi tria colligere. Vnum ē q̄ p̄ peccatuz p̄mi parētis p̄ncipes sancti fuerūt contaminati. i. prophanati. de quo dicit. Pater tuus p̄mus peccauit 7 cōtaminā uī p̄ncipes sanctos. Secundū ē q̄ pro populi peccatis deus seu xp̄s fuit seruus. similiter 7 passus. De quo dicit. Seruū me fecisti in peccatis tuis. 7 tribuisti michi laborē in iniquitatibus tuis. Tertū ē q̄ pctā fuerunt remedianda per effusionē aque 7 spiritus. De quo dicit. Effundā aquā sup sitientē. 7 effundā spiritū meū sup semen tuū. 7 benedctō; meā sup stirpē tuam.

**I**n tertio capitulo ulterius altercatur sup̄ p̄dcā ysa. auctoritate. ostendendo ex ea statum antiquorum patrum p̄ mortem ante aduentum messie. Ad cuius confirmationem inducuntur alie auctoritates apud Hebreos autentice.

### Saulus.

**H**abeo mentem tuam de contentis in hoc cap. ysa. sed dimissis alijs que non sunt pronunciat inter me et te agenda. scilicet de pharisaica doctrina et hominibus. in hoc de quo agimus. scilicet de peccato primi parentis. uideo manifeste contra te illud uerbum quod hic dicitur Et contaminaui principes sanctos. quod expositum de peccato primi parentis in eos ueruat. quod non consonat rationi. Nam principes sancti. scilicet patriarche et prophete. per hoc peccatum non remanserunt contaminati. cum de eorum sanctitate et iustitia post eorum mortem pluries scriptura testatur. uel non posset de eis uerificari illud uerbum. Et contaminaui principes sanctos. Ille enim qui est contaminatus non uere dicitur de eo quod est sanctus.

### Paulus

**S**i bene consideras uerbum quod ibi ponitur in hebraico ubi nos habemus. et contaminaui. non significat proprie contaminationem. sed significat prophanationem. Prophanum autem quicquid significat idem quod contaminatum. quicquid uero significat aliquid non sanctum. licet non sit immundum. sicut homines laici dicuntur prophani. eo quod non sunt in sacris constituti. non tamen ex hoc sunt imundi. Unde prophanare quod in hoc loco dicitur a propheta secundum hebraicam ueritatem. non est intelligendum primo modo. sed secundo modo tantum. quod bene uerificatur de patriarchis et alijs iustis antiqui testamenti. qui licet non fuerunt imundi ex ueruatione peccati originalis in eis. eo quod fuerunt ab eo mundati per sacramentum circumcisionis et sacrificijs et hominibus. fuerunt tamen prophani in quantum fuerunt a diuina uisione in alia uita separati. ut dictum est.

### Saulus

**I**n hoc quod modo dicis presupponis duo. Unum est quod patriarche et alij sancti seu iusti antiqui testamenti fuerunt mundati per sacramentum circumcisionis a peccato originali. Aliud est quod asseris predictos sanctos a diuina uisione in alia uita fuisse separatos. Que quidem duo uidentur adinuicem contrariari.

Nulla enī ratio est propter quā sancti a diuina uisiōe post hanc uitā debuissent separari. nisi propter maculā originalis peccati. quā dicit ipsos cōtraxisse. Sed si ab illa macula p sacramentū circūcisionis sunt mūdati. Restat q̄ hmōi s̄ac̄ti post mortē essent absq̄ macula alicuius peccati. 7 p̄ consequēs q̄ statim debuissēt diuina uisione frui. 7 p̄ cōsequēs p̄ hanc uitā nō debēt dici prophanati.

### Paulus.

**U**trumq̄ predictorū que p̄supposui habeo p̄ autoritates a te recipiēdas. Primū enī habeo p̄ autoritates totius sinago ge tue. que ut nosti habēt orationes seu benedictiones pro prias a magno tēpore ante destructōnē tēpli ordinatas. pro quolibet p̄cepto diuino. sic q̄ q̄n̄ aliquod p̄ceptū impletur dicitur propria benedictio correspondēs illi p̄cepto. ut habetur ualde large in libro Talmudico. qui d̄r̄ Baraboth i cap. quod incipit Haroem. unde cū sacramentū circūcisionis circa aliquē in die octauo a sua natiuitate. prout deus Abrahe p̄ceperat. Gen. xxi. cap. impletur. tunc dicitur publice in p̄sentia omnium circūstantium a circūcidente quedam benedictio sub hac forma. Benedictus domin⁹ deus noster qui sanctificauit dilectū ex utero. 7 p̄ceptū in carne sua posuit. 7 posteritatē suā signauit in signo federis sancti. Idcirco merito huiusmodi deus uiuus pars nostra 7 fortitudo nostra. mandauit erui dilectū semē sanctū cōsanguinitatē nostrā ab inferno. propter fedus suū quod in carne n̄ra posuit. Benedictus dominus inmens pactū seu fedus. hoc in p̄dicta oratōe. Ex qua habes manifeste q̄ merito circūcisionis deus mandauit erui ab inferno circūcisum. quod non potest intelligi. nisi p̄ hoc q̄ p̄ huiusmodi fedus seu pactū s. circūcisionis debebant erui circūcisi a peccato originali. Pueri enī octo diez non poterāt esse obnoxij aliquo peccato actuali. sed solum originali.

### Saulus.

**U**erum est q̄ oratōnes statute pro p̄ceptis sunt autentice apud nos tamquā a senioribus antiquis 7 prophetis ordiate. sed ex hac orōne nō potes fundare intentū tuū. tuz quia in ea ponūtur uerba obscura. que nō bene declarantur. ut cum dicitur. Sanctificauit dilectū ex utero. 7c. que uerba

indigēt ulteriozi declaratōe. ad hoc ut inde possit sumi ar/  
gumētatio. Tum quia in p̄dicta oratōe habetur q̄ circūci/  
si erūitur ab inferno. non autē q̄ a deo sint sepati post hāc  
uitā. ut tu dicis.

### Paulus.

**U**erba p̄dicte oratōis satis sunt clara. historiā que exordiū  
circūcisionis narrat considerāti. Deus enī dedit sacramen/  
tū circūcisionis Abzabe antequā ysaac nasceretur. Ut ha/  
betur Gen. xvij. 7 in eodē cōtextu p̄nūtiavit ei nativitatez  
ysaac futurā. 7 statim p̄ceptū supradictū Abzabaz quasi  
centenarius circūcidit se. circūcidit etiā ysmabel filiū suū  
qui tūc erat. xij. annoz. 7 totā familiā. ysaac autē nō fuit  
tunc circūcisus. cum nondū fuerat natus. sed in octava die  
post nativitatē suā. quod erat tēpus propriū a deo p̄signa/  
tū circūcisus fuit. ex hoc ysaac dicitur ex utero sanctifica/  
tus. quia Abzahā iā erat circūcisus antequā ysaac genuis/  
set. quod nō potest dici de Abzaham 7 ysmabel. Unde cuz  
dicitur. Deus sanctificavit dilectū ex utero. 7 p̄ceptum in  
carne sua posuit. cōiter intelligitur de ysaac ratōe p̄dicta.  
Alia uero cōtenta in predicta oratiōe clara sūt ex se 7 uera  
Ad illud uero quod dicis q̄ ex predicta orōe nō habetur q̄  
iusti essent sepati a diuina uisione post mortē. sed solum q̄  
eruerētur p̄ circūcisionē ab inferno. Concedo tibi. nec ego il  
lām orōnē induxi ad hoc probandū. sed solū ad primū. s. q̄  
pueri qui adhuc sunt innocentes. cū sint in octava die nati  
uitatis sue. erūitur ab inferno p̄ sacramentū circūcisionis  
Quod autē isti quātumcūqz sancti ante aduentum messie  
fuerunt de paradiso. 7 p̄ consequēs a diuina uisione separati.  
ex alijs auctoritatibus posses habere.

**I**n capitulo quarto inducuntur alie auctoritates ex qui  
bus cōprobatur. q̄ sancti antiqui testamēti post mortē nō  
ibant ad paradysum ubi ē locus beatorz. nec etiā ad gebennaz  
sed ad quendā locum. qui a doctoribus hebreoz suburbiz  
paradisī uocatur. non obstante q̄ p̄dicti sancti decessissent ab  
hac uita mundi. non solū a pctō actuali. sed etiā originali.

### Saulus

**C**allega michi illas rogo.



### Paulus

In glo. sup. Gen. que dicitur Beresith. Rabba super illud uerbū. Hec sunt generatōnes celi ⁊ terre. cū creatūtur Gen. ij. Quidā ex antiquis doctoribz dicit. q. res in primordio fuerūt create a deo secundū plenitudinē seu pfectionē suaz. ⁊ quādo peccauit Adam diminuta sunt ⁊ corrupta. ⁊ ulterius nō erūt reuertētes ad decentē statū. donec ueniat fili⁹ Phares. de quo fit mentio. Ruth. ultimo. cuz dicitur. Iste sunt generatōes Phares. per filiū autē Phares intelligit messīā. qui de Phares descendit. Qui quidē Rabbi seu doctor. fundat ibidē intentōnē suā in quadā orthographia literali sic. Nam ista dictio tholdoth in hebraico significat idem quod generatōes in latino. Que quidē dictio sicut et multe aliē cōsueuerunt in hebraico scribi dupliciter. Vno modo plene. ⁊ hoc cū interponūtur in dictōe lre uocales. q. ad hoc cōter requirūtur. Alio mō scribūtur dictōs dimi- nute. ⁊ hoc cum non interponūtur uocales cōter requisite. Quo posito. scrutāte sacras scripturas hebraicas maifeste patet. q. hec dictio tholdoth scribitur plenarie solū in duobus locis. quoz unus locus ē cum dicit. Hec sunt generatōnes celi ⁊ terre. Gen. ij. quod fuit dictū ante peccatūz Ade. Secundus uero ē cuz dicitur. Hec sunt generatōes Phares Ruth. ult. Iste due tholdoth seu generationes soluz scribūtur plenarie cum omnibus uocalibus requisitis. Aliē uero tholdoth ubiqz scribūtur. scribūtur diminue. quia in qualibet deficit una lra uocalis. que requirebatur ad hoc ut esset plene scripta. ut cum dicitur. Hic ē liber generatio- nis Adam. Gen. v. Et hec generatōes sunt Noe. Gen. vj. Et hec sunt generatōes filioz Noe. Gen. x. Hec sunt generatō- nes Sem. Gen. xi. Et hec sunt generatiōes ysaac. Gen. xxv. Et sic de ceteris. que omnes scribūtur diminue. pterquaz ut predicte due. Ex quo cōcludit doctor pdictus. q. dictū ē s. q. res humane. i. homo in sui creatōe fuit in sua pfectiōe creatus. ⁊ post peccatū diminutus. ⁊ sic fuit usqz ad filiū Phares. i. messiam.

### Saulus.

Hec conclusio non sequitur ex illis pmissis. Licet. n. qsqz hec dictio scribatur plene. quādoqz diminue in scripturis

nō tamē ex hoc de necessitate sequitur id quod concludis.

**Paulus.**

**H**ec cōclusio non uidetur sequi de necessitate līe ut tu dicis nichilominus tenēda ē auctoritate doctoris eā concludētis p̄sertim cum tui antiqui doctores illa que fuerūt eis tradita a prophetis applicabant quibusdam imitionibz seu signis in sacris eloquijs contētis. prout tu nosti frequenter faciūt. fuerūt etiā ⁊ alij Rabbini seu doctores huic sentētie conformes. qui dicunt q̄ omēs patres fuerūt in suburbij paradisi ante aduentū filij Phares.

**Saulus.**

**D**ic michi qui sunt alij doctores nostri hoc sentiētes. Ut ex multoz testimonio intentio tua firmitus fundetur.

**Paulus.**

**Q**uidam doctores tui de hac materia loquētes asserunt q̄ prophete ⁊ sancti patres antiqui testamēti descendebāt in infernū post hāc uitā. quod probāt p̄ hoc. Nam Abrahe fuit dictū a deo. Gen. xv. Tu ibis ad patres tuos. Ex quo arguit Rab. Rahamon. q̄ quia patres Abrahe fuerūt idolatre ut patet Josue xxiii. Sequitur q̄ Abrahaz qui ad illos patres iuit post mortē descendit ad infernū ubi p̄ses sui erāt. Idem dicit de ysaac. de quo dicitur Gen. xxxv. Defunctus est ysaac ⁊ mortuus. ⁊ additus ē ad populos suos. Idez de Jacob Gen. ult. Idez de David. iij. Reg. ij. ⁊ dormiuit David cuz patribus suis. Ex quibus satis probatur q̄ patres sancti antiqui testamēti post mortē non ibant ad paradisu ubi deus beatifice uidetur a sanctis. sed patribus suis congregabātur. quoz multi de primis fuerūt idolatre. ut dictum est.

**Saulus**

**I**ste doctor quē allegas crudelissime se habet cōtra sanctos martires antiqui testamēti. condempnat enī Abraham ad infernū. asserēs q̄ iuit ad p̄ses suos post mortē. s. ad Thare qui fuit idolatra. ⁊ sic ex dicto istius si sic intelligatur ut tu dicis. sequeretur q̄ pater Abraham ⁊ sancti patriarche ab eo descendētes. post mortē non solum fuerūt separati a diuina uisione. s; etiā fuerūt in inferno ubi nulla ē redēptio

ubi fuit Thare et alij idolatre p̄decessores eorū quod ē oīno absurdū. nec credo q̄ sit consentaneū doctrine tue catholice

### Paulus.

**A**bsit q̄ secundū ueram doctrinā catholicā Abraham nec p̄ dicti sancti patriarche in infernū descendissent post hanc mortē sicut Thare et alij similes. qui fuerūt patres Abrahę secundū carnē. sed si bene scripturas de hoc loquētes scruta tus fueris. reperiēs q̄ Abraham et patriarche licet p̄ mortē non fuerūt in inferno ubi ē locus dampnatorū. non tamē ascenderūt in celum. ubi ē locus beatorū. Sed fuerūt in inferno. non in loco penali sicut dampnati. s̄ in loco ī quo quāuis diuina uisione carebāt. nullā tamē gehennalē senti ebāt penā. erant etiā ibi securi de uisione diuina beatifice habenda. Qui quidē locus apud tuos doctores uocatur sub urbiū paradisi. ut dictū est. apud nostros uero limbo. que nomina licet diuersa sint idem significāt ut dictū est.

### Saulus

**I**ndica michi quomodo scripturas scrutando hoc quod uis reperiatur.

### Paulus

**Q**uod autē Abraham qui fuit primus in publicatōne uere fidei. ut dictum est non iuit ad locum beatorū statim post mortē. satis patet p̄ illud uerbū supra allegatū. cum a deo fuit sibi dictū. Tu ibis seu ingredieris ad patres tuos. Con stat autē ut iā dictum ē. q̄ patres ipsius Abrahę deos alie nos coluerunt. ut supra allegatū est. et sic ex hoc quod dicitur Ingrederis ad patres tuos. manifeste habetur. q̄ Abraham post mortē non erat iturus ad locum beatorū. non enī ibi erant patres eius. sed in hoc quod statim subditur. in pace. habetur manifeste q̄ Abraham nō erat iturus ad locū dampnatorū. ubi nulla ē redēptio. nec p̄ consequēs pax. Si enim impijs in hac uita existētibus nō est pax. ut habetur Psa. xlviii. In p̄sona pctōrū. ps. etiā dicebat Non ē pax ossibus meis a facie peccatorū meorū. Quātomagis impijs qui post hanc uitā iā in termino dampnationis existunt nulla possit esse pax. nichil enim habent nec spectant habere quod suū appetitū quietet. Vnde ex hoc quod fuit dictū Abrahę q̄ iturus seu ingressurus erat in pace. necesse est dicere q̄

Abraham post mortē. quāuis non statim iuit ad locū bea-  
torū. non tamē ad locū dampnatorū post mortē erat iturus  
sed potius ad locum pacificū. ut dictum ē. Et sic ex ista p̄-  
nuntiatōe Abzabe facta sane intellecta. manifeste habes q̄  
Abraham post mortē non iuit ad infernū inferiorē. prout  
significat locū dampnatorū. de quo. ps. Eruiſti animā meā  
de inferno inferiori. sed ad locū imūnē ⁊ securū de beatitu-  
dine habenda. quia in pace. de qua pace. ysa. lvij. Veniet  
pax ⁊ requiescet ei in cubili suo. qui ambulat in directōne  
pax enī nō habetur nisi ubi appetitus quietatur. Idē dicen-  
dum est de alijs p̄iarchis.

### Saulus.

**L**icet Abzabe fuit dictū q̄ esset iturus in pace post mortē.  
nō tamē alijs p̄iarchis legitur hoc dictū fuisse. ⁊ sic ex p̄-  
dicta auctoritate non potest concludi. q̄ de alijs sanctis sit  
idem dicendū de hac materia sicut de Abraham.

### Paulus.

**L**icet de ysaac non fuit dictū q̄ esset iturus in pace. tamē  
de ipso defūcto legitur. Et additus ē ad populos suos Gen.  
xxxv. quod intelligitur de Abzabaz ⁊ alijs qui in suo sinu  
seu receptaculo erāt. qui erāt in pace cū Abraham. ut dictū  
est. Unde non oportebat repetere in quolibet successore.  
q̄ erat iturus in pace. sed sufficiebat dicere quod iret ad  
populum suum uel cum patribus suis additus seu aggre-  
gatus. ex quo iam erat ibi Abraham collocatus tamquam  
p̄ fidelū. cui ex̄p̄sse fuerat dictū. Ibis in pace. ut dictū est

### Saulus

**L**icet Abraham fuisset unus de sanctis patriarchis. nō ta-  
men fuit primus eorum. Prior enī fuit Adam ⁊ Noe. ⁊ alijs  
sancti qui p̄cesserūt Abraham. Ideo nō uidetur ratio quare  
Abzabe solo fuisset dictū. Ibis in pace. ⁊ nulli aliorum pre-  
cedentū.

### Paulus.

**Q**uāuis alijs sancti p̄cesserūt Abraham in tēpore. tamē iter  
omnes sanctos Abraham fuit primus in sepando se ab actu  
infidelū. ut habetur Gen. xij. Similiter in publicādo no-  
men dñi. ut ibidē. etiā fuit primus in recipiēdo signaculū

fidei in circūcisione. Gen. xvij. fuit etiā primus in recipiēdo promissionē de messia uēturo. Gen. xxij. Similiter fuit primus in habēdo sepulturā sepatam ab infidelibus. Gen. xxij. Unde nō inmerito Abrahe fuit exp̄sse denūtiata pax post mortē. ut ex illa alijs ei adherētibus intelligeretur cōcedi. Et iō secundū doctrinā sanctam sūmi magistri nostri sanctorū requies sinus Abrahe dicitur. eo q̄ sibi pax fuit p̄ mortē denūtiata. in qua fideles oliꝝ requiescebāt. ut dictū est.

### Saulus

**C**um enī Abrahā et alij p̄res iusti. qui p̄cesserūt aduentum tui messie. ab hac uita migrauerūt in statu iustitię. ut ex testimonijs scripturarū patet. nec etiā fuit in eis macula originalis peccati. cū p̄ circūcisionē ab eo mundabātur. ut tu asseris. nō uidetur ergo ratio. quare hmōi sancti nō statim intrauerūt regnū celeste post mortē. sed in suburbio paradisi detinētur. ut supra dicitur. Legitur Proverb. xi. *Semināti iustitiā merces fidelis. Que quidē merces iustitię hētur in introitu regni celestis. nō ergo p̄ribus iustitiā seminātibus detinēda esset seu retardāda eorū merces.*

### Paulus.

**A**b ingressu regni celestis nō solū impediēbat peccatum singulorū. sed etiā peccatū cōmune totius nature humane. quod est peccatum primi parentis. Legitur enī Gen. iij. q̄ post peccatū primi parentis collocauit deus cherubin et flāmeū gladiū atq; uersatilē ad custodiendū uia ligni uite. Et quia licet quilibet sanctus p̄ opera iustitię purgabatur a peccato. quantū ad emundatōē proprie p̄sone. nō tamen alicuius fides uel iustitia sufficiebat ad remouendū impedimentū. quod erat reatus totiꝝ humane nature. Qui quidē reatus p̄ passiōē xp̄i uniuersaliter remotus ē. Unde ysa. supra. liij. *Deus imposuit peccatū omniū nostrū. Idcirco sancti usq; ad eius passionem fuerunt impediti ab ingressu celestis glorie. Et hoc ē quod doctores tui asserūt dicētes q̄ sancti erāt in suburbio paradisi. usq; ad aduētū filij Pharis. ut supra allegatū est.*

**C**apitulū Quintū. In quo datur ratō quare q̄dā penalia

que fuerūt imposta humano generi p peccatū Ade. nō fue  
rūt amota p passionē christi. per quā fuit indultū peccatū  
originale.

### Saulus.

**S**i ita est ut tu asseris q p passionē xpi tui seu messie remo  
tū fuit peccatū originale quātū ad culpā seu reatū. Quod  
quidē peccatū ut dicitur ptinet ad totā naturā humanā. seq/  
retur q peccatū predictū p eandē passionē esset remotum.  
etiā quo ad penā. cū pena nō datur nisi quo ad culpā. Con/  
stat autē q penalia que a deo fuerūt diffinita cōtra huma  
nū genus propter ade peccatū. adhuc remanēt post passioz  
xpi tui sicut antea. Remāet enī illud penale quod dicitur.  
In sudore uultus. 7c. Similiter cū dicitur mulieri. In do/  
lore paries filios. 7c. Remanet etiā clausura paradisi ter/  
restris. quā supra allegasti. que omīa habētur Gen. iij. Ex  
quibus manifeste patet. q peccatū originale nō fuit abla/  
tū p passionē xpi tui quantū ad penam. 7 p consequens nec  
quātū ad culpam.

### Paulus.

**S**i bene attendisti ea que supra tibi dixerā cū de modo re/  
dēptionis p messiam facte agerem? facilius posses ad hoc  
quod nūc obicis respondere. ostendī enī tibi q redēptio per  
xpm promissa in prophetis erat intelligenda spiritalis.  
que est potioz 7 perfectioz quā temporalis. Vnde uictoria  
sua in redimēdo nō debet intelligi p uim armor. sed sua ui  
ctoria intelligēda ē prout uicia p uirtutes uincūtur. Simi  
liter 7 habūdātia seu affluētia bonoz. similiter 7 libertas  
que in suo aduētū legitur promitti intelligēde sunt de ha  
bundātia bonoz spiritaliū. s. uirtutū. Similiter 7 liber/  
tas intelligitur de libertate a peccato. non autē a subiectōe  
humana. Illa enī intelligenda sūt fuisse promissa per xpm  
que requirūtur ad cōsecutionē uere redēptōis. que in ultia  
beatitudine cōsistit. nō autē illa que indifferēter se habent  
ad hoc. 7 multominus quecūqz impediūt. sicut ē bonorum  
tpaliū affluētia 7 hmoi. prout supra ē ostensum. Vnde in  
proposito dicendū ē q p passionē xpi 7 eius uerā fidē remo  
tuz fuit peccatū originale quātū ad culpā. que impedit cō  
secutionē ultimi finis. s. beatitudinis. Illa autē penalia de

quibus arguis. s. in sudore uultus tui. 7c. 7 in dolore pari/ es filios. 7c. 7 hmōi in differentia sūt ad consecutionez ul/ timi finis. siue eū homo laborādo comedat siue nō laborā do potest cōsequi ultimū finē. si in cognitōne dei 7 alijs ad hoc ptinētibus se habeat ut debet. Et ideo ista nō fuerunt amota in redēptione spūali per xpm facta.

### Saulus.

**I**n pena peccati Ade positus fuit gladius uersatilis. ad cui/ stodiendū uia ligni uite. ut tu allegasti. Gen. iij. hoc autem est spirituale ut uidetur. 7 tamē remanet post passionem. Nullus enī legitur paradisu terrestre intrasse post passiōz xpi tui. sicut nec antea. nisi forte dicitur Enoch 7 Heliam qui fuerunt ante passiōne xpi tui.

### Paulus

**I**ntrare paradysum terrestre nō requiritur ad bonū spiri/ tuale. Ita enī potest homo ibidē existēs peccare. sicut extra existens. Adam enī ibi peccauit. 7 ideo amouere istā clausu ram non requiritur necessario ad ultimā beatitudinē con/ sequendā. secus autē de clausura celestis paradisi. cuius in/ gressus requiritur ad uerā beatitudinē cōsequendā. Vnde 7 apertionē ianue celestis paradisi opata ē passio xpi. non au tē amotionē clausure padisi terrestis.

**C**apitulū Sextum. In quo arguit diuersimode contra ea que dicta sūt de peccō originali. 7 soluūtur argumēta.

### Saulus

**A**udio quō intēdis formare in auctoritatibz. qd peccā pri/ mi hoīs originaliter trāsiiuit in posteros. sed adhuc rema/ net ut respōdeas michi ad hoc quod legitur. Ezech. xvij. Filius nō portabit iniquitatē patris. Si enī peccatū primi pentis posterū sui ab eo originem traherēt. predicta uerba prophete essent manifeste falsa.

### Paulus.

**Q**uod dicitur a propheta. Filius nō portabit iniquitatem patris. Verum ē. Non enī punitur filius spūaliter pro pec cato pñs nisi sit pticeps peccati eius. sicut ē in proposito. Deriuatur enī primū peccatū patris p originē in filium.

ficut ⁊ peccatum actuale deriuatur a patre in filium per imirationem.

### Saulus

**E**x hac tua responsione sequeretur q̄ anima humana que ē subiectū culpe traduceretur p̄ originē. quod ē cōtra textuz sacre scripture. Legitur enī Gen. ij. ubi de creatōne homīs agitur. Spirauit in faciē suā spiraculū uitē. per quod uerbu secundū omnes intelligitur q̄ aīa humana p̄ creatōnez ī corpe hūano a deo īmediate infūdatur. ⁊ per cōsequēs nō traducitur p̄ originē. cōsequētia patet ex hoc. nā si culpa q̄ ē quoddā accūs in aīa p̄ originē traduceretur. oporteret q̄ eius subiectū. s. aīa p̄ originē trāsiret. accidēs enīz non migrat de subiecto in subiectū. secūdū sententiā philosophoz.

### Paulus.

**L**icet erroneum est dicere q̄ anima rationalis traducatur cum semine a parente in prolem. tum quia corp⁹ humanū est proportioatū aīe. defect⁹ aīe redūdat in corp⁹ ⁊ econuerso. Vnde interdū ex fatuis fatui generātur. Et ideo non est necessariū dicere q̄ si peccatū primi parētis per originē transit in prolez q̄ anima rationalis p̄ originē traducatur a patre in filium.

### Saulus.

**P**osito ut tu asseris q̄ aliqui defectus etiā anime a parente transeunt in prolez per originē. talis deriuatio seu trāsitus excludit rationez culpe. de cui⁹ ratione ē q̄ sit uoluntariū Dicit enī philosophus in. ij. Ethic. q̄ nullus increpat cecuz natum sed magis miserebitur. Si igitur posteri ab Adam aliquā turpitudinē traherēt per originē. tūc talis turpitudō cū esset per naturā contracta nō esset uoluntaria. ⁊ p̄consequēs nec increpabilis. nec etiā esset peccatū. de cuius ratione est q̄ sit uoluntarium.

### Paulus

**H**ec consequētia quā ultimo infers dicēs q̄ si turpitudō cōtracta ab adāz per originē nō esset in eius posteris uoluntaria. quia tūc nō esset peccatū. si bene cōsideras inualida est in actibus enī nō uolūtarijs. sed mere naturalib⁹. licet nō sit culpa increpabilis. cōtigit tamē ibi esse peccatū. Peccatū



est secundum rationem rectitudinis uel deriuationis t ordine ad finem debitum consideratur. Unde actus naturalis qui non habet rectitudinem secundum ordinem ad debitum finem peccatum dicitur. licet non sit uoluntarium. Et ideo in proposito peccatum originale quod non est peccatum persone sed nature. licet non habet rationem increpabilis. et quod non est in uoluntate potestatis ipsius prolis nascentis. habet tamen rationem predicti in quantum ueniat a rectitudine finis. Et propter hoc potest ad tuam objectionem aliter responderi. scilicet quod homini peccatum habet rationem uoluntariam. quod sic patet. Licet enim inordinatio que est in homine ex Adam generata. non est uoluntaria ex uoluntate ipsius hominis generati. est tamen uoluntarium ex parte ipsius Ade. qui mouet motionem generationis. omnes qui ex eius origine generantur deriuantur. sicut uoluntas anime mouet omnia membra ad actum. Unde sicut actus unius membri. ut puta manus non est uoluntarius uoluntati ipsius manus. sed uoluntati anime que primo mouet membra. sic istud peccatum originale non est peccatum huius persone. nisi quantum hec persona recepit naturam a primo parente. in quo hoc peccatum fuit uoluntarium.

### Saulus

**S**i a primo parente peccatum per originem contrahimus. in quantum ab ipso recepimus naturam humanam. eadem ratione peccata quorum cuiusque parentum proximo contraheremus. Constat autem quod fuimus in proximis parentibus tanquam in quibusdam nostre nature principijs. ex quo sequeretur quod innumerabilia peccata essent in homine quolibet a suis parentibus tanquam proximis quam remotis contracta. quod est ualde inconueniens. nec credo quod tui doctores hoc concederent.

### Paulus.

**S**ecundum doctorum tuorum ueram doctrinam nulla peccata proximorum parentum nec etiam primi parentis preter primum per originem traducitur. Cuius ratio est. nam homo in specie idem sibi generat. non autem secundum indiuiduum. Et ideo que directe pertinent ad indiuiduum sicut personales actus. et que ad eos pertinent non traducuntur a parentibus in filios. Non autem grammaticus tradit in filium grammaticam scientiam. quam non per solam naturam. sed proprio studio acquisiuit. ea tamen que pertinent ad naturam speciei traducuntur

a parentibus in filios. nisi sit defectus nature occultatus. nisi natura deficiat generat occultatū. illa autē que sūt personalia ut actualia peccata. ut dictum ē nullo mō traducūtur a parentibus in filios.

### Saulus.

**P**rimū peccatū Adē manifestum ē quod ē personale. non tamē hoc habuit ex natura sua specifica. sed ex proprio actu sui liberi arbitrii. Vnde primū peccatū Adē nō potuit traduci p̄ originē. etiā secundū te. sicut nec alia peccata personalia sua uel aliorū parentum.

### Paulus

**S**ecundū q̄ ad p̄sonā ptinet aliquid secundū seipsū. et aliud ex dono gratie. Ita etiā ad naturā potest aliquid pertinere secundū seipsā. s. q̄ causatur ex principijs eius. et aliud ex dono gratie sup̄naturali. et hoc mō iustitia originalis quā nō habuit natura humana ex suis principijs. habuit tamē per quoddā donū gratie toti humane nature diuinit<sup>r</sup> colatū in primo parente. quod quidē donū primus hō p̄ primū peccatū amisit. Vnde sicut illa originalis iustitia traducta fuisset in posteros simul cū natura si Adam nō peccasset. ita et inordinatio opposita cū natura traducitur. Vnde istud peccatū nō est personale. sed nature. Alia uero peccata primi parentis uel aliorū nō corrumpūt naturā. quantum ad illud quod nature est. sed solū quantum ad id quod p̄sonae est. et ideo talia peccata nō traducūtur.

### Saulus

**L**icet homo nō generat idē sibi secundū indiuidnū. generat tamē sibi simile. Iracundus enī generat iracundū. uelocitas etiā corporis et bonitas ingenij deriuatur sepe a parentibus in filios specialiter cū natura parentū sit fortis Et sic patet etiā q̄ indiuidualia transeunt a parentibus in filios. Et ideo uidetur dicendum de alijs peccatis Adē et aliorū parentum. etiam preter primum peccatum Adē.

### Paulus

**P**eccatum parentum preter primum sunt pure personalia Et ideo traducibilia nō sunt. Alia tamē accidētia ut iracundia uelocitas et huiusmodi. licet sint accidētia indiuidualia

propagatur tamē qñq; in filios in quantum sunt p̄tinentia ad dispositōez nature. Et ideo nō est similis ratio de talib; accidentibus indiuidualib; ⁊ de personalibus peccatis.

**D**istinctio septima de scrutinio scripturarū circa regnum christi An. s. sit illud de quo reuelatum fuit Danieli quod esset excellentius quatuor regnis precedentibus. ⁊ q̄ illa quatuor regna destrueret. An non. Et habet. xij. Capitula .

**I**n primo capitulo ostenditur q̄ per uisionē Danielis de statua in secūdo capitulo cōtentā intelligitur q̄ p̄ christuz erat extirpanda ydolatria de regnis principalib; mundi.

**I**n secūdo ca. ostenditur q̄ licet ydolatria adhuc remaneat in aliquib; paruissimis regionib; apud hoīes bestiales seu brutales cū in maiori parte seu principaliori totius orbis est p̄ diuulgationē fidei xp̄i ablata ⁊ quādo ante aduentuz christi ydolatria Chaldeoꝝ ⁊ aliorū regnoꝝ remaneat a / pud Romanos etiā destructis regnis illis.

**I**n Cap. tertio ostenditur q̄ uisio statue applicatur primo aduentui xp̄i. uisio autē de bestijs Dan. vii. applicatur se / cundo.

**I**n Cap. quarto ostenditur q̄ licet cultus idoloꝝ post passi / onē xp̄i in quibusdā ptibus mūdi r̄ mansit. tamē totus si / mul intelligitur ā moueri p̄ percussionē lapidis sine mani / bus abscisi.

**I**n cap. quinto ostēditur quō intelligatur illud Dan. ij. Lapis qui pcussit statuā fact⁹ ē in montē magnū.

**I**n cap. sexto ostenditur quō exponēdū ē regnū ferreum. s. Romanū hēbat partē pedū ⁊ digitoꝝ teste figuli ⁊ partem ferreā ut hētur Dan. ij.

**I**n cap. septimo ostēditur q̄ regnū xp̄i seu ipsius ecclesie non ē idem cū regno Romanoꝝ prout doctores falsi scili / cet pharisei fingunt .

**I**n cap. octauo ostēditur q̄ sūmus pontifex in quo prin / cipaliter residet ecclesiastica ptās. licet qñq; utatur mūda / na tempali ptāte. s. armoꝝ potētia ⁊ hmōi. non tamē talis potestas est essentialis in ecclesia sed accidētalis.

**I**n cap. nono ostenditur q̄ ecclesia habuit suū esse perfectū s. spūale tempe apostolorū ⁊ aliorū discipuloꝝ antequam

potestatem temporalem a Cesare accipisset.

**I**n decimo capitulo ostenditur quod christus docuit uerbo et exemplo. quod beatitudo humana consistit in contemptu terrenorum et adhesionem ad celestia. quam doctrinam eius uiri discipuli secuti sunt et quod in primitiua ecclesia quam nullam potestatem mundanam fideles habebant perfectiores uiri ut plurimum inueniebantur in ecclesia quam nunc. quando potestatibus et regnis mundanis ecclesia habundat. Ex quibus concluditur quod regnum Romanorum et regnum christi seu ecclesie nullo modo sunt idem sed diuersa.

**I**n undecimo capitulo ostenditur quod per cornu paruulorum affixum quarte bestie non intelligitur christus noster prout iudei false exponunt.

**I**n duodecimo capitulo ostenditur quod per cornu paruulum supradictum intelligitur antichristus secundum ueram catholicorum expositionem.

**I**n tredecimo capitulo ostenditur quod ex hoc quod dicitur de cornu paruulo quod loquitur contra excelsum et putabit mutare tempora et legem. que uerba false iudei applicant ad uerum christum. sumitur ordo ad tractandum de quibusdam que sunt magne arduitate in hoc opusculo.

**C**apitulum Primum in quo ostenditur quod per uisionem Danielis in. vii. cap. de statua intelligitur quod per christum erat extirpanda ydolatria de regnis principalibus mundi.

### Saulus.

**P**redictis ad presens obmissis reuertamur ad alia que pertinent ad examinationem christi tui. scilicet ad scrutandum scripturas utrum ille fuit messias in prophetis promissus an non. Ad quod occurrit michi ualidum argumentum contra te quod sumitur ex reuelationibus Danieli factis. In quibus deus ostendit excellentiam regni quod daturus erat christo suo. Quamquidem excellentiam nunquam habuit christus tuus. Ex quo habetur manifeste quod non fuit ille christus a deo promissus.

### Paulus.

**P**roposce mihi illud argumentum clare ut sciam quante uirtutis sit

### Saulus

**S**crutatus sum Daniele in. ij. cap. ubi expresse reperio quod

regnum christi habebat cōterere seu dīminuere regnū Cal/ deorū 7 alia tria regna sibi succedentia. Legitur enī ibi q̄ lapis abscisus sine manibus qui est christus. de quo ibidez dicitur. Suscitabit deus celi regnū quod ieternū nō corrū/ petur. Habebat cōminuere seu cōterere ferrū testam es ar/ gentum 7 aurū. que secundū omnes expositores significāt regnū Caldeorū 7 tria alia regna sibi succedentia. Sed con/ stat q̄ regnū christi tui nō cōminuit p̄dicta regna p̄sertim regnū Caldeorū Medorū 7 Brecorū cū iam p̄ magna tēpora ante sui aduentū fuerunt destructa. ergo regnū christi tui nō ē illud regnū de quo dicitur ibidē q̄ esset a deo suscitan/ dum 7 q̄ ineternum non corrumpetur.

### Paulus.

**S**i uisionē Danielis quā allegas sic supficialiter intelligis Argumētū tuū pari modo 7 forte amplius militat contra te. Si enī per lapidē abscisum sine manibz messiā quem tu expectas itelligis quē credis deū celi suscitaturū. 7 q̄ eius regnuz ineternū nō corrumpetur 7c. quomō de ipso potest spectare q̄ cōtereat seu cōminuat regnū Caldeorū Medorū 7 Brecorū. que iaz a maximis tēporibus ante tempus presens fuerūt destructa. imo quoz memoria fere iam non est. nisi forte ī hystorijs antiquis. Vnde si uerus messias quē colo 7 adoro. non potuit conterere secūdū te regnū Caldeorū 7 alia tria regna. eo q̄ iam fuissent per magnū tēpus ante sui aduentū destructa. quātomagis messias quē spectas. cuius esse in rerū natura p̄ mille 7 xxvij. annos post aduentum xpi nri adhuc nō apparet. nō potest p̄dicta regna cōterere. iam a longioribus 7 ualde remotioribz tēporū curriculis sūt ānullata 7 uere obliuioni tradita. Vñ si de uero messia s. christo meo nō potest uerificari q̄ cōtruit regna Chal/ deorū Medorū 7 hmōi propter eoz antiquā 7 p̄teritam de/ structionē. a fortiori de tuo messia nō possz hoc uerificari cuius tempus ualde remotius esset a tempe destructionis p̄dictorū regnoz. Sed si diligēter scrutatus fueris uerum sē sum p̄ te allegatū uisionis. manifeste repies q̄ proprie ap plicatur uero xpo meo. Pro c̄ declaratōe scire debes q̄ in regno christi 7 ecclesie sue. debuit idolatria ab uniuerso uē maiori 7 principaliori parte eius extirpari. quod fuit sin

6.

gularissimū in primo aduētū xpi. Nam hactenus tempore Moisi et aliorū prophetarū. licet magnalia uirtute dei fie-  
bāt. nō tamē hoc uitū. s. idolatrie potuit extirpari. nedū  
a gentilibus sed etiā ab ipso populo Israhelitico. in cuius  
psentia deus fecit magnalia in Egipto. terribilia in mari  
rubro. et in deserto panē celi nō sine magnis miraculis de-  
dit eis. quibus nō obstātibus in eodē loco ubi legē a deo sus-  
ceperāt et uerba eius de medio ignis audierāt quibz eis pre-  
cipiebat. Non hēbis deos alienos pter me. Exo. xx. Ibi. s. in  
Oreb uitulū fecerūt conflatilē et adorauerunt sicut patet.  
Exo. xxxij. Simile in temporibus Judicū et Regū in reg-  
no Israhel et etiam Jude nō cessabāt imolare et sacrificare  
dijs alienis. prophetis proclamātibus et innouātibus signa  
et prodigia. cōtra eos mouētibus frequēter. ut in historijs  
sacris patet euidenter. Sed postquā xps noster uenit in mū-  
dū. et eius fides p orbē diuulgata fuit. et sequētibus signis  
p suos discipulos et martures confirmata exclusa est idola-  
tria simpliciter a tota republica mūdi. uel ab eius maiori  
parte. prout fuit prophetatū in diuersis locis. et specialiter  
Psa. ij. ubi loquēs de tempe messie cum dicit. Et erit in no-  
uissimis diebus pparatus mons domus domini in uertice  
montiū. 7c. Et infra loquēs propheta de doctrina xpi per-  
gētes suscipiēda. Et docebit uos uias suas 7c. et infra ibidē  
prophete ostendens. q tempore sui aduētus tota terra erat  
repleta idolis dicens. Et repleta est terra eius ydolis opus  
manuū eius adorauerūt opus quod fecerūt digiti eorum.  
Et idem infra prenosticana q huiusmodi ydola per ipsū et  
suos sequaces essēt proiciēda. subdit In die illa proiciet hō  
ydola argenti sui et simulachra auri sui que fecerat sibi ne  
ea adoraret. Ex quibz patet intētū. s. q in nouissimis diebz  
p quod dies messie intelligūtur etiā sm tuos mgfos erant  
ydola proicienda quibus antea uniuersum erat plenū. De  
hac igitur materia agitur in hac uisione Danielis quaz tu  
allegas. In qua uisione quatuor regna precedentia regnuz  
xpi. s. Caldeoz Medoz Grecoz et Romanoz significātur p  
unaz statuā quadripartitā. Nā statua cōmuniter designat  
ydolatriā. Simulachra enī demonū cōmuniter per ydola-  
trias statuas celebrātur. Quod etiā patet Dan. iij. de sta-  
tua quā fecit Nabuc. Et quia oīa regna mūdi ante aduētū

christi. licet inter se essent multa differentia et etiam aduersantia. In hoc tamen conueniebant omnes ut cultum deo debitum creaturis impenderent. Juxta illud psalmi. Omnes uero gentium demonia. Idcirco proprie designabatur omnia regna principalia in unica statua que idolatriam designat propter ipsorum conuenientiam in cultu idolorum. sed quia ipsa regna erant inter se diuersa in ritibus et alijs uarietatibus et modis uiuendi. Idcirco particularia membra huius statue erant de diuersis materijs. utpote de auro et testa et homini. Similiter et differabant in formis. quia aliqua pars statue erat caput. alia brachia et homini ad designandum uarietatem inter hominum regna. Unde ad propositum tui argumenti applicando. licet regnum christi et ecclesie non conminuit regnum Caldeorum seu Persarum et huiusmodi. quantum ad ipsorum mundanam potestatem que iam transiuerat. communit tamen ea quantum ad cultum idolorum. In quantum diuulgata fide christi in orbem per eius discipulos et eorum successores euacuata est cultura demonum a toto fere modo. scilicet a maiori et principaliori parte eius. ut dictum est. quod recte presignatur a Daniele per percussiones lapidis sine manibus. Nam absque humana potentia lapis qui est christus statuam. id est idolatriam diminuit. tam antiquam. scilicet Caldeorum quam alias ut dictum est.

**C**apitulum Secundum in quo ostenditur quod licet idolatria adhuc remaneat in aliquibus paruissimis regnis apud homines bestiales seu brutales. tamen pro maiori parte et principaliori totius orbis est per diuulgationem fidei christi ablata. et quod ante aduentum christi idolatria Caldeorum et aliorum regnorum remanebat apud romanos etiam destructis regnis illis.

### Saulus

**Q**uedam interponis in hac tua responsione que non uidentur continere ueritatem uel saltem aliquam requirunt probationem. Primum est quod uicis idolatriam hodie esse exclusam a toto orbe. quod credo esse falsum. Nam non est uerum quod hodie sunt aliqui etiam inter christianos et sarracenos qui hoc uitio abutuntur. scilicet idolatria. saltem in latebris et secretis. sicut etiam multi sunt. phitones. diuinatores. et homini que ad superstitionem idolatrie pertinet. et ut a quibusdam narratur in aliquibus extremis terre hoc uitium adhuc publice manet. Secundum est

qz dicit qd p diuulgatoz fidei xpi tui hoc uitium fuit amotū  
sine humāo brachio. quod tamē nō probas. Tertiū qz dicit  
qd idolatria qua utebatur Caldei adhuc remanebat tēpore  
xpi tui quod nō uidetur rationi cōsonū. Nā cōmuniter cuz  
aliquis populus destruebatur simul cū eo destruebatur q  
dij eius. Nñ ysa. xxxv. ex parte regis Assirioz se iactantis  
de uictoria quarundā gentium dicebat Nbi sunt Emach q  
Arphat. ubi dij saphar hami q. q. d. Sicut deuastauī gen-  
tes illas sic q eoz deos.

### Paulus.

**A**d primū quod obicit de idolatria dicēdo qd adhuc manet  
in orbe saltem in latebris q absconsis. uel etiā publice in ex-  
tremis terre. Rñdeo qd mala que in occulto fiunt solius dei  
iudicio reseruantur. Juxta illud Deut. xxviii. Abscondita  
deo nostro sunt. s. a solo deo iudicāda. Nnde de talibus non  
agim⁹ hic. De hijs at que dicit qd in extremis terre publice  
fiunt. dicendū. qd illa sunt ualde modica respectu terraz q  
regionū ubi nulla idolatria uiget. Nam terra que a ueris  
xpianis q etiā scismaticis possidetur. similiter a sarrēnis  
thurcis q tartarijs occupatur. magnā partē terre obrinet.  
intantū qd illud quod remanet est ualde modicū respectu  
ue. qd ubi uiuūt homīes bestiales q quasi semibruti. de qui-  
bus nō est faciēda mentio. quia quod modicū est secunduz  
philosophū pro nichilo reputatur. qd etiā in illis extremo-  
sis nō cōpellūtur hoīes ad idolatrandū. sicut tpe Caldeoruz  
hoc fiebat. ut patet Dan. iij. Similiter tpe succedentiū Ro-  
manoz regnoz. ut patet de Romanis qui multipliciter p/  
sequebatur fideles xpi ut suis dijs seu demonibz imolarēt.  
In ptibz igitur nādi extremosis ubi idolatria adhuc māet  
prout refertur a fidedignis nō cōpellūtur hoīes ad hoc si-  
cut nec puniūtur idola colētes. sed unusquisqz ad suū arbi-  
triū ad hoc relinquitur. Ad secundū autē in hoc petis a me  
probatōes de hoc qd p diuulgatoz fidei xpi idolatria fuit  
amota sine humana potētia. q. tibi rñdeo sic qd per sacras  
historias q alias autēticas ē manifestū qd tempe alioz qua-  
tuor regnoz uniuersaliū. quorū regnū Romanorū ē quar-  
tū idolatria p totū orbē extendebatur. Constat etiā p fide-  
lissimā q publicā formā qd historiarū cōmunē narrationez



q̄ per magnū tēpus antequā secta sarracenorū incipet cessa-  
uit ydolatria modo p̄dicto . sed nulla potestas hūana fuit  
intermedia inter Romanos ⁊ sarracenos que hoc uitiū am-  
moueret ut est manifestū . Restat autē q̄ per potestatē xp̄i  
⁊ suoz discipuloz p̄dicationē ⁊ martiria testificantia ueri-  
tatē hoc fuit iuxta prophetaz uaticinia cōclusū . Ad tertiū  
uero quod nō est uerisibile q̄ idolatria Caldeoz remāsisset  
post eoz destructōez . ⁊c. tibi respondeo q̄ de regno Roma-  
norū quod fuit ultimū p̄dictoz quatuor regnorū . legitur  
in historijs autenticis q̄ omīa simulachra gentiū colebat  
de cui⁹ memoria adhuc remanet Rome tēplū Pantheon in  
quo alias oīa idola colebātur . ⁊ postea hodie festū oīum  
sc̄toz ibidē celebratur . ⁊ sic patet q̄ statua de qua Daniel  
loquitur . s. ydolatria in sua erat integritate cū pcussa fuit  
per lapidē abscisum sine manibus . s. xp̄m . hoc testatur lra  
Danielis sane intellecta . cū ip̄e Daniel quatuor partes pre-  
nuntiavit in predicta statua forma ⁊ materia distinctas .  
que quatuor regna supradicta figurabant . que cum partes  
adinuicem per successionē cōtinuabantur . in destructionez  
tamē illius statue totū simul designauit destructā seu de-  
struendā . Non enī dixit q̄ antea fuerat caput destructum  
⁊ postea brachia ⁊ sic de alijs . sed simul ad lapidū pcussioz  
tota statua fuit destructa .

**C**apitulum Tertium in quo ostēditur q̄ uisio statue ap-  
plicatur primo aduentui xp̄i . uisio autē de bestijs Daniel  
viij . applicatur secundo aduentui .

### Saulus.

**I**n alia uisione Danielis . s. quatuor bestiarū que in capit.  
septimo cōtinētur . Que quidē uisio de eadē materia loqui-  
tur de qua ⁊ supradicta uisio . s. statue . In utraqz enī uisio-  
ne agitur de quatuor regnis supradictis ad inuicem . ⁊ ta-  
mē in istis duabus uisionibz que de eadē re loquūtur uidē-  
tur queqz de essentialibus uariari . Primo enī in prima ui-  
sionē . prout tu dicis omnia quatuor regna que per statuaaz  
designātur ad lapidis pcussionē simul fuerūt destructa . In  
secunda uisione in qua quatuor regna p̄ quatuor bestias de-  
signātur . non simul sed successiue uidētur p̄dicta regna de-  
strui . s. unū post aliud . unde dicitur de prima bestia ante

127  
ortum secūde legitur. Aspiciēbā donec euulſe sunt ale eius  
7 sublata ē de terra. Ex quo patet q̄ ante fuit sublata pri/  
ma bestia quā secūda surgeret. Idem uidetur intelligen/  
dū de alijs. Item in prima uisione p̄ lapidis p̄cussione fue/  
rūt quatuor regna destructa. In secūda uero uisione p̄ filiū  
hominis uenientem in nubibus celi fuerunt oīa deuicta.  
ut patet in cap. vii. Dic ergo rogo quomodo tollis contra/  
rietates ex istis uisionibz que de eadē re loquūtur. 7 tamē  
quedā cōtraria uidentur interponere ut dictum est.

### Paulus.

**S**icut dixerā tibi supra cū de tēpore aduēt<sup>9</sup> xpi ageremus  
duplex est aduētus xpi. unde licet regnū xpi secūdū se unū  
7 idē est. dupliciter tamē de eo scripture loquūtur secūdū  
huiusmōi duplicē aduentum. ex quo diuersi effectus erant  
producendi circa rem publicā mundanā. naz sicut i primo  
eius aduentu diuulgata eius fide idolatria erat extirpāda  
modo predicto. de quo agitur in prima uisione Danielis su  
pradicta. Sic in secundo ei<sup>9</sup> aduētū tota mūdāna potestas  
erat amouēda subiciēdo omnino diuino imperio. De quo  
Zach. ult. Erit deus rex sup omnē terrā. in die illa erit un<sup>9</sup>  
dominus 7 nomē eius unū. Et Soph. iij. Tunc reddā popu  
lis labiū electū ut uocēt omnes in noīe dñi 7 seruiāt ei hu/  
mero uno. In quibus 7 in alijs prophetis locutōnibus p̄/  
nosticatōnibusqz tota ptās humana publica erat aufferen/  
da. 7 subiciēda diuine ptāti. itelligitur hoc impleri in se/  
cūdo aduētū meisse. In hac igitur secūda uisione propheta  
agit de aduētū xpi secūdo 7 de hmōi effectū suo circa mū/  
danā ptātem penitus aufferendā. In qua quidē uisione p̄di  
cta quatuor regna p̄currentia secūdū xpi aduentū conue/  
niēter figurātur. non p̄ statuā que idolatriā signat. cū iaz  
idolatria amota erat p̄ primū aduētū ut dictū est. sed sig/  
nātur p̄ uarias bestias 7 feroces. per quas designātur ua/  
rie ferocitates 7 tyrannica diuersa ipsorū regnorū. prout  
expositores coīter tradūt. 7 quia ptās mundana quatuor  
regnoz p̄dictoz nō simul sed successiue fuit amota. prius  
enī pdiderūt monarchiā Caldei quā Perse. 7 sic de alijs.  
Ideo in secūda uisione ubi agitur de ptāte mūdāna. nō si/  
mul sed successiue quatuor bestie fuerūt destructe. Sed in  
prima uisione simul statua fuit diminuta. quia p̄ primū

aduentū fide xp̄i diuulgata per orbēz tota ydolatria tam preteritorū quam p̄sentū fuit destructa modo predicto. Ad s̄m uero quod cōuenit quare in prima uisione regnū xp̄i figuratur per lapidē abscisū sine manibus. In secūda uero uisione figuratur xp̄s per filiū hominis ueniētē ī nubib⁹. Satis patet respōsū ex p̄dictis. In p̄ria enī uisione loquitur de primo aduentu in quo xp̄s proprie figuratur p̄ lapidē sine manib⁹ abscisum. tūz quia eius conceptio ⁊ natiuitas secūdū carnez nō ex uirili semine producta fuit. prout ueritas fidei nostre tradit. tū quia nō p̄ potentiā corpālē statuā s̄. ydolatriā destruxit sed p̄ diuinā. In secūda uero uisione q̄ aduentū s̄m signat ut dictū est proprie designatur p̄ filiū hominis ueniētē in nubibus celi. quia in magna potestate ⁊ maiestate uenturus est ad iudicium

**C**apitulū quartū in quo ostenditur q̄ licet cultus idolorū post passionem xp̄i in quibusdā partibus mūdi remansit. tamē totus intelligitur simul amoueri per percussionez lapidis sine manibus abscisi.

### Saulus

**S**icut potestas mūdāna quatuor regnorūz predictorū non fuit siml̄ amota sed successiue. sicut tu asseris ⁊ bene. sic idolatria nō fuit simul amota sed successiue. quia post aduentū christi tui per magnū tēpus durauit ydolatria in diuersis ⁊ magnis mūdi partibus. unde etiā in tēpore Cosdre regis Persarū qui p̄ magnū temp⁹ fuit post aduentū xp̄i tui ydolatria adhuc uigebat. ut etiā historie tue testātur. que nō concordāt expositioni tue supradicte. in qua dicis q̄ simul destructa fuit idolatria a toto orbe seu a maiori parte totius orbis seu principaliori.

### Paulus.

**L**icet uerū est q̄ cultus idolorū p̄ aliquod tempus etiā p̄ passionē xp̄i in quibusdā ptibus mūdi notabilibus remansit cū idolatria dicitur simul amoueri a mūdo. eo q̄ p̄ uirtutē passionis xp̄i principalis auctoritas idolatrie. s̄. diabolica fuit amota seu ualde debilitata. Vnde passione imminēte ipse dixit. Nūc princeps hui⁹ mūdi eicietur foras. Job. xvi. quod intelligitur de diabolo. cuius ptāte ⁊ uersutia

homines in idolatria incidebant. et quod ab homini diaboli potestate per passionem christi que semel celebrata est homo fuit liberatus. Idcirco per solam percussione lapidis sine manibus abscisi idolatria dicitur simul esse amota. Posset etiam intelligi percussio huius lapidis fuisse impleta tempe Constantini quando christus qui lapis abscisus sine manibus dicitur. ut iam dictum est percussit Cesarem lepra. per cuius percussione et miraculosa sanatione tota statua idolatrie fuit dirupta Cesare precipiente ut omnia phana idolorum destruerentur. ut plenius ista continetur in sua historia. Secus est de potestate mundana predictorum regnorum. que fuit amota successiue tam ante aduentum christi quam post. Que quidem successiua destructio durabit usque ad tempus antichristi. quando christus secundo ueniens totam destruet mundanam potestatem. ut iam dictum est.

### Saulus.

**C**uius cum michi allegas auctoritatem euangelij tui quas ut scis non teneor recipere. presertim cum sint contra me. sicut nec tu auctoritates nostrorum doctorum recipes contra te.

### Paulus.

**Q**uia tu contra expositionem meam de uisione statue obicis. In quo actu procedis ut arguas. conuenienter ego possum ut respondens allegare auctoritatem summi magistri mei. non enim per meam responsionem te intendo obligare. sicut nec michi in respondendo necessitas incubit te obligandi ad tenendum responsionem meam. Vnde solum predictam auctoritatem allego ad meam saluandam expositionem quod sufficit per hoc quod auctoritatibus apud me autenticis mea expositio est consona. In alijs uero altercationibus nostris ubi procedere ut arguas contra te. tibi concedo quod non debeo allegare auctoritates doctorum nostrorum. sicut nec hactenus feci. nec facere intendo.

### Saulus.

**C**ontra auctoritatem magistri tui per te allegatam reperio experientiam contrariam. Diabolus enim adhuc hodie potestatem suam in hominibus exercet animas temptando et corpora ledendo ut est manifestum. quod non credo te negare. et etiam in actibus idolatricis in multis partibus mundi illudendo. quod est contrarium illius uicti per te allegati. scilicet princeps huius mundi eicietur foras.

### Paulus

Licet nūc diabolus potest deo pmittēte hoīes tēptare quā/  
tū ad aīaz 7 uexare quantū ad corpus etiaz per ydolatriā  
illudere. est tamē hōi nūc preparatū remediū p passionem  
xpi in hoc homo se potest tueri contra hostis ipugnatōnes  
ne deducatur ī interitū eterne mortis. 7 quicūqz ante pas/  
sionem xpi diabolo restiterūt per fidē passionis xpi fiēde  
hoc facere potuerūt. Null? tamē tūc potuit diaboli man?  
euadere ut. s. nō descēderet ī ifernū iuxta illud psal. Quis  
est homo qui uiuet 7 nō uidebit mortē 7 liberabit animā  
suam de manu inferni. Sed post passionē xpi possunt hoīes  
ab hac uirtute passionis tueri.

**C**apitulū quintū in quo ostenditur quomō intelligatur  
illud Danie. ij. lapis qui percussit statuā factus est ī mon/  
tem magnum.

### Saulus

**D**eclara michi secūduz expositionē tuā quid est illud quod  
dicitur in prima uisione. q lapis qui pcussit statuā factus  
est in montē magnū. quod nō uidetur proprie respōdere ad  
destructionē idolatrie secūdu tuā expositionē. propri? enī  
dixisset. fact? est in tēplū seu sanctuariū. uel in aliud sonā?  
fidem seu sonans doctrinā. Passio enī xpi tui p quā dicitis. q  
homines possunt tueri a diabolica prāte nō operatur talez  
tutionem p modū montis magni. sed potius p modū adhe/  
sionis ad fidem uerā 7 uite rectitudinem prout credo q tu  
etiam concedis.

### Paulus

**V**erū dicitis in hoc q passio xpi liberat hoīes a diabolica po/  
testate inquantū adherēt uere fidei crucifixi 7 eius uesti/  
gia sequūtur. 7 proprie illud intelligitur p illud quod le/  
gitur in uisione Danielis supradicta. cum dicitur q lapis  
qui pcussit statuā fact? ē in montēz maguū. In his enī uer/  
bis alludit Daniel huic quod dicitur ysa. ij. Erit in nouis/  
simis diebus pparatus mōs domus domini in uertice mō/  
tū 7 eleuabī sup colles 7 fluēt ad eū ds gentes. q. d. Dani/  
el. Iste lapis statuā pcutiēs factus ē ille mons magnus 7 el/  
leuatus. de quo loquitur ysa. In quo mōre ascendētes docē/  
tur de uis domini 7 de semitis eius. ut ibidē hētur. inter

quas uias domini ⁊ eius semitas. una de principalioribus est idolatriā respuere ⁊ abicere. unde ibidē legitur. Et idola penitus cōterētur. Et infra. In die illa pcutiet hō idola argēti sui. prout supra fuit allegatū proprie igitur ad uenotandū eiectionē idolatrie. que per destructionē statue designatur Daniel predixit. q lapis qui pcutit statuā factus ē in montē magnū. s. in illū montē ab isaia iā añ magnum tempus prophetatū. de quo etiā monte sub eisdē uerbis sicut ysaias p Micheam. iiii. cap. fuit prophetatum.

**C**apitulum Sextum in quo ostenditur quomodo exponendū est regnū ferreū. s. Romanū hēbat partē pedū ⁊ digitorū teste figuli ⁊ partē ferreā. ut hētur Dan. ij.

### Saulus

**S**ecūdū istā expositiōez tuā uolo scire quomō intelligas q regnū quartū. s. ferreū p quod tu intelligis regnū Romanū hēbat partē pedū ⁊ digitorū teste figuli ⁊ partē ferream ⁊ cetera que ad hoc pertinent.

### Paulus.

**C**irca hoc quod petis diuersimode se habēt expositores. sed in hoc uolo ad p̄sens sequi expositores tuos. quib⁹ hec satis consonat expositio mea. Dicūt enī q regnātibus Romanis tempore Machabeoz fuerūt cōfederati ad inuicē Romanī ⁊ Iudei quod etiā Iosephus historiographus large tradit quā quidē cōfederatiōē Daniel uocat regnū diuisū. eo q erant difformes in ritibus ⁊ cultib⁹ diuinis ut ē māifestū non tamē in partes equales i fortitudine ⁊ robore. quia p̄ Romana erat fortissima. ⁊ ideo eā uocat ferreā. iudeorū uero debilissima quā testeā uocat. ⁊ quia iste due nationes ad inuicē uoluerūt m̄rimoniō cōmisceri tempore herodis Ascolonite qui uoluit habere i uxorez quandam de genere Machabeoz. quod tamē m̄rimoniū nō habuit effectuz. ut ex historijs Iosephi patet. Idcirco de hīs duabus partib⁹ diuisionis ⁊ earū cōmixtione dicit. Quia autē uidisti ferrū mixtū testa cōmiscēbūtur quidē humano semine. s. nō adhibebūt sibi. sic ferrū nō potest misceri teste. Et quia in illis ptibus. s. Romanorū Iudeorū ⁊ Herodianorū qui fuerūt regna corruptibilia. suscitauit deus regnū xp̄i incor /

ruptibile. qui quidē xps natus ē in Bethleem Jude tēpore Herodis regis. in quo tēpore cesar impabat. Idarco inmediate subdit. In diebus autē regnorū illorū suscitabit de<sup>o</sup> celi regnū. quod ineternū nō dissipabitur. 7c.

**C**apitulum Septimū in quo ostēditur q̄ regnū xpi seu ip̄s eius ecclesie nō ē idem cū regno Romanorū. prout doctores falsi. s. pharisei fingūt.

### Saulus

**S**ecundū doctores n̄ros regnū xpi tui seu eius ecclesie unū 7 idē est cū regno Romanorū. Et ideo cū regnū Romanorū destruendū erat secundū uisionē Danielis p̄ regnū celi in corruptibile a deo suscitandū. s. p̄ regnū messie. eadē ratōe 7 regnū xpi tui. quod ē idem cū regno Romanorū destruendū est p̄ messiam. Quod autē regnū ecclesie tue sit idem cū regno Romanorū. prout doctores n̄ri dicūt. satis patet ex hoc. Nam regnū ecclesie xpi tui principaliter sūpsit ptātez atqz inītiū domini a Romano imperio. s. a Constantino secundū omnes historias. Qui quidē Constantinus imperu alē ptātē 7 auctoritatē tribuit Siluestro sūmo pontifici 7 eius successoribus qui hodie eadē auctoritate urbē obtinēt Romanā. Qui quidē Constantinus ut quidā referūt compulit seu coegit plurima regna ut accipent fidē ecclesie xpi tui. Et sic patet q̄ idēz ē regnū ecclesie 7 regnū Romanum p̄ quartā bestia in uisione Danielis designatū. 7 p̄ sequēs per uerū messiam sicut expectauimus designandū.

### Paulus

**V**erum ē q̄ doctores tui pharisei finxerūt. q̄ regnū Romanorū 7 regnū ecclesie xpi ē unū 7 idē regnū. quā quidē fictionē sic disseminauerūt p̄ totā plebem tuā q̄ omnes hoc tenēt uocātes regnū xpi n̄ri regnū Romanum nequā. Que quidē fictio ab eis fuit fabricata. ut euaderēt impugnatōz efficacem. que cōtra eos militat ex hac uisione Danielis de qua egimus supra. Per hanc enī uisionē constat. q̄ bestia quarta. p̄ quā secundū omnes designatur Romanū impiuz seu regnū. destruenda erat p̄ regnū a deo celi suscitandū. s. regnū messie. Ex quo sequitur q̄ si regnū ecclesie 7 regnū Romanorū essent duo regna distincta. q̄ regnum succedens

regno Romanorū esset regnū ueri messie. quod manifeste  
opponitur pertinacie tue secundū quā credis. q̄ regnū eccie  
nō est regnū xp̄i. Sed falsitas huius fictionis manifesta ē  
ex hoc. Nam regnū ecclesie seu regnum xp̄i nō ē regnū mū/  
danū seu terrenū sicut regnū Romanū uel aliud de ceteris  
regnis hui⁹ mūdi. Unde ⁊ xp̄s noster xp̄ise dicit Joh. xvj.  
Regnū meū nō ē de hoc mūdo. Que quidē auctoritas sola  
sufficit ad cogendū fideles ut ponāt differentiā substantia  
lē iter regnū ecclesie ⁊ cetera regna supradicta in hoc. s. q̄  
cetera regna sūt terrena seu mundana uel temporalia. reg/  
nū uero xp̄i ⁊ ecclesie sue nō est mundanū sed celeste uel spi  
rituale seu diuinū. unde ⁊ cōiter in sacris l̄ris nostris uoca  
tur regnū celorū ⁊ regnū dei ⁊ huiusmodi. Sed quia tu ⁊  
infideles tui similes. has sacras auctoritates non recipitis  
Idcirco p̄ euentiā rōis. oportet uos de hoc cōuincere. Ex  
multis enī saltē ex duobus euidenter patet essentialis diffe/  
rētia inter regna mundana seu temporalia ⁊ regnū xp̄i seu  
eccie. quoz unū sūtur ex ptāte tradita sūmo p̄icipi eccie.  
s. sūmo p̄ticipi. Ordinatio enī populi s̄m sētentiā ph̄i in  
iij. politicoz. precipue pendet ex maximo principatu. Con/  
stat autē q̄ maximus principatus ecclesie in ptāte cōsistit  
summi pontificis. Que quidē potestas ē ligandi atqz  
soluendi. Sed summus pontifex ⁊ ecclesia creditur a fi/  
delibus habere claues regni celorū. ut habetur Math. xvj.  
cap. Sed constat q̄ talis potestas nō ē mundana seu tempo  
ralis. neqz similis ptāti imperij romani uel alioz regnoz  
sed omnino ab eadē sepata sicut res corporalis a spirituali.

### Saulus

**L**icet in tuo euāgelio hec potestas ligandi atqz absoluendi  
animas asseratur tuo sūmo pontifici tradi. non tamen hoc  
a me creditur nec a doctoribus meis. ⁊ ideo frustra contra  
me talem auctoritatē allegas.

### Paulus

**B**ene credo q̄ tu ⁊ tui similes non credunt predicam ptā  
tē clauū fuisse datā ecclesie xp̄i seu summo pontifici. licz  
forte hoc posses rep̄ire per diligēs scripturarum scrutiniū  
Legitur enī ysa. xxij. Dabo clauē domus Dauid super hu  
merū eius ⁊ aperiet ⁊ non erit qui claudat. ⁊ claudet ⁊ nō



erit qui aperiat. Que uerba recte intelligēti ad hoc adaptātur. sed siue ea sic intelligas siue non nō curo ad p̄sens. Sufficit enī michi ad assignandā differētiā essentialē inter regnum romanorū ⁊ regnum ecclesie. quia regnum romanorū in uirtute armorū ⁊ secularium legū dominabatur orbi. ut in suis hīstorijs ē manifestū. regnū autē ecclesie xp̄i per ptatē pontificalē supradictā suos regit subditos. ⁊ hoc sufficit ad ponendā distinctionē inter potentia romanī Cesaris ⁊ summi pontificis ptatē. intantū q̄ nō possunt dici unuz ⁊ idem regnum. sicut nec in rebus naturalibus illa q̄ proprie ⁊ perse habēt diuersas potētias. nō potest dici una ⁊ eadem res.

**C**apitulum Octauum in quo ostenditur q̄ sūmus pontifex in quo principaliter residet ecclesiastica potestas. licet qñq; utatur mūdana tēporali. s. armorū potētia ptate ⁊ huiusmodi. non tamē talis potestas est essentialis sed accidētalis.

### Saulus

**L**icet uerū est q̄ sūmus pontifex tuus dicatur uti potestate ligandi ⁊ soluēdi animas. quā quidē potestatē secunduz te ueraciter habet. secunduz me autē iactat se habere quod non habet. quomocūq; tamē rei ueritas in hoc se hēat manifestum est. q̄ ipse sūmus pontifex tuus etiam utitur armorū ptate ⁊ legum suarū. que humane sūt institutōnes Ex quo manifestū est. q̄ eius potestas ē mundana sicut potestas Cesaris. a quo. s. cesare talē potestatē mundanā accēpit. sicut ⁊ imperialē auctoritatem. Vnde ⁊ idē regnū dici debet sicut potestas est que per successionē gratuite donatiōis processit a Constantino in Siluestrū ⁊ eius successorum cum ptate ipsius donātis.

### Paulus

**L**icet uerū est q̄ sūmus pontifex utatur qñq; armorū potestate per hoc non sequitur q̄ eius potestas essentialis sit mūdana uel tēporalis. Nam sicut in rebus naturalibus frequēter uidemus unā ⁊ eandē rem habere duas ptates. quarum unā habet ex forma sua specifica. ⁊ illa est proprie essentialis ptas sua. aliā uero habet accidentaliter ex aliquo

extrinseco supuenienti sue essentie. et illud tale non est proprium rei nec principale in ipsa. quia potest adesse uel abesse preter ipsius rei corruptionem. sicut sunt accidentia. Sed parimodo considerandum est circa ecclesie christi potestates. nam illa potestas pontificalis ecclesie. scilicet ligandi et soluendi alias est potestas eius essentialis et propria. Aliam uero potestatem quam exercet in uis armorum et homini non est potestas ecclesie essentialis. sed accidentalis. unde ex hoc quod homini potestate accidentali utatur. scilicet mundana. non posset dici unum et idem regnum cum regno romanorum. Nam potestas mundana in Cesare erat essentialis et propria per solam enim illam dominabatur et regebat subditos suos. Secus est in ecclesia christi in qua talis potestas mundana est mere accidentalis et non essentialis. ut dictum est.

**C**apitulū Nonū in quo ostenditur quod ecclesia habuit suū esse perfectū. scilicet spirituale tempore apostolorum et aliorum discipulorum antequam potestatem temporalem a Cesare accepisset.

### Saulus

**E**x quo tu concedis quod utraq; potestate predicta utitur ecclesia tua. scilicet mundana et pontificali. unde posses michi ostendere quod hec potestas pontificalis sit essentialis sibi. et quod potestas mundana sit sibi accidentalis. oportet enim quod hoc michi ostendas clare. ut possis tuum intentum fundare.

### Paulus

**Q**uod potestas temporalis seu mundana sit in ecclesia accidentalis manifeste patet ex hoc. nam quicquid aduenit rei post suum esse perfectum est ei accidentale. omne enim tale potest adesse et abesse preter sui corruptionem. ut est manifestum. sed potestas mundana et temporalis aduenit ecclesie post suum esse perfectum seu completum. ergo etc. Assumptum patet ex hoc quod ecclesia christi habuit suum esse perfectum a tempore passionis ipsius christi. quando solam potestatem pontificalem habebat. in quo statu durauit per magnum tempus usque ad Constantinum. et tunc mandantem seu temporalem potestatem a Cesare habuit prout tu dicis. Ex quo est manifestum quod potestas illa temporalis seu mundana accidentalis est in ecclesia. cum post suum esse perfectum habuit illam.

### Saulus

**Q**uomodo potes asserere quod ecclesia tua habuit suum esse

perfectum tpe apostolorū 7 aliorū discipulorū tui xpi an/tequā ptatē mundanā seu tempalez a cesare accepisset . hoc enī est manifeste falsum tamquaz inconsonū oibus hīsto/ris de hoc loquētibz . Constat enī etiā p tuos historiogra/phos q a tempe passionis xpi tui usqz ad tēpus Constatini impatoris exclusiue omnes isti sup quos nomē xpi tui in/uocabatur uiuebāt abiecte 7 sub magnis psecutōibz tam iudeorū quā gentiliū . intantū q nomē xpi tui 7 suorū erat apud omnes execrabile . 7 oēs sui fideles a ceteris natōibz affligebātur usqz ad mortē . ita q non solū dominio care/bāt . sed etiā erāt deterioris conditōnis quā serui . Serui . n . a dominis suis tuebātur ne occiderētur ab alijs . sed xpiani pro tpe supradicto existētes etiā a dominis suis torquebā/tur . 7 usqz ad mortē p uaria tormēta occidebātur . Vnde ridiculū uidetur dicere q ecclesia xpi tui habuit suū esse p/fectū tpe apostolorū 7 aliorum discipulorū prout tu dicis . Sufficeret enī tibi dicere q ecclesia tui xpi in illis tpiibus incipiebat . quasi nō habēs totius sui esse pfectionē . sed tūc incepit habere suū esse pfectū cū ptatē tempalē seu munda/nā a cesare accepit . Vnde illa potestas a Cesare accepta pro/prie dicitur essentialis in tua ecclesia . per illam enī suū pfe/cium esse habuit . sicut etiā hodie p illam habet suam pfectā dignitatē prout est notū recte ueritatē considerātibus . Vnde patet q regnū ecclesie xpi tui 7 regnū romanorum cuius potestatē tempalē p quā nomē regni accipe successiōe gratuita habuit . est unū 7 idē regnū ut dicebam .

### Paulus

**C**oncedo tibi q apostoli 7 alij discipuli xpi a tempore pas/sionis sue usqz ad tēpus Siluestri pape . quod quidē tēpus durauit per .cccc. annos 7 ultra in toto illo tempore ualde abiecte uiuebāt . 7 in magnis periculis 7 tormētis usqz ad sanguinis effusionē uitā suā consumabāt . nullū dominūz temporale habētes . sed durissimā patientes seruitutē . Sz ex hoc non sequitur quod cōcludere intēdis . s . q ecclesia xpi non habuit suū pfectum esse seu suaz dignitatem pfectam usqz ad hoc q tpalem ptatem a cesare accepit . Naz ut tibi supius si memor es dixeram bona per xpm promissa . spūalia sunt tantū nō tempalia . que quidem bona . s . spūalia excedūt in dignitate 7 uera utilitate oīa tpalia bona . Vñ

ptates seu regna humana mere tpalia sunt. Idcirco ut iaz  
tibi dixeram xps fatetur non ptinere ad ipsum in suo pri/  
mo aduentu regnū mundanū. Vnde Job. xviii. Regnū me  
um non ē de hoc mūdo. ⁊ de hoc expressius loquēs discipu/  
lis suis de maioritate contēdentibus. Luc. xxi. cap. sic vi/  
cit. Reges gentiū dñantur eoz ⁊ qui ptatem habēt benefici  
uocātur. uos autē non sic sed qui maior ē in uobis sit sicut  
qui ministrat. ⁊c. Ex quo ptz q dignitas ecclesiastica nō ī  
maioritate tpali consistit. nec solū in hoc. s; in aduersitatib;  
mūdi pro noīe xpi patiēter tollerādis. Dignitas ecclesiastica  
proprie prosperatur. Vnde quidā doctor de nris antiquis  
dicebat. Hoc propriū habet ecclesia. ut dum psecutonē pa/  
titur floret. dū opprimitur crescit. dum cōtēpnitur profi/  
cit. dū leditur uicit. dū arguitur intelligit. tunc stat dū su  
pari uidetur. Hec ille.

**C**apitulum Decimum; In quo ostenditur q xpus docuit  
uerbo ⁊ exēplo q beatitudo humana consistit in contēptu  
terrenorū ⁊ adhesionē ad celestia. quā doctrinā eius ueri di/  
scipuli secuti sunt. ⁊ q in primitiua ecclesia quādo nullaz  
ptatē mūdanā fideles hēbant. pfectiores uiri ut plurimū  
inueniebātur ī ecclesia quā nunc. quando regnis ⁊ potesta/  
tibus mundanis ecclesia habūdat. Ex quibus concluditur  
q regnū Romanorū ⁊ regnum xpi seu ecclesie nullo modo  
sunt idem sed diuersa.

### Saulus

**N**on alleges michi rogo doctores tuos quia scis nullaz ha/  
bent auctoritatem apud me. nisi forte in quantum ratioez  
continent.

### Paulus

**S**cire debes q in dialeticis disputationibus uel in iudicia/  
rijs altercationibus contentiosis semper creditur homini  
contra se. licet nō credatur ei pro se. ⁊ ideo cum xps noster  
⁊ sui discipuli concedāt ad ipsos non ptinere regna nec do/  
minia temporalia. sed potius psecutiones ⁊ maximas tri/  
bulatōes sustinere. manifestū est q in hoc sit credendū si/  
bi cum sit contra eos. psertim qz quod de hac materia vbo  
dixerunt. operis testimonio cōprobauerunt.

## Saulus

**D**eclara michi ista que dicis. s. q. magister tuus et eius discipuli uerbo docuerunt et facto ostenderunt.

## Paulus

**Q**uod autem magister meus christus docuit clare et publice quod beatitudo que est ultimam a rationabili creatura desiderabile non solum non consistebat in bono temporalis. sed potius in temporalia amittendo seu odiendo. et persecutionem usque ad mortem pro suo nomine sustinendo. manifeste patet ex hoc. Nam in suo principali sermone quem in monte ore proprio discipulis et multitudini populorum predicauit aperte dixit. Beati paupes spiritu. quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati qui lugent. Beati mites. et infra. Beati eritis cum persecuti uos fuerint homines et cum sepauerint uos. et in quibus et multis alijs manifeste docuit quod beatitudo quod est ultimam desiderabile non in bonis terrenis. sed in celestibus consistit. et persequens discipulos suos in quibus ecclesie fundamenta consistunt. ad hanc beatitudinem spirituales dirigebat. que in contemptum terrenorum pro amore celestium consistit. Quam quidem doctrinam ipse christus exemplo manifeste per uita sua et mortem confirmauit sacratissimam. quod in processu primitiue ecclesie. s. a tempore apostolorum usque ad tempus Siluestri pape maxime claruit. quoniam nulla potestas mundana erat apud fideles. et tamen tunc ecclesia maxime prosperabatur in spiritualibus bonis. Florabat enim in frequentibus et triumphalibus martiris. cum pro fide christi sustinenda omnes summi pontifices. qui fuerunt a Petro usque ad Siluestrum. qui fuerunt. xxxv. numero fere. et multitudo magna prelatorum et religiosorum. et etiam simplicium utriusque sexus pro christi nomine tormenta. et tyrannorum rabiem usque ad acerbissimam mortem gaudenter sustinebant. Ex quibus manifestabatur quod uirtus fidei et caritatis. que sunt uera et maxima bona spiritualia in ecclesia christi in eodem tempore maximam habebant. et sic patet quod ecclesia christi plenius prospatur in bonis spiritualibus tempore persecutionum quam temporalis potestatem non habebat. quam cum postea fideles christi magnas potestates seculares et mundana dominia obtinuerunt. Nunc et si uirtutes per misericordiam diuinam nunquam ex toto deficiunt in ecclesia. non tamen sub eodem feruore et gradu coiter reperiuntur sicut in primitiua ecclesia

fia quando humiliter absq; temporalibus dominijis cursum  
huiusmodi uite finiebāt. Ex quo patet manifeste q; tibi vi  
cebā. s. q; eccia xpi iā in suo esse perfecto 7 cōpleto erat qñ  
sibi aduenit temporalis ptās. 7 sic talis potestas in ecclesia  
non propria seu essentialis sed accidētalis est. ut ex dictis  
patet. Et nota q; secundū opinionē quorundā iurisperitorū  
Constantinus non potuit transferre dominū tpale seu im  
piale sūmo pontifici. Secundū alios uero licet hoc potuit  
nō tamē debuit. sed quicquid sit de hoc si eccia xpi. s. sūm<sup>o</sup>  
pontifex cum suo sacro collegio 7 sancta sinodo uniuersali  
approbāte dimitterēt seu renūtiarēt libere dominia seu po  
testates seculares. similiter 7 possessionē 7 omnia que ec  
clesia olim habuit a Constantino cesare. sic q; ecclesia rema  
neret omnino ab hmōi tpalibus sicut tēpore apostolorū ex  
pedita. non credo q; alicui uero cotholico esset dubiū quin  
ecclesia xpi esset tante dignitatis 7 uere perfectionis sicut  
nunc est. Ex quibus patet q; huiusmodi mūdana dominia  
possunt adesse 7 abesse ecclesie xpi sine ipsius corruptione.  
7 sic sunt ei accidētalia. Secus est de regno seu impio Ro  
manorū. a quo si potestates tēporales remouerētur regnū  
remaneret penitus destructum. 7 ideo manifestum est. q;  
regnū romanorū 7 regnū xpi seu ecclesie nullo modo sunt  
idē. sed diuersa prout tibi presupposui.

**C**apitulum Undecimuz. In quo ostenditur q; per cornu  
puulū affixum quarte bestie nō intelligitur christus. pro  
ut iudei false exponūt.

### Saulus

**L**icet uerū sit q; regnū Romanorū 7 regnū ecclesie christi  
tui nō sint omnino idem sed diuersa. Regnū tamē xpi tui  
seu ecclesie sue habet quandā pendentia cū imperio roma  
no. quod proprie in reuelatione facta Danieli. vii. cap. de  
quatuor bestiis significātib; quatuor regna supradicta  
significatur. In ipsa enī uisione per quartā bestia secunduz  
oēs itelligitur regnū romanū. In qua quidē quarta bestia  
cornu puulū apparuit. quod uidetur proprie figurare reg  
nū xpi tui seu ecclesie sue. ut patet ex multis. Primo quia  
regnū ecclesie tui xpi habuit initū infimū seu huile. quod  
patet de xpo tuo qui uitā paupem gessit. Similiter de ec /

clesia tua primitiua eius uestigia sequere . prout tu supra  
 affirmasti. que quidē paupertas seu humilitas figuratur in  
 predicto cornu cū dicitur de eo q̄ ē paruulū. Ex quo patet  
 q̄ illud cornu non erat ita magnū sicut alia cornua bestie  
 sicut nec tua ecclesia habuit tā magnū inuitū in potestate.  
 sicut alia quatuor regna. Secundo quia cornu istud puu-  
 lū erat fixuz in quarta bestia. in quo manifeste figuratur  
 ecclesie tue colligatio cuz imperio romano. que quarta be-  
 stia est ⁊ eius deriuatio ab eo. ut factū est in Constantino  
 ⁊ Siluestro. Tertio quod maius ⁊ fortius est. quia x̄ps tu-  
 us manifeste docuit multa denotanda pluralitatē in diui-  
 nis exprimēdo tres p̄sonas distinctas realiter esse in diuis.  
 quod ē māifeste n̄ soluz ꝓtra unitatē diuinā que etiā a phi-  
 losophis demonstratur uel saltē conceditur. sed etiā cōtra  
 auctoritatē diuine scripture expressam Deut. vj. cap. Audi  
 israhel dominus deus tuus un⁹ est. Similiter edocuit idēp-  
 titatē dei ⁊ hoīs. in tantum q̄ ipse x̄pus tuus qui uerus hō  
 erat. etiā secundū te fatebatur se uerū esse deum. quod tu  
 concedis ⁊ p̄dicas. quod ē contra sūmā simplicitatē diuinā  
 que etiā ratione naturali a philosophis demonstratur. Jō  
 proprie figuratur p̄ predictū cornu. de quo dicitur in p̄di-  
 cta reuelatione Danielis. Et sermones contra excelsum lo-  
 quitur. quid enī p̄ excelsum intelligi debet in hoc loco nisi  
 ipse deus. de quo psal. Excelsus sup omnes gētes dominus.  
 Quid magis contra deum quis loquitur quā qui cōtra su-  
 az sūmā simplicissimaz unitatē pluralitatē rerū distincta-  
 rum ei attribuit. Similiter ⁊ corporalitatē seu humanitatē  
 creatā ī deū creatorē assumi. ⁊ hominē uerū deū asseret. ⁊  
 sic patet manifeste q̄ x̄ps tuus sermones cōtra excelsum lo-  
 cutus est. Similiter multa docuit contra legē mosaicam ⁊  
 contra eius doctores. qui quidē erāt pharisei ipsam legem  
 mosaicā docētes ⁊ ad l̄ram obseruātes. ut patet p̄ processuz  
 euāgelij tui ⁊ potius constat p̄ euidentiā facti. Nam tu et  
 fideles qui x̄pi tui uestigia sequimī totā legē mosaicā frā-  
 gitis negligēdo p̄cepta in eadē contēta lege. tā affirmatiua  
 quā negatiua. ut discurrendo p̄ singula patet. ⁊ sic de ma-  
 gistro tuo prenūtiatur in Daniele. Putabit q̄ possit muta-  
 re tempa ⁊ legē. Vnde notanter dicit. putabit q̄ possit mu-  
 tare. quia secundū rei ueritatē. solus dei est mutare legem

quā ipse condidit. Vnde licet hoc putauit non tamen potu-  
it hoc facere eo modo quo dicitur. Illud possum<sup>9</sup> quod de  
iure possumus. Dicitur autē q̄ putauit q̄ possit mutare  
tempora. Nam xp̄s tuus asseruit q̄ tempus aduentus sal-  
uatoris impletum erat tempore suo. quod tamē nō ē uerū  
quā saluator noster nondum uenit. 7 sic uides manifeste  
q̄ christus tuus est ille qui sermones contra excelsum  
loquetur. Et putabit q̄ possit mutare tempora 7 legem  
7 per consequēs ille est proprie figuratus p̄ cornu puuluz  
quod apparuit in quarta bestia. quod destruendū ē cuz ea/  
dem bestia quarta. s. romauo impio p̄ regnū messie uentu-  
ri quē firmiter spectro. ut in eodē cap. Dan. habetur.

### Paulus

**S**i bene consideras uerū sensum uerborū Danielis que al-  
legas nō recte ea exponis sed extorte. Constat enim in hijs  
que sunt dicta supra q̄ hec uisio Danielis de quarta bestia  
in. vii. cap. contēta. In quarta bestia ex toto destruenda p̄  
nuntiatur 7 filius hominis prophetatur ueniēs in nubibz  
celi. 7c. totū hoc intelligitur implendū in aduētū xp̄i secū/  
do in quo uenturus est in maiestate sua 7 p̄tate magna ad  
iuditiū. Non autē de primo aduētū in quo humiliter in  
potestate mūdāna. sed tanquā lapis abscisus sine manibz  
ueniatur uenturus. Vnde non potest xp̄o p̄m primū suū  
aduentum applicari q̄ figuretur in cornu puulo affixo in  
quarta bestia. Item de hoc cornu puulo legitur in eodem  
cap. q̄ faciebat bellū cū sanctis seu contra sanctos 7 p̄uale-  
bat eis. quod nullo mō potest uerificari de xp̄o. de quo nus-  
quā legitur fecisse bellum p̄sertim cōtra sanctos.

### Saulus

**Q**uod xp̄s tuus fecerit bellum contra sanctos exponitur se-  
cundū doctores nostros. eo q̄ fecit bellū contra iudeos qui  
bus preualuit. quā occasione sua ut supra dicebā disp/  
si 7 abiecti 7 quasi destructi sunt.

### Paulus

**L**icet uerū sit q̄ iudei sūt dispersi 7 quasi destructi occasio-  
ne xp̄i nostri. eo q̄ non receperūt eum. sed potius repulerūt  
7 occiderūt. ex hoc tamē non sequitur q̄ xp̄s fecit bellum  
cōtra eos. bellū enī non dicitur nisi ubi sit pugna inter p̄/



7. di. |

res ad inuicē dimicātes. quod hactenus nō legitur factum inter christum seu suos fideles 7 iudeos.

**Saulus**

**E**xpositio mea de isto cornu puulo principaliter fūdatur in hoc quod de eo dicitur. Sermones contra excelsū loque/ tur. 7 putabit mutare tempa 7 legem. 7c. quod recte appli/ catur xp̄o tuo modo supradicto. inquantū locutus ē cōtra unitatē dei 7 cōtra eius sūmā simplicitatē. Similiter puta/ uit mutare legē mosaicā 7 tempa p̄finita ad aduentū mes/ sie. Vnde de istis uolo q̄ satisfacias michi si potes alijs di/ missis. In istis enī pendēt ea que sūt principalia in tota cō/ trouersia nostra.

**Paulus**

**V**erum dicit in hoc q̄ in his que obicis cōtra xp̄m nostruz principaliter pendet nostra cōtrouersia . Et ideo de istis ē diligenter agendū. Vnde expediti de hac distinctōne in qua sumus. placet michi q̄ discutiamus de singulis supradcis.

**C**apitulum Duodecimū In quo ostenditur q̄ p cornu p uulū supradictū intelligitur Antichristus secundū ueram catholicorū expositionē.

**Saulus**

**H**oc quidem opto. sed uolo ut prius dicas quomō exponi / tur illud de cornu puulo secundū doctores tuos. 7 sic expe/ diti de hmōi reuelatōe Danielis ad supradicta que in hac materia magne arduitatis sunt. deo disponēte accedam?

**Paulus**

**A**d declarationem huius quod petis duo sunt p̄supponēda. Primū est in uisione in. vij. cap. Danielis cōtenta de aduē tu xp̄i secundo. 7 de eius effectu circa mundanā potestates penitus aufferendā. de quo ibidē agitur. ut supra ostensuz est in tertio cap. huius distinctōis. Secundū ē q̄ p quatuor bestias in hac uisione cōtentas designātur omnes potesta / tes tirānice famose que fuerūt 7 erūt a principio mūdi us / qz ad finem. Prima enim bestia in secunda etate incepit a Nēbroth qui fuit primus oppressor hominū. 7 qui primo regnauit in Babilonia 7 Caldea. ut habetur Gen. x. Que

quidē potestas tirānica cōtinuata est p Assirios ⁊ alios usqz ad Nabuch. Per quartaz uero bestiaz designatur tota potestas tirānica ⁊ mundana. incipiēdo a regno Romano/ rū usqz ad finē mūdi. seu usqz ad anti xp̄m inclusiue.

### Saulus

**C**irca illa que primo presupponis. replicare nō intendo qz supra de hoc habuimus colloquiū in capitulo per te allegato. sed ad presuppositū tuū secundū aliqua uidetur dicēda. ⁊ specialiter contra illud quod dicis significari p primam bestiam. Nam secundū planū sensum līe Danielis prima bestia nō uidetur incipe nisi a Nabuch. sicut ⁊ in uisiōe statue prima ps illius statue. s. caput que corūdet prime bestie a Nabuch. incipit. cui Daniel dicebat. Tu es caput erecū ⁊c. Dan. ij. Sicut ergo uidetur vñdū de priā bestia q. s. incipit a Nabuch. non at a Nembroth de quo nō fit mentio in istis reuelatōnibus Danielis. Item de hoc quod dicis q potestas tirānica p Nembroth incepta continuata ē p Assirios ⁊ alios usqz ad Nabuch. non allegas aliquā auctoritatem seu rationē in quibus hoc fundes. Et ideo presuppositū tuū in hoc manet sine fundamēto. Item in hoc agimus ad habendā uerā expositionē de cornu puulo fixo in quarta bestia. ad quod nichil refert an prima bestia incipiat a Nembroth. prout tu dicis. uel a Nabuch. prout littera uidetur sonare. Superfluū uidetur ergo hoc introducere de extensione significati p primā bestiaz. quod nichil facit ad propositū.

### Paulus

**I**nter expositores nros quidā sūt. qui p primaz bestia regnū caldeoz significatū dicūt icipe a Nabuch. sicut tu dicis. Secundū alios uero icipit a nembroth ut dixi. Que quidem expositio. s. secunda magis placet michi. eo q nembroth fuit primus rex in Babilonia ⁊ Caldea. ubi postea regnauit nabuch. De quo quidē nembroth singulariter ⁊ primo legitur q fuit oppressor hominū. Que quidē oppressio tante ferocitatis fuit q vtebatur in prouerbiū. ut habetur Gen. x. Et quia ista quatuor regna. de quibus hic fit mentio cōueniunt in hoc q quodlibet fuit affligēs iustos seu fideles cum quadā ferocitate. Idcirco rationabile uidetur q cuz

de Caldeis ageretur inquātū fuerūt oppressores iustoz seu  
 fidelīū q̄ in tali narratōne non pretermittetur nēbroth  
 qui fuit prim⁹ rex Caldeoz 7 de cuius tyrannica ptāte pri⁹  
 facta fuit in diuinis scripturis mentio. Nec est simile quā  
 tū ad hoc de uisione statue quia ubi dictū fuit supra age/  
 batur de hijs quatuoz regnis inquantū cōueniebāt in cul/  
 tu idolorū. in quo nabuch. fuit principaliter excedens. uo/  
 luit enim sibi usurpare honorē diuinū. intantū q̄ fecit si/  
 bi statuam aureā magnā in qua adoraretur ab uniuersis  
 populis mundi Danielis. iij. cuius simile non legitur fac/  
 tgm ante ipsum nabuch. Et ideo rationabile fuit ut ab ip/  
 so tanquā a capite incipet figuratio idolatroz. In hac au/  
 tē uisione de quatuoz bestijs in qua nō agitur de idolatria  
 sed de tirānica potestate 7 ferocitate quatuoz regnoz p̄di/  
 ctroz non inmerito inītiū sumi debet a nembroth rege Ba/  
 bilonie. de cuius tyrānica ferocitate primo facit diuina scri/  
 ptura mentionē ut dictum est. Ad aliud uero quod obicis  
 dicens q̄ non probo ptātem tyrānicā p̄ nembroth inceptaz  
 cōtinuatā fuisse p̄ assirios 7 alios usqz ad nabuch. Dicēduz  
 q̄ satis legitur de Sēnacherib rege assiriorū. Qui quidez  
 Assiry exiuerūt de terra Sanaar. s. Caldea. ut legitur Gen  
 x. q̄ inuasit multas regiones 7 transtulit nationes de suis  
 proprijs patrijs ad alienos. ut habetur ysa. xvij. 7. xix.  
 cap. Vnde presumendū ē q̄ etiā alij de illis ptibus orienta/  
 libz succederēt imitatores hmōi tyrānice ferocitatis. Licz  
 scriptura de his non facit mentionē. eo q̄ nō essēt tante po/  
 testatis sicut nembroth 7 nabuch. qui in hoc multuz exce/  
 debāt. Propter hoc enī regna ista figurātur p̄ bestias mō/  
 struosas. utputa in leena cum alijs quod nō est in rerū na/  
 tura. ad denotandū q̄ eoz ferocitas erat singularis tāquā  
 monstruosa. De alijs uero intermedijs oppressoribus seu  
 tirānis qui non ad tantū ferocitatis gradū attingebāt non  
 fuit facta mentio. sed presumendū ē q̄ nō deficerēt oppres/  
 sores deuicti uel supati per alios. Talia enī uitia exquo in/  
 cipūt nō cōsueuerūt cessare. nisi forte eis resistatur. quod  
 nō legitur factum fuisse circa Caldeos usqz ad temp⁹ Per/  
 sarum seu Medorū. Ad illud quod tu dicit q̄ ad expositio/  
 nem de cornu puulo nichil refert an prima bestia incipit  
 a nembroth uel nabuch. 7c. Respondeo q̄ licet hoc non fa/

cit ad istud propositum de necessitate. facit tamen de congruitate. Nam si per primam bestiam significantur omnes tyrannice potestates a principio mundi usque ad nabuch. inclusive. congruum est ut per quartam bestiam designentur omnes tyrannice potestates incipiendo a regno romanorum usque ad antichristum inclusive. Qui quidem antichristus erit uersus finem mundi. Congruum enim est ut fines sermonum proportionentur suis principijs seu incipijs.

### Saulus

**D**ic ergo michi quomodo exponis hanc reuelationem circa quartam bestiam cuius significationem dicis esse dominaturam usque ad finem mundi.

### Paulus

**P**er quartam bestiam communiter secundum omnes intelligitur regnum romanum. Que quidem bestia quarta non nominatur proprio nomine sicut alie. sed precedentes utputa Leena uel Pardus et hircus. eo quod ferocitas eius esset ualde difformis propter magnam durationem temporis huius bestie. In qua quidem duratione uarie et uarie ferocitates contingerent et in futuro contingerent. et ideo non bene posset per proprium nomen alicuius bestie designari. De seuitia autem huius bestie contra fideles dicitur quod est terribilis et mirabilis et fortis nimis. Dicit enim de ea quod dissimilis erat ceteris bestijs. eo quod ferocitates precedentium regnorum excedebat. quod satis patuit in persecutioe fidelium tam apostolorum quam martirum. Que quidem persecutio a Nerone usque ad Constantinum non cessauit sed continuata est per quadringentos annos. Dicitur etiam de hac bestia quod habebat cornua decem. per que coactim intelliguntur decem reges. in quos reges secundum quosdam romanum regnum diuidetur ante mundi finem. sic ut simul erunt decem reges circa mundi finem. Potest etiam intelligi hoc de multitudine potestatum. qui in processu temporis successiue fuerunt et erunt in hoc imperio. et sumitur hic numerus determinatus pro indeterminato sicut Zach. viij. cap. apprehendet decem homines de omnibus linguis gentium. per quod intelligitur multitudo hominum. Unde per hec decem cornua intelliguntur uaria et diuersa regna que ab exordio regni romanorum usque ad finem mundi in uniuerso erant regnatura. siue simul siue successiue. Inter que posset intel

ligi regnū Machometi. quod magnā ptez occupat uniuersi  
Inter que quidē cornua diligēter cōsiderabat Daniel illud  
coruu puulū. quod ortū est de medio eorū. per quod intel/  
ligitur anti xp̄s qui dicitur puulus. quia erit de genere iu/  
deoruz. qui iam a magnis tēporibus. s. a passione xp̄i 7 cu/  
tra sunt in maxima deiectione 7 uilitate. Et iste anti xp̄s  
descensurus ē ab eis. non a nobilibus eoz. utputa de tribu  
Juda uel de tribu sacerdotali. sed de tribu Dan. de quo nū  
quā fuerūt reges nec sacerdotes seu doctores uel principes  
Et ideo figuratur a p̄iarcha Jacob. Gen. xlix. In colubrez  
uel cerastem que sunt animalia uenenosa 7 pestifera. quod  
quidē ceraste dicitur esse animal uenenosū habēs cornu in  
capite. Et sic uerba Dan. in hoc loco possūt illudere uerbis  
patriarche supradictis. De ipso etiā cornu dicitur. Et ecce  
oculi quasi hominis erant in cornu isto. quod dupliciter  
potest exponi. Vno modo ad excludendam ab eo diuini/  
tatem. q. d. licet anti xp̄us faciet tanta mirabilia ut ab ali/  
quibus credatur deus. tamē erit homo purus. Alio modo  
potest exponi hoc quod dicitur. quasi homis. ad excluden/  
dū ab eo rectā seu uirtuosā humanitatē. q. d. Ille anti xp̄us  
tanta diabolica fraude ē imbutus q̄ non debet dici homo.  
sed quasi homo. Dicit etiā de eo. 7 os loquēs magnalia. qz  
iactando se de his que nō potest facere tā promittendo quā  
minādo magnalia loquetur. De isto cornu etiā dicit. q̄ lo/  
quetur cōtra excelsū. quia tota eius doctrina nephāda erit  
ad blasphemandū de xp̄o. qui ē excelsus sup omnes. Vnde 7  
propriū nomē suū est anti xp̄us. i. cōtra xp̄m. Dicitur etiā  
de eo q̄ putabit mutare tempa 7 leges. Nam temp̄ quod  
fuit assignatū ad aduentū xp̄i primū per. lxx. ebdomas  
Danielis quod iam transijt in p̄teritū ut dictū est putabit  
mutare in futurū. ut ipse anti xp̄s credat uenire in tempe  
assignato per prophetas. ut sic hēatur pro uero xp̄o. quod  
est falsissimū. Similiter putabit mutare legē gratie. s. euā  
gelicā 7 cerimonias legales. que post passionē xp̄i 7 sui euā  
gelij diuulgationē sunt mortifera. illa putabit mutare. s.  
uerificari. quod quidēz cornu sū cū quarta bestia i qua ē  
affixū interibit. quod significat totaz ptatē turānicā per  
uerū christū ad iudiciū ueniētē destruendā 7 tradendā ad  
cōburendū igni. s. infernali. 7 tūc iudiciū sedit. libri apti

sūt. Ista 7 plurima alia q̄ ad expositōz hui⁹ uisiōis Danie-  
lis spetialiter circa quartaz bestiam pertinent traduntur  
a doctorib⁹ nostris. que licet proprie consonent littere et  
ueritati. non tamē allego ea cōtra te ut arguens. Scio enī  
q̄ posses negare mlt̄a de his que dicta sūt. sed scias quomō  
expositores nostri istam exponūt prophetiā. Vnā tamē ex  
dictis accipio quod facit cōtra te quod nullo modo negare  
posses. s. q̄ de cornu puulo de quo dicitur. q̄ loq̄tur cōtra  
excelsū 7 putabit mutare tēpora 7 legē. erit circa diem  
iudicij 7 finem mūdi. Vnde manifeste lra testatur. Vnde  
nullo mō posset hoc intelligi de x̄po nostro. prout tu inten-  
debas. a cui⁹ tēpore natiuitatis trāsiuerūt. M. CCCC. xxxij  
anni a natiuitate sua 7 nondū statim finis.

**I**n capitulo Tredecimo ostēditur q̄ ex hoc quod dicitur  
de cornu puulo q̄ loquetur contra excelsū 7 putabit mu-  
tare tempa 7 legem. Que uerba falsē iudei applicāt ad ue-  
rum x̄pm. sumitur ordo ad tractandū de quibusdā q̄ sunt  
magne arduitate in hoc opusculo.

### Saulus

**Q**uicquid sit de tempore aduentus seu apparitōnis istius  
cornu puuli. adhuc uideo q̄ illa que de ipso cornu dicūtur  
proprie adaptātur x̄po tuo. specialiter illud quod dicitur  
de eo q̄ loquitur cōtra excelsū. 7 putabit mutare tempa  
7 legē. Christus enim tuus contra unitatē dei 7 sumā eius  
simplicitatē locutus est. Similiter 7 putabit mutare legē  
mosaicam. 7c. Et ideo si uales responde michi ad ista que  
sunt maioris arduitate. quaz quecūqz alia inter me et te  
tractanda.

### Paulus

**V**erum est ut uicis q̄ ista sunt diligenter inter me 7 te dis-  
cutienda. Et ideo cōuenit q̄ de singulis eoz per se inter nos  
tractetur. 7 detur ordo tractādi. s. de quo primo 7 de quo  
secundo. 7 sic de alijs. Quem quidem ordinem ad tuū be-  
neplacitum cōmitto.

### Saulus

**Q**uia nostra cognitio cōter procedit a min⁹ notis ad ma-  
gis nota. Ideo ordo tractandi seu discutiēdi predicta quem

michi committis uidetur talem esse debere. s. ut pri<sup>o</sup> de mu/  
tatione legis mosaice qua tuus xps putauit mutare agam<sup>o</sup>.  
deinde de pluralitate quam docuit esse in diuinis. consequen/  
ter de incarnatione seu incorporatione dei. que omnia sunt  
manifeste contra scripturas diuinas.

### Paulus

Placet michi qd iste ordo teneatur. Et ideo dic de primo.

**D**istinctio Octaua De scrutinio scripturarum circa  
inuationem diuine legis tempore messie. Et con/  
tinet sedecim capitula. **I**n primo capitulo o/  
stenditur qd legi mosaice posset aliquid addi uel  
diminui. licet per aliquas auctoritates iudei nituntur op/  
posituz probare.

**I**n secundo cap. ostenditur qd de<sup>o</sup> promisit dare populo  
Israhelitico nouam legem aliam a lege mosaica.

**I**n cap. Tertio ostenditur qd lex noua. s. lex messie e<sup>o</sup> ex/  
cellentior respectu legis mosaice. et qd lex mosaica dicitur  
esse uana respectu legis messie. nec ex hoc tollis qd lex mosa/  
ica non sit sancta et a deo data.

**I**n cap. quarto ostenditur qd de<sup>o</sup> suscitaturus erat de me/  
dio Israhel alium prophetam legislatorum preter Moysen.

**I**n cap. quinto ostenditur qd licet in aliquibus preceptis  
mosaice legis uideatur dici qd sunt impetuū obseruanda.  
tamen secundum hebraicam ueritatem hoc non e<sup>o</sup> intelligendum de  
perpetuitate absoluta. sed tantummodo limitata secundum du/  
rationem debitam mosaice legis.

**I**n cap. sexto ostenditur qd terminus durationis legis mosai/  
ce est lex noua. que data est per xpm. et qd lex mosaica non ob/  
ligat ultra illum terminum quantum ad ea que in ipsa lege mosai/  
ca continentur que non sunt de lege nature. et qd ex hoc non se/  
quitur qd lex mosaica non fuerit a deo data.

**I**n cap. septimo ostenditur qd licet lex mosaica quo ad plu/  
rima precepta in eadem contenta non obligat tempore legis noue. e<sup>o</sup>  
tamen perutilis ad multa. quia omnia in eadem contenta ad  
nostram doctrinam scripta sunt.

**I**n octauo capitulo ostenditur qd in duobus preceptis de  
dilectione tota lex pedit et prophete secundum inuentionem saluatoris.

In nono cap. ostenditur q̄ secundū quosdā doctores Talmuticos multitudo p̄ceptorū mosaice legis in paucis uel etiā in uno consistūt. quod etiā concordat cum dicto salua tortis supradicto.

In cap. x. declaratur de quibus mandatis mosaice legis intelligendū est uerbū xp̄i dicentis. Si uis ad uitā ingredi serua mandata. Mathei. xix. cap.

In cap. xi. ostenditur que sint illa precepta mosaice legis que dicūtur moralia. quoz duratio ē p̄petua in hac uita. ⁊ que sint iudicialia seu ceremonialia. quoz duratio in lege noua terminatur.

In cap. xij. ostenditur q̄ ceremonialia ⁊ iudicialia precepta sunt quedā determinationes moralium p̄ceptoroz. ⁊ q̄ illa licet sint instituta a deo. tamē sunt mutabilia auctoritate diuina sine p̄iudicio immutabilitatis ipsius dei. Que quidē mutatio ceremonialium ⁊ iudicialium habetur etiam per doctores Talmuticos.

In cap. xij. ostenditur q̄ fideles xp̄i non sunt redarguendi de transgressiōe p̄cepti de idolatria. eo q̄ adorāt sculptilia ⁊ imagines. contra iudeos qui eos coiter idolatras esse existimant.

In cap. xiiij. ostenditur q̄ fideles xp̄i non sunt transgressores p̄cepti de obseruatōe sabbati. prout hebrei false existimāt. ⁊ q̄ dies domica successit sabbato in hac obseruatōe.

In cap. xv. ostenditur q̄ preceptum de circumcisione corporali non obligat fideles xp̄i sicut iudei false existimant sed cessat cum alijs ceremonialibus ueteris legis.

In cap. xvj. ostenditur quō intelligendū sit illud uerbum Malach. ult. Memētote legē moisi serui mei.

Capitulum Primū In quo ostenditur q̄ legi mosaice posset aliquid addi uel diminui. licet p̄ aliquas auctoritates iudei nituntur oppositum probare.

### Saulus

Scrutando scripturas reperio q̄ lex diuina que data fuit p̄ Moisen non erat innouāda nec mutanda. cum p̄ceptis eius non esset aliquid addendū seu diminuendū. Legitur enī Deutro. iij. Et nunc Israhel audi p̄cepta ⁊ iudicia que ego



doceo te. ut faciens ea uiuas ⁊ ingrediens possideas terraz  
 quā dominus deus patrum nostrorū daturus ē uobis. Non  
 addetis ad uerbū quod uobis loquor. neq; auferetis ex eo  
 Ex qua auctoritate ⁊ alijs similib; manifeste hētur quod  
 dictum est. s. q; lex mosaica non erat aliquo mō innouāda  
 nec addendū in preceptis ei⁹ seu diminuendū. Cōstat autē  
 q; magister tuus uel saltem eius discipuli. ei⁹ auctoritate  
 totū oppositū fecerūt. quod p; discurrendo p; p̄cepta diuina  
 p̄dicta mosaice legis tā affirmatiua quā negatiua. q̄ pro  
 maiori pte a tuis fidelibus non seruātur. quē quidē discursu  
 in generali potestis asserere. q; lex noua p; mḡm ur̄m  
 sit a deo data. cum principaliter lex mosaica consistit in p̄/  
 ceptis in eadem contenta. quibus non ē addendū nec minu  
 endū ut dictum est.

### Paulus

**A**d hoc quod obicis obmissis ad presens quibusdā alijs qui  
 bus rō tua euacuari potest. uolo tibi breuiter respōdere sic  
 Si bene attendis p; auctoritatē quā allegas solū prohiben/  
 tur subditi. ne addant nec diminuant propria auctoritate  
 ad p̄cepta diuina in lege mosaica contenta. Sed per hoc nō  
 tollitur quin deus uel etiā aliquis propheta habēs diuinaz  
 potestātē ad hoc faciendū. posset addere uel diminuere ad  
 p̄cepta p; Moisen data. hoc enī proprie intelligitur p; uer/  
 ba auctoritatis a te allegate. Dicit enī. Nō addetis ad uer/  
 bū quod uobis loquor neq; auferetis ex eo. Que quidem  
 uerba ad populū Israheliticū dirigūtur. ut patet in litte/  
 ra. Vnde illis prohibet addere uel auferre. quib; illa uer/  
 ba dirigūtur. nō autē ad deū. cui non loquitur. nec ad ali/  
 quē prophetā ad hoc diuinā auctoritatē habentē. Non enī  
 dixit. Non addatur ad uerbū neq; auferatur ex eo. sed di/  
 xit. Nō addetis neq; auferetis ex eo. s. uos Israhelitici qui  
 bus loquor. secus ē de deo qui semp est liber ⁊ potest semp  
 addere ad uerbū p; ipsum datum uel ex eo auferre. Idem  
 dicendū est de propheta qui ad hoc haberet diuinā ptāte; .

### Saulus

**L**icet concedendū sit q; deus potest addere uel diminuere  
 ad uerbū seu p̄ceptū p; ipsum datū. cum eius potestas nō  
 est limitata. sed etiā infinita. nullus tamē propheta hoc fa  
 k

cere posset. nec credendū est q̄ aliquis habeat ad hoc diuīaz auctoritatem. non enī in toto processu ueteris testamenti reperitur q̄ deus promitteret se alicui daturū talē auctoritatē. s. innouādi mosaica legem. uel aliquid addendū seu di minuendū ex eius p̄ceptis. neq; etiā de messia promisso ut credo hoc legitur. Et ideo magister tuus uel eius discipuli qui p̄cepta mosaice legis mīme obseruāt uici debent hoc facere poti⁹ temeraria presumptōe quā diuina auctoritate.

**C**apitulum Secundū in quo ostenditur q̄ deus promisit dare populo Israhelītico nouā legem aliam a lege mosaica

### Paulus

**D**icere q̄ nullus propheta potest habere diuinā auctoritatem ad hoc q̄ possit addere ad uerbū seu preceptū p̄ ipsum datum uel ex eo diuiniuere. si bene consideras derogatoriū est diuine omīpotētie. quin possit libere dare seu cōcedere suam auctoritatem cui uoluerit ad dispensandū seu inouandū in suis p̄ceptis. Sed quia dicitis q̄ licet deus hoc posset facere. nūquā tamē fecit nec promisit se facturū. Ideo uolo tibi ostendere oppositum. s. q̄ deus promisit dare populo Israhelītico nouam legem aliā ab illa quaz dedit eis. cum exirent de Egipto. que ē lex mosaica. Similiter q̄ de⁹ promisit suscitare prophetaz de medio Israhel qui esset legislator sicut Moyses.

### Saulus

**O**stende michi hoc quod dicitis p̄ sacras auctoritates.

### Paulus

**Q**uod autē promisit deus dare populo legem nouā aliā a lege mosaica clare habetur Jere. xxxj. ubi sic dicit Ecce dies ueniēt dicit dominus ⁊ feriā domui Israhel ⁊ domui Iuda fedus nouū. non secundū pactū quod pepigi cū p̄ribus eorū in die qua apprehendi manū eorū. ut educeret eos de terra egipti. Pactum quod irritū fecerūt ⁊ ego dominat⁹ sum eorū dicit dominus. sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israhel post dies illos. dicit dominus. dabo legem meā in uisceribus eorū. ⁊ in corde eorū scribā eam. ⁊ ero eis in deum. Ex qua auctoritate duo exp̄sse habentur :

**U**nū est q̄ deus daturus erat legē nouā aliaz ab illa quam dederat patribus eorum cum educeret eos de terra Egipti. Aliud est q̄ hec lex noua alio mō erat danda quā antiqua. Nam erat scribenda in cordibus sicut antiqua fuit scripta in tabulis lapideis. ad denotādū firmitatē seu stabilitatez secunde legis. s. noue. ⁊ infirmitatē seu instabilitatē antiqz de qua dixerat. pactum quod irritum fecerūt.

### Saulus

**U**nde habes q̄ per pactum nouū quod hic dicitur intelligatur lex noua. Dicitio enī que hic ponitur in hebraico ubi tu habes pactum. est berith. quod non signat legē solū. s; etiā testamentū ⁊ fedus seu pactum.

### Paulus

**L**icet uerum ē q̄ berith in hebraico q̄nq; significat pactū uel fedus. frequēter tamē significat legē. que ē quoddam fedus seu pactum inter deū legē instituentē. ⁊ hoīez recipientem legem. presertim ubi dicitur de illo berith scribi sicut hic dicitur. ⁊ in cordibus eorū scribā eam. In talibus enīz semp berith significat legē. Exo. enī. xxxiiij. de moise quādo decē mandata legis que data fuerūt in monte Sina. in quibus principaliter lex mosaica consistit. dicitur in persona ipsius Moisi. Et scripsi sup tabulis uerba berith. decē s. uerba. In quo loco habes manifeste q̄ berith accipitur pro lege in tabulis scripta. Similiter Deut. xxix. ubi dicitur hec sunt uerba berith que mandauit dominus Moisi scindere cum filiis israhel in terra Moab. p̄ter illud berith quod scidit cū eis in Oreb. Berith enī ibi significat legem. Vnde ⁊ in libro qui dicitur Mequilda super istis ⁊ similibus concluditur nō est berith nisi lex. Vnde ⁊ in datione legis. quādo deus moisi p̄cipiebat monere populū ad legez suscipiendā in mōte Sinai. Exo. xix. sic legitur. Dic domui Jacob uos uidistis que fecerim in egipto. ⁊c. subdit. ⁊ nūc si audieritis uocē meā ⁊ custodieritis berith meū. i. legem eritis michi ī peculiū. ⁊c. Vnde manifestū est q̄ in hoc loco ubi Jeremias in p̄sona dei dicit. Seriam berith nouū. ⁊ postea subdit de hoc berith. Dabo legē in uisceribus eorū. et in cordibus eorū scribam eam. q̄ per hoc berith nouū lex noua intelligitur. quod fuit intentū. Vnde ⁊ magistri tui

3.  
scilicet doctores Talmutici manifeste dicunt q lex danda  
per messiam debebat esse excellentior quā lex mosaica.

**C**apitulum Tertium In quo ostenditur q lex noua. s. lex  
messie tā excellentior ē respectu legis mosaice. quia lex mo  
saica dicitur esse uana respectu legis messie. nec ex hoc tolli  
tur q lex mosaica sit sancta ⁊ a deo data.

### Saulus

**A**lega doctores Talmuticos hoc dicentes.

### Paulus

**I**n glosa Eccle. ij. cap. super illud uerbū *Vade queso. ⁊c.* Et  
sequitur. *Ecce ipsum uanitas rabbi. licet quia dicit omnis*  
*lex quam tu in seculo isto habes. uanitas est respectu legis*  
*seculi uenturi. per quā leges seculi uenturi. intelligitur lex*  
*messie. Vnde infra Eccle. xj. cap. sup illud. Si ānis multis*  
*uixerit homo ⁊ in omnibus eis letetur. glo. in letitia. s. le*  
*gis quicquid precessit erit habel. i. uanitas. Glo. omnis lex*  
*quā homo addiscit in hoc seculo habel. i. uanitas ē respectu*  
*legis messie. Habes ergo ex istis manifeste duo. Vnū est q*  
*lex messie ē alia a lege mosaica. non enī cōparentur iste le*  
*ges ad inuicē si essent tantum una lex. Secundum est q lex*  
*messie tam excellentior ē lege mosaica quā ipsa lex mosai*  
*ca quasi uanitas est respectu legis messie. ut auctoritates*  
*supradicte manifeste sonāt.*

### Saulus

**M**iroz quomodo posses dicere de lege mosaica q sit uana  
cum quā plurimē auctoritates sacre scripture testātur ip  
sam legem esse sanctam. ⁊ a deo datā. quod etiam ut credo  
tu ⁊ tui conceditis.

### Paulus

**N**ullus negare debet q lex mosaica est sancta quia fuit a  
deo data. potest tamē dici uana. inquantū per eā homines  
non cōsequātur finē ad quē fuerūt creati. s. ad uitam eter  
nam ⁊ gloriosā. Omnis enī medicina quātūcūq; bene or  
dinata. si tamē homo eā sumēs nō consequitur per eam sa  
nitatē intentā uana dicitur. Quod autē per legē mosaicaz  
homines nō consequēbātur finē ad quē creati fuerūt. s. ui  
tā gloriosam satis patet ex iā dictis in dis. vj. cap. ij. ⁊ alijs

sequētibz. 7 ideo dicitur uana respectu legis messie p que hoies p̄dictū finez consequūtur. Et notanter doctores tui dicūt legē mosaicā esse uanā respectu legis messie. quia respectu aliarū legū mundi nō debet dici uana. in quantum lex mosaica disponit ad legē messie per quaz finis humane uite habetur.

**Capitulum Quartū** in quo ostenditur q̄ deus suscitaturus erat de medio Israhel alium prophetam legislatorem preter Moisen.

### Saulus

**H**abeo mentē tuā circa hoc q̄ deus daturus erat legē nouā aliā a lege mosaica. sed quia dixisti amplius q̄ de<sup>o</sup> promisit suscitare prophetā de medio Israhel qui esset legislator sicut Moises. Ideo uolo ut michi ostendas unde hoc habeas.

### Paulus

**H**oc quod petis habetur satis manifeste Deut. xvij. ubi legitur. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui. 7 ponā uerba mea in ore eius. loqueturq; ad eos omnia que precepero illi. qui autē uerba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego ultor existam. Ex quibus patet propositū. scilicet q̄ suscitaturus erat deus aliquē prophetā cui tenebātur credere omnia que eis ex parte dei erat dicturus seu precepturus sicut 7 Moisi. Unde tali prophete ex parte dei credendum erat 7 obediendum legi per euz date sicut 7 Moisi obediērūt 7 legi eius 7 sic talis propheta suscitandus debebat esse legislator sicut Moises.

### Saulus

**S**i bene fuisses scrutatus hāc auctoritatē cum precedēte ad iūctā. non inde intentū tuum concluderes. In hoc enī loco non agitur de propheta quin esset legislator. sed de propheta futura denuntiante. quod patet manifeste ex continuatione littere ad immediate precedens. Volebat enim deus excludere a populo Israhelico diuinationes supsticiosas. quibus chananei coister utebātur. Unde dicebat eis. gentes iste quarū possidebis terram augures 7 uinosos audiunt. tu autē a domino deo tuo aliter institutus es. 7 inme/

diatate ostēdebat eis qualiter institutū erat a deo q̄ popul⁹  
Israheliticus haberet notitiā futurorū sibi ad salutez 7 ad  
bonū statum populi oportuna seu congrua. s. per prophetā  
a deo suscitandū. Et ideo subdit statim. prophetam de gen-  
te tua 7 de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus  
deus tuus ipsum audies. q. d. non oportet te querere cogni-  
tionē futurorū tibi ptinentiū ab augurib⁹ seu diuinatori-  
bus. quia deus suscitabit tibi prophetam de fratribus tuis  
a quo ista possēs scire licite. quod fuit impletū in processu  
tēporis per diuersos prophetas dei. ut patet in historijs sa-  
cre scripture. Vnde in ista auctoritate nulla fit mentio de  
legislatore seu de legis datione prout tu uis. sed solum de  
propheta futura denuntiāte. 7 sic nō habes ex hoc loco pro-  
positum tuum.

### Paulus

**B**ene arguis in hoc q̄ ex continuatōe uerbi p̄ me allegati  
ad precedētia sumi debet sensus huius uerbi. Vnde 7 apud  
doctores nostros intelligentia doctorū ex causis ē sumēda  
dicendi. 7 hanc rationē recolo me uidisse in quadā epistola  
tui magistri. Rab. moi. ad iudeos africanos qui de mora  
aduētus sui messie 7 de alijs in lege contētis murmurabāt  
seu dubitabāt. 7 inter alia ex hoc loco intendebāt ocludere  
q̄ aliquis propheta erat a deo suscitandus ad dandā legem  
quos ipse confutabat dicens eis. q̄ hic nō agitur de prophe-  
ta legislatore. sed de propheta futura denūtiante. ad quod  
allegabat predictā rationē tuā. Sed reuera tam tu quā ma-  
gister tu⁹ supradict⁹ in hoc loco defecistis scrutinio. quod  
sic patet. Nam in cap. p̄allegato bis agitur de propheta su-  
scitando. primo cum dicit prophetā de gente tua 7 de fra-  
tribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus ip-  
sum audies. 7 in hoc loco indubie agitur de propheta futu-  
ra denūtiante. quod patet ex continuatōe ad immediate p̄-  
cedentia. s. ubi dicitur. Gentes iste quarū possidebis terraz  
augures 7 diuinos audiūt. tu autē. 7c. Ex quo māifeste p̄-  
q̄ talis propheta dicitur esse suscitandus ad supplendū de-  
fectū diuinorū 7 hmōi. prout tu allegasti. 7 bene quātū  
in hoc loco. Sed in hoc eodē cap. le. ij. Prophetā suscitabo  
eis de medio fratrum suorūz similitē tui. 7c. In quo loco. s.

secundo loquitur de propheta legislatore. quod manifeste  
 p̄ ex continuatōe immediate precedente. ubi exp̄ss̄ loqui  
 tur de legislatione. Dicitur enī statim ante sic. Ut petisti a  
 domino deo tuo in Oreb quādo contio congregata est atqz  
 dixisti. Ultra non audia uocē domini dei mei ⁊ ignem hūc  
 maximū amplius non uidebo ne moriar. ⁊ ait dñs michi  
 bene omnia sūt locuti. prophetā suscitabo eis de medio fra  
 trū suorū similē tui. ⁊ ponā uerba mea in ore ei⁹. loquetur  
 qz ad eos omnia que precepo illi. qui autē uerba que loque  
 tur audire noluerit. ego ultor existam. Patet igitur ex hu  
 iusmodi cōtinuatōis serie q̄ quia in datione legis in Oreb  
 populus fuit atterritus ex igne maximo ⁊ alijs terribilibz  
 ibi occurrētibus. intantū q̄ a deo petiuit q̄ amplius nō lo  
 queretur eis p̄ illuz modū ne morerētur. Ut patet Exo. xx  
 ⁊ Deutro. v. Idcirco dicit hīc q̄ deus concedit sibi ut iam  
 nō cum talibz terroribus legem eis daret. sed per prophetā  
 uerū hominē sicut Moyses. in cuius ore poneret p̄cepta. et  
 deus esset ultor cuiuscūqz inobediētis. ⁊ iste est sensus pla  
 nus littere correspondēs immediate p̄cedēti. ut patet recte  
 consideranti. Vnde ratio mea nō accipitur ex primo loco.  
 ubi dicitur. prophetā suscitabo. quia ibi de propheta futu  
 ra denūtiante agitur. prout tu uis. sed ratio mea fundatur  
 in hoc quod dicitur secundo prophetā suscitabo eis. q̄ lo  
 quitur de propheta legislatore. prout ē manifestū ex dñs.

**C**apitulū Quintū In quo ostenditur q̄ licet in aliquibz  
 p̄ceptis mosaice legis uideatur dici q̄ sunt imp̄petuuz ob  
 seruāde. hoc nō ē intelligendū de perpetuitate absoluta. sed  
 tātūmō limitata secundū duratiōē debitā mosaice legis.

### Saulus

**A**ssertio tua de innouatōe seu mutatōe legis mosaice. Si  
 militer ⁊ de propheta legislatore suscitādo quantūcūqz ui  
 deatur facere pro te. sunt tamē auctoritates sacre manife  
 ste testātes de multis p̄ceptis mosaice legis que duratura  
 erāt incernū seu imp̄petuū. Que quidē p̄cepta a tuis fide  
 libus mīme obseruantur. ut patet de sabbato. de quo Exo.  
 xxxj. Et custodiēt filij Israhel sabbatū ad faciendū sabba  
 tū in generatōibus suis pacto sempiterno. Idez de Pascale

2

Exo. xij . Erit dies ista uobis ad memoriale ⁊ solēpnisabi-  
tus ipsā lege sempiterna. Idez de solēpnitate Penth. ⁊ de fe-  
sto tabernaculorum ⁊ de die expiationis . Leuit . xxiij . et  
xxiij . q̄ de sacrificijs in predictis solempnitatibus faci-  
endis ⁊ de pane propositionis in singulis sabbatis coram  
domino proponendum. In quibus ⁊ in quāpluribus alijs  
cerimonialibus ⁊ etiā iudicialibus cōsimiles dictiones po-  
nūtur quibus manifeste ostenditur q̄ ineternū seu sēpiter-  
nū erāt illa p̄cepta obseruāda. Vnde licet cōcedatur tibi q̄  
alia lex noua a lege mosaica erat uanda. ⁊ q̄ alius legisla-  
tor p̄ter Moisen erat suscitandus . nō tamē ex hoc sequitur  
q̄ alia lex esset uanda que esset cōtraria legi mosaice . preci-  
piēdo uel permittēdo fieri quod lex mosaica prohibuit . nec  
etiā q̄ aliquis legislator suscitandus erat a deo qui legi  
mosaice modo p̄dicto cōtradiceret . hoc enī esset de directo  
contra sacras auctoritates p̄dictas testantes de predictis ⁊  
alijs similibus q̄ imppetuū seu sempiternū erāt duratura

### Paulus

**A**d hanc tuā obiectiōnē sufficiēter euacuandā oportet pri-  
mo scrutari dictiones que in lingua hebraica ppetuitatem  
duratōnis sonāt . que sūt in duplici differentia . Nam quedā  
earū significāt ppetuitatē duratōis absolutam . s. sine fine .  
quedā uero perpetuitatē limitatā ad aliquē ambitū tempo-  
ris determinatā . Secundo discurrendū ē p̄ precepta supra-  
dicta p̄ te allegata ⁊ similia ad uidendū que illaz dictionū  
in eis ponūtur ppetuitatē duratōis significātū . s. an sit de  
illis primo mō dictis . s. que ppetuitatē absolutā significāt .  
Vel de illis secundo mō dictis que ppetuitatē significāt nō  
absolutā sed proditā uel limitatā . Quantū ad primū attē-  
dendū q̄ secundū Rab . in hoc libro Sarasim . qui quidē li-  
ber apud hebreos hētur sicut Catholicon apud nos . dictōes  
ppetuitatē significātes absolutā sunt plures . quarū una est  
cela . Vnde in psal . ubi dicitur . In secula seculorū laudabūt  
te . ubi nos habemus in secula seculorū . in hebreo hētur cela  
Alia dictio signās perpetuitatē absolutā est Necali . Vnde i  
psal . ubi dicitur . uiuet adhuc ineternū . ubi nos habemus  
ineternum . in hebraico habetur necali . Dictio uero signās  
perpetuitatem durationis limitatam . seu proditam . est



hec dictio halam. que proprie signat in hebreo sicut hec dictio seculum. in latino seculum non semper importat durationis perpetuitatem absolutam. sed quicquid limitatam seu propositam. prout pertinet ad temporis ambitum illius rei cui coniungitur. Unde cum coniungitur alicui dictioni signati rem. cuius duratio limitatur per vitam hominis. tunc tale halam seu seculum significat totum ambitum durationis vite ipsius hominis. Si autem coniungatur alicui dictioni signati re. cuius duratio est secundum statum unius gentis. tunc halam significat totum seculum seu totam durationem illius gentis. Exemplum primum. Deutero. xv. de seruo emptitio. de quo legitur Et accipies subulam et dabis eam in aure eius et in portam. et erit tibi seruus halam. id est in seculo. Quod quidem seculum scilicet per totam vitam suam. non enim potest seruus ei ultra illum terminum seruire. Vel potest intelligi per totam vitam serui. non enim potest seruus postquam mortuus est seruire. Et sic manifestum est quod non significat perpetuitatem durationis absolutam. scilicet durationem vite illius domini. quod est ipsius seculum. uel etiam illius serui. Similiter primo Regum. Anna dicebat de Samuele filio suo. Et adducam eam et apparebit in facie domini. et habitabit ibi ad halam. id est in seculo. quod exponit Rab. Sa. usque in seculum leuitarum. scilicet usque ad quinquagesimum annum Legitur Num. viij. quod Leuite tenebantur seruire in templo seu in tabernaculo a. xxv. anno sue etatis usque ad. l. et hoc est quod dicebat Anna de Samuele quod staret in tabernaculo usque in seculo. scilicet leuitarum predictum. Non enim potest dici quod in eternum uel imperpetuum ibi debebat stare. Exemplum secundum. Jer. ij. cap. ubi dicitur ab halam. scilicet a seculo confregisti iugum. et c. In quo loco seculo intelligitur de tempore durationis illius gentis. non autem de duratione seculi absoluta. et hoc quantum ad primum. Quantum uero ad secundum manifeste reperies quod in predictis auctoritatibus per te allegatis ad probandum perpetuitatem durationis mosaice legis uel preceptorum eius. nunquam ponitur dictio aliqua signans perpetuitatem absolutam. scilicet Necali uel cela et hmoi. sed solum in eis ponitur hec dictio halam que quicquid significat perpetuitatem propositam seu limitatam sicut hec dictio seculo. et est sensus quod illa precepta duratura erant per totum spacium durationis mosaice legis. non autem ultra.

## Saulus

**H**ec dictio holam multoties significat in scriptura eternitatem durationis. cum enim dicitur in psalmo. In eternum domine permanet uerbum tuum. in hebraico dicitur in holam permanet uerbum tuum. Similiter cum dicitur. Et ueritas domini manet in eternum. ubi dicitur in eternum. in hebreo ponitur in holam. Manifestum est autem quod uerbum dei similiter eius ueritas non habet durationem limitatam sed absolutam. quod est contra superius per te dicta.

## Paulus

**S**i bene uerba mea considerasti hoc quod nunc dicitis non fecit contra me. Dixi enim quod seculum seu holam non semper importat durationem absolutam. sed quatenus limitatam. prout pertinet ad temporis ambitum illius rei cui coniungitur. Unde cum hec dictio holam coniungitur rei habenti certum temporis ambitum. tunc talis dictio significat perpetuitatem ad talem ambitum pertinentem. sicut de seruo emptio dicitur. Deut. xv. et de alijs super dictis. Cum autem hec dictio holam coniungitur rei cui pertinet duratio eterna. tunc importat eternitatis durationem. Unde sicut seculum seu holam leuitarum terminatur in .l. anno. et seculum serui empti terminatur in uita sua uel domini sui. et seculum gentis Israelitice terminatur in duratione status illius gentis. sic seculum diuinum. quod est interminabile commensuratur eternitati. Unde cum dicitur de deo in psal. a seculo tu es. intelligitur ab eterno. eo quod duratio ad deum pertinet est eterna. Et ideo in auctoritatibus per te allegatis. ubi habetur quod aliqua lex mosaica. ut puta lex de sabbato obseruanda et de pasce et huiusmodi erat duratura in holam. intelligendum est in seculo legi mosaice pertinens non autem ultra.

## Saulus

**I**n auctoritatibus per me allegatis contra te hec dictio holam interpretanda est in sempiternum. sic enim interpretati sunt translatores tui. ut patet per translationem apud te et tuos autenticos. Unde non decet te aliter in predictis locis eam interpretari.

## Paulus

**L**icet uerum sit quod translatores nostri interpretati sunt hanc

dictionē holam p eternū seu sempiternū in auctoritatibus  
 q̄ loquūtur de obseruatōe sabbati. ⁊ quorūdā legalīū p̄cepto-  
 rum. non tamen cū eis tenēdū est. sed potius standū est  
 cum ueritate hebraice littere. probatū est enī supra q̄ hec  
 dictio holam nō semp̄ significat spatū seu duratiōē eter-  
 nam. sed duratiōē rei cui cōiungitur congruentē. Et ideo  
 in hoc loco nō est tenēdū cū translatōe n̄ra cōmuni. cum  
 stare nō possit cum hebraica ueritate. nec cum catholicorū  
 determinatione.

### Saulus

**Q**uomodo ergo posses saluare interpretatores tuos. p̄ser-  
 tum Jeronimus qui tante auctoritatis ē apud te.

### Paulus

**B**eatus Jero. loquitur in hoc loco more cōmuni seu uulga-  
 ri. quo dicūtur p̄petua illa que complēt terminū sibi possi-  
 bilē seu debitū. ut cū dicitur coīter in instrumētis publicis  
 ad perpetuā rei memoriā. Similiter in collatōibus bene-  
 ficiorū cōsueuit dici canonice ⁊ imp̄petuū. Que quidē per-  
 petuitas non est absoluta sed ad suum debitum seu possibi-  
 lem terminū limitata. ⁊ isto mō translatio Jero. ē intelli-  
 genda in hoc loco. cum enī dicit de obseruatōe sabbati q̄ es-  
 set eterna seu perpetua ⁊ sic de alijs intelligendū ē de perpe-  
 tuitate duratiōis legi mosaice ptinēte.

**C**apitulum Sextum in quo ostenditur q̄ termin⁹ dura-  
 tiōis legis mosaice est lex noua que data est p̄ xpm. ⁊ q̄ lex  
 mosaica nō obligat ultra illū terminū quantum ad ea que  
 in ipsa lege mosaica continētur que non sunt de lege nature  
 ⁊ q̄ ex hoc nō sequitur q̄ lex mosaica n̄ fuerit a deo data.

### Saulus

**N**ullus terminus duratiōis legitur assignatus fuisse mosa-  
 ice legi ut ad illum terminū referrī possit holam seu secu-  
 lum sicut fuit terminus assignatus leuitarū ad seruiendū  
 in templo seu in tabernaculo ut dictū est. Similiter in ser-  
 uo emptitio ad seruiendū domino suo. ⁊ ideo hec dictio ho-  
 lam que ponitur in obseruatōe sabbati seu circūcisionis ⁊  
 hmōi interpretanda ē secundū duratiōē totius seculi presen-  
 tis. s. usq̄ ad finē mūdi. prout coīter intelligit̄ apud nos.

**Paulus**  
**V**erum est qd tu & tui nō creditis aliquē terminū fuisse po-  
 situm in hac uita duracioni mosaice legis . Vnde per hanc  
 dictionē holam in obseruatōe p̄ceptoz legaliū positaz intel-  
 ligitis duracionē perpetuā absolute. Quē quidē errorē nō/  
 nulli eorū qui fidē xp̄i receperūt sunt secuti. ut p̄t̄ in pru-  
 mitua ecclesia. quando quāplurimi rite baptisati legalia  
 obseruabāt . contra quos apostolus noster Paulus in suis  
 efficaciter scripsit ep̄istolis. Qui quidē morbus pestiferus  
 antiquitus. adhuc inter hereticos pullulat modernos. cui⁹  
 tamē falsitas māifesta est. Nam lex mosaica ex dei ordi-  
 nōne nō erat obligatoria ad semp . sed tantū ad terminū a  
 deo prefixum. s. usq; ad legē messie promissi. Quod sic p̄t̄  
 Nā ut ex supradictis habetur. deus promisit se daturū po-  
 pulo Israhelitico legē nouā aliaz a lege mosaica. prout ha-  
 betur. Jere. xxxj. Que quidez lex noua in multis habebat  
 excellere legē antiquā. Et primo in mō dandi. quia lex mo-  
 saica data fuit ī tabulis lapideis. lex uero noua erat in cor-  
 dibus scribenda. ut habetur ex auctoritate Jere. p̄allegata  
 per quod designatur legis noue maior stabilitas q̄ quodā  
 modo assimilatur legi nature. que indelibiliter in cordib; /  
 imprimitur. Secundo quia lex mosaica quantū ad illa que  
 in ea cōtinētur que non sūt de lege nature. nō obligabat ad  
 eius obseruantia nisi solā gentē Israheliticā cui soli data fu-  
 it. Vnde in psal. de deo dicitur Annūtiās uerbuz suū Jacob  
 iustitias & iudicia sua Israhel. nō fecit taliter omni natiōi  
 ꝛc. sed lex noua que ē lex xp̄i. sicut & lex nature omnes nati-  
 ones obligat. Vnde ysa. xlij. cap. de xp̄o & eius lege dicitur  
 Donec ponā in terra iudiciū. & legē eius insule spectabant.  
 Tertio quia lex mosaica quantū ad supradicta. s. que non  
 sunt de lege nature nō obligabat subditos suos ubiq; s; so-  
 lum in terra promissionis. Vnde Deut. iij. Scitis qd docu-  
 erim uos precepta atq; iustitias sicut mandauit michi do-  
 minus deus meus ut facietis ea in terra quam possessuri  
 estis. & obseruabitis & implebitis opere. Et infra eodē cap.  
 Michiq; mādauit eodē tempe. ut docerē uos cerimonias &  
 iudicia que facere deberetis in terra quam possessuri estis.  
 Similiter & Deut. v. postquam moyses repetuit precepta

decalogi et ea que contigerunt tempe dationis legis. subdit.  
 Tu uero hic sta mecum et loquar tibi omnia mandata et ce-  
 rimoniae atque iudicia que docebis eos. ut faciant ea in terra  
 quam dabo eis in possessionem. Ex quibus et multis similibus  
 manifestum est quod lex mosaica quantum ad ea que in ea conti-  
 nebantur que non essent de lege nature. non obligabant ad omnem  
 locum. sed solum in terra promissionis. Lex uero noua. scilicet christi  
 sicut et lex nature obligabat ubique. de qua Malach. primo.  
 postquam dicit de reprobatione sacrificiorum ueteris legis dicit.  
 Non est michi uoluntas in uobis dicit dominus exercituum.  
 et munus non suscipiam de manu uestra. statim subdit. Ab ortu  
 enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus.  
 et in omni loco sacrificatur. et offertur nomen meo oblatio  
 munda. Ex quo patet manifeste quod sacrificia deo oblata que  
 nullo modo erant in ueteri lege precepta nisi in templo uel taber-  
 naculo que in terra promissionis erant sita. postea debebant  
 deo esse accepta. ubi. scilicet ab ortu solis usque ad occasum. Quarto  
 quia lex mosaica temporalia bona promittebat in premium  
 sue obseruatione. et penas temporales in pena transgressionis eius.  
 quod patet Leuit. xxvi. et xxvii. et in multis alijs locis. Lex  
 uero noua ut patet per eius discursum spiritualia bona promittit  
 scilicet regnum celorum. et per penas spirituales comminatur. ut est gehenna  
 ignis. Constat autem etiam apud philosophos quod bona spiritualia  
 incompatibiliter excedunt temporalia et e contra de malis oppositis  
 Ratio autem huius diuersitatis est. quia lex mosaica daba-  
 tur populo rudi adhuc imperfecto in comparatione ad perfectionem  
 que futura erat in tempe noue legis. Unde Rab. moi. Egip-  
 tius in sua expositione super librum Canbedrin cap. Helech po-  
 nit exemplum ad hominum remunerationem temporales promissas  
 intelligendum de puero qui prouocatur ad discendum litteras  
 per aliqua parua munuscula que sunt in eius affectu conse-  
 quenter cum attingit etatem in qua ad honores afficitur. pro-  
 uocatur ad discendum per hoc quod promittitur sibi gradus ma-  
 gisterij uel doctoratus. Consequenter uero cum attingit ad cog-  
 nitionem quod per uirtutem scientie anima magis proficitur. tendit  
 ad discendum amore ipsius scientie seu perfectionis. et sic in pro-  
 posito. Nam populus Israeliticus cui lex fuit data rudis  
 erat et non erat in eius affectu nisi cupiditas terrenorum. et ideo  
 per bona terrena seu temporalia inducebatur ad obseruationem

p̄ceptorū legis. Sed tempe messie quādo diuinorū cognitō  
 magis debebat esse in mundo. De quo tēpore. *Ysa. xj.* Re /  
 pleta est terra sciētia domini sicut aque maris coopientes.  
 tunc lex noua p̄ ipsum danda non habebat inducere ad sui  
 obseruantia p̄ bona t̄palia que minima sunt ⁊ quasi nulla  
 respectu bonorū spiritaliū. Quapropter magistri tui dixē  
 rūt q̄ omnis lex quam tu addiscis in hoc seculo. s. in seculo  
 ueteris legis uana ē respectu legis messie. ut supra fuit alle  
 gatū. Ex quo p̄z q̄ t̄ps duratōis ueteris legis d̄r sc̄lm p̄ se ⁊  
 uocabatur seculū. s. holaz prius respectu seculi messie quod  
 d̄r futurū. Vnde Rab. moi. in suo Deut. libro de iudicibz  
 titu. de regibz cap. xij. dicit. Nomen illi nūc holam. i. secu  
 lum istud ⁊ tempus messie ubi subiectio regnorū. Ex quo  
 patet manifeste q̄ secundū ipsum tempus ueteris legis uo  
 catur holaz seu seculū per se distinctū a diebus messie. Vñ i  
 illo seculo tantū a diebz messie distincto lex mosaica obli  
 gabat. Et sic intelligēda est hec dictio holam in obseruatōe  
 preceptorū legalitū posita. lex autē noua. s. xp̄i obligat ad sp̄  
 sicut ⁊ lex nature. Ex quibus habes q̄ legi mosaice fuit ter  
 minus p̄fixus sue duratōis. s. lex noua in quā terminatur.  
 ⁊ ad quā d̄sponit ⁊ in quā ordinatur sicut imperfectū ad  
 perfectum.

### Saulus

**W**ideo q̄ circa legem mosaica quedā concedis que non p̄nt  
 simul stare. concedis enī ipsam fuisse dataz a deo. ⁊ tamē ē  
 imperfecta. Que quidē duo non possunt simul stare. testa  
 tur enī scriptura. *Deut. xxxij.* q̄ dei perfecta sunt opa. Itē  
 asseris q̄ lex mosaica nō obligabat ad semp sed solū in secu  
 lo terminato seu limitato. quod nō ptinet ad opus dei. *Le /*  
*gitur enī Eccle. iij.* q̄ omnia opera que fecit deus pseuerāt  
 ineternū. ⁊ sic ista duo incōpatibilia sunt. s. q̄ illa lex fit a  
 deo ⁊ tamē q̄ nō pseuerat ineternū.

### Paulus

**A**d Primū respondeo tibi q̄ perfectum potest dici duplici  
 ter. Vno mō illud quod ē perfectū simpliciter. prout ptēt  
 ad speciē seu naturā suā. Alio mō dicitur perfectū non sim  
 pliciter sed secundū t̄pis couditionē. Primo mō dicitur ēē  
 p̄fectus ille qui attingit ad perfectionē humane speciei iaz

in etate perfecta. Secundo modo dicitur perfectus puer qui secundum tempus conditionem attingit perfectionem humane speciei non autem simpliciter. et isto modo certa precepta que pueris dantur sunt quidem perfecta secundum conditionem eorum quibus dantur. et sic non fuit perfecta simpliciter. et talia fuerunt precepta legis. scilicet perfecta secundum conditionem populi rudis cui dabantur. Ad secundum respondeo quod in illa auctoritate Ecclesie que dicit Omnia que fecit deus perseverant in eternum. Ubi in translatione nostra dicitur in eternum. in hebreo habetur in holam id est in seculum quod non significat durationem eternam seu perpetuam. sed per zodiacam et limitatam ut dicitur est. quod verificatur de quolibet ente. Unde quodque enim durat seu perseverat in seculo sue durationis a deo terminato. et iste est uerus sensus et plenus illius auctoritatis. falsum enim esset dicere de quolibet ente a deo facto quod perseverat in eternum. Unde et de lege mosaica uerum est dicere quod perseverat in holam. id est in seculo. pro ut iam supra fuit ostensum.

**Capitulum Octauum** In quo ostenditur quod licet lex mosaica quo ad plurima precepta in eodem contenta non obligat tempore legis noue. est tamen perutilis ad multa quia omnia in eodem contenta ad nostram doctrinam scripta sunt.

### Saulus

**S**i lex mosaica non perseverat nisi in seculo suo. quod quidem scilicet secundum te in legem nouam terminatur. sequitur quod lex mosaica secundum te qui credis legem nouam iam non perseverat. et sic est iam omnino inutilis. nec obligat ad aliquid faciendum neque uitandum. quod est inconueniens manifeste. Nam secundum hoc lex mosaica ad quid occuparet membranas uestras. et quare in bibliotece uolumine includeretur cum ad nichilum ualet ultra illud enim (cuius seculum iam preterit) desinit esse. et in nichilum redigitur.

### Paulus

**A**bsit a mente fidelium credere quod lex mosaica est inutilis. etiam post aduentum legis noue. nec etiam asserere licet quod lex mosaica etiam tempore gratie non obligat ad aliquid faciendum neque uitandum. Ista enim sunt a ueritate catholica omnino aliena. Primum patet sic. dicere enim quod lex mosaica uel etiam

Aplj

1. Historialia  
2<sup>a</sup> du<sup>o</sup> p<sup>o</sup>

2. Sapientialia

3. Legalia

1. Historialia  
2. Sapientialia  
3. Legalia

Exo.

ps.

1. Historialia  
2. Sapientialia

1. Creatio  
2. nunc p<sup>o</sup>nt  
3. et futura

alia (que in canonicis libris ueteris testamēti cōtinētur) sūt inutilia post legem nouā: est de directo cōtra apostolū nostrū quē in doctorē gentiū habemus. qui uniuersaliter dicit. Quecūq; scripta sūt ad nostrā doctrinā scripta sūt. Nōla enī que ad nostrā doctrinā scripta sūt manifeste sūt nobis utilia, quod etiā discurrendo hoc potest haberi. discurrendo dico nō per singula generū. quia esset ualde difficile sed per genera singulorū uel eorū plurima. Constat enī q̄ ea (que in sacra scriptura antiqui testamēti cōtinētur) sūt in quadruplici differētia. Quia sūt uel historialia ut ea q̄ narrāt gesta que antiquis tēporibus contigerunt. ut sūt prophetica. et hoc diuersimodē. quia aut de p̄terito. ut cum Moyses prophetisauit de creatōe mundi. Gen. primo. cuius notitiam nō potuit habere nisi per diuinā reuelatōez. Aut de futuro. ut cum prophete de aduētū messie et etiā de multis alijs quorū aliqua protunc erāt futura nunc autem impleta. Alia uero adhuc sūt implenda in futuro. Vel sūt sapientialia. ut ea que pro maiori parte in libris Salomois cōtinētur. Vel sūt legalia ut p̄cepta affirmatiua uel negatiua. que p̄cipue in pentateuico cōtinētur. Historialia autē que narrātur in sacris scripturis magnā nobis prestant utilitatē. sicut ex historia diluuij. que narratur Gen. 6. et 7. Informamur de prouidentia diuina et eius iustitia p̄ quā deus oīa animata puniuit. et Noe iustū cū sua posteritate reseruauit. Similiter ex historia Sodomorū iustitiaz diuinā per malorū punitionē p̄cipimus. et eius mīaz p̄ euasionez Loth p̄cibus seu meritis patriarche Abrahę cognoscimus. Idem de subuersione Egyp̄torū in liberatōne filiorū Israhel ab eorū seruitute. et de multis alijs iustitiarū que iusti puniūtur. iusti uero remunerātur. plene cognoscitur. et de talibus in scripturis sacris contentis intelligi potest illud psal. Iustitie domini recte letificātes corda. tales enim historie recte narrate iustorū corda letificant. Juxta illud psal. Memor fui iudicioz tuorū a seculo domine. et consolatus sum. Ex prophetis autē in sacris scripturis ueteris testamēti multa nobis ad doctrinā nostrā accomoda accipimus. De creatōe enī mūdi quā Moyses prophetisauit habemus uerā fidē de hoc q̄ mūdos nō fuit ab eterno. nec a seipso. nec ab alio. nisi tantū a deo de nichilo productus. in quo



nōnulli prophetantiū errauerūt oppositū asserētes, Simi/ līrer 7 de aduētū saluatoris tuuc futuro quā multa nostre saluti accomoda pro prophetia uaticinia p̄cipimus. Vnde de talibus potest uerificari illud psal. quod de sacra scrip/ tura dicitur. Testimoniū domini fidele sapientiā prestās par/ uulis. Talia enī prophetica testimonia sapientiā prestant paruulis. s. homībus. quoz cognitio naturalis cōuenit ad talia cognoscēda. non (nisi reuelatione diuina) attingit. Sa/ pientialia uero in sacris scripturis contēta magnam nobis cōferūt utilitatē. q̄nqz in cognitōe diuinorū. q̄nqz in cōmē/ datōe morū/7 uitioz extirpatōe. ut p̄z ipsa diligēter intu/ enti. De quibus potest dici illud psal. Declaratio sermonū tuorū illuminat. 7 intellectū dat paruulis. Precepta uero legalia. s. mosaice legis/ etiā tempe legis noue maxime no/ bis conferūt. quoz quedā sunt maxima tāquā cōmunia 7 prima p̄cepta legis nature. s. Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo. Deut. vi. cap. Et diliges proximū tuū sicut teipsum. Leuit. xix. que sūt per se nota rationi humāe uel p naturā/ uel p fidē. Que quidē p̄cepta licet sint duo/ prop/ ter diuersitatē obiectorū. sunt tamē unū ex unitate finis. quia deus diligendus ē propter se, 7 proximus/ propter deū Ad quod quidē preceptū de dilectōe/ p̄cepta decalogi referū/ tur. sicut cōclusiones/ ad principia cōmunia. 7 iō de isto p/ cepto. s. dilectōis/ proprie intelligitur illud psal. Preceptū domini lucidū/ illuminās oculos. Sicut enī per lumen cor/ porale/ uisibilia cognoscūtur corpalia. sic per istud p̄ceptū alia supradicta cognoscūtur esse iusta. Que quidē p̄cepta s. tam prima/ que perse sūt rationi humane nota p naturā uel per fidē ut dictum ē. quā alia. s. p̄cepta decalogi/ que ex principijs cōmumbus modica consideratōe cognosci pos/ sūt. In lege noua omniū sunt obseruāda. Vnde 7 magister 7 saluator noster de primis duobz dicit Math. xxij. In his duobus p̄ceptis tota lex pendet. 7 prophete De p̄ceptis uo decalogi dicit Math. xix. Si uis ad uitam ingredi/ sua mā/ data dei, Nullus igitur sane mentis asserere possit. q̄ lex ue/ tus in qua hmōi p̄cepta saluti humane necessaria a deo fue/ rūt data/ inutilis sit tempore legis noue. nec etiam dici po/ test. q̄ p̄cepta legis mosaice/ de quorū numero p̄dicta p̄cep/ ta sunt nō obligent tempore gratie.

2. Aduentū tuū futū

ps.

sa. 2. s. Sapientia.

ps.

sa. 3. Legalia.

Deut. 6. Leuit. 19.

1. a. 2. a.

ps.

de dilectōe

Coz. 5. 22.

1. 19.

9. 1. 9. 2.

9. 1. 2.

**C**apitulū Octauū In quo ostenditur q̄ in duobus p̄ceptis de dilectōe tota lex pendet. 7 prophete. secunduz sententiam saluatoris.

### Saulus

**D**icta magistri tui p te nunc allegata uidetur rationabiliter impugnāda. 7 primo primū. secundo secundū. **Primū** enī manifeste discordat cum toto processu p̄ceptorū in lege 7 in prophetis contētorū. In quo quidē processu non ponitur aliqua pendētia unius p̄cepti ad alterū. sed quodlibet illoz ponitur tamquā a deo p̄ceptū per se sine aliqua pendētia ad alterū. Dicere ergo q̄ in duobus p̄ceptis de dilectōe s. dei 7 proximi tota lex pendebat. 7 prophete est omnīo sacre scripture inconsonū. Item istud p̄ceptū de dilectione nō ponitur inter p̄cepta decalogi. nec de eo uidetur in decalogo facta fuisse mentio. similiter nec fuisse datū ante datonē legis. Dicere ergo q̄ p̄cepta decalogi referūtur ad p̄ceptū de dilectione quod non fuit datū antequā decalogus daretur. 7 q̄ decalogus se haberet ad p̄ceptū de dilectōne sicut cōclusiones ad principia cōmunia nullā uidetur continere rationez. 7 sic illud dictū magistri tui (in quo dicit q̄ in illis p̄ceptis de dilectione: tota lex pendet. 7 prophete remanet uacuū 7 inane.

### Paulus

**A**d Primū (quod obicit) cōtra doctrinā magistri tui dicentis q̄ in duobus p̄ceptis. s. de dilectōne dei 7 proximi tota seu uniuersa lex pendet. 7 prophete. tibi respōdeo q̄ hoc dictum ē uerissimū sicut 7 cetera alia que in mei magistri et saluatoris doctrina habētur. Nam in duobus p̄ceptis de dilectōe supradictis cetera p̄cepta diuina pendent dupliciter ex ueritate sicut cōclusiones in suis principijs. Nam sicut in speculatiuis ueritas conclusionū dependet ex ueritate suoz principiorū: sic 7 in practicis ratio particulariū agendorū p̄det ex rōe suoz principioz. Ex hoc enī q̄ deus ē sup omnia diligendus: sequitur q̄ non ē alius deus colendus: nec eius nomē in uanū sumendū. 7 sic de alijs p̄ceptis in deū ordinatis. 7 sic patet q̄ p̄cepta in deū ordinata manifeste p̄dent ex p̄cepto de dilectōe dei mō predicto. Idez ē dicēdū de p̄ceptis ordinatis in proximū. ut cum dicitur: non

1. de p̄ceptis ordinatis in deū.

1. 9.

2. de p̄ceptis ordinatis in proximū.

Ex 7

occides. non mechaberis. 7c. f. q̄ omnia illa dependēt ex ra-  
 tione istius p̄cepti. Diliges proximū tuū sicut teip̄sū. sicut  
 ratio conclusionū pendet ex rōe suoz principiorū. Alio mō  
 p̄cepta diuina in sacris eloquijs contēta pendēt in duobus  
 p̄ceptis de dilectōe supradictis. s. in premio debito faciē-  
 tibus illa p̄cepta. nullū enī premiū debetur custodiētibz  
 diuina p̄cepta nisi in dilectōe dei fundētur seu radicētur.  
 quod patet sic. Nam Exo. xx. in prohibitōe idolatrie deus **Exo. 20.**  
 promittēs penas transgressoribus. 7 premia obseruātibus  
 subdit. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes inuisitans  
iniquitatē patrū in filios in tertiam 7 quartaz generatōez  
eorū qui oderūt me. 7 faciēs mīaz in milia. his qui diligūt  
me. 7 custodiūt p̄cepta mea. Ex quo patet manifeste q̄ de **Coz?**  
 us p̄miat p̄ suā mīaz custodiētes sua p̄cepta. si tamē diligūt  
 eum. 7 oppositū de transgressoribus. Et sic habes q̄ p̄mia **9.**  
 debite custodiētibz p̄cepta diuina pendēt ex dilectōe dei. quā  
 qui nō hnt custodiā aliorū p̄ceptorū nullū premiū seque- **4**  
 retur. 7 sic tota lex quantū ad rōez p̄mii. 7 p̄ consequens  
 meriti dependet in duobus p̄ceptis de dilectōe supradic-  
 tis. Et per hoc patet responsio ad secundū obiectum tuū. in **Ad 2. Ratio dat**  
 quo dicitur q̄ p̄cepta decalogi nō referūtur ad p̄ceptū de  
 dilectione. eo q̄ non fuit datū antequā decalogus daretur.  
 nec in decalogo fit mentio de hmōi p̄cepto. Nam manife-  
 stum est p̄ auctoritatē predictā q̄ in decalogo fit mētio de  
 dilectōe dei. que requiritur ad consequendā dei mīaz in cu- **Exo. 20.**  
 stodiētibus p̄cepta diuina. Vnde dicit. Faciēs mīaz cū his  
qui diligūt me. 7 custodiūt p̄cepta mea. 7 sic habetur exp̄s **9.**  
 sa mentio de dilectione dei necessaria ad p̄mia consequēda.  
 non tamē ponitur dilectio dei p̄ modū p̄cepti hic in deca-  
 logo. sed p̄supponitur tamquā p̄ se notū p̄ naturā. uel fidez  
 ut dictū est. ponitur tamē dilectio dei p̄ modum p̄cepti. **Deut. 6. de dilectōe Dei**  
 Deut. vi. ubi hoc p̄ceptū explicite 7 p̄fecte traditur. Sicut **Leuit. 19. de dilectōe pximi**  
 7 p̄ceptū de dilectōe proximi Leuit. exp̄sius ponitur.

**Saulus**

**S**icut dilectio dei requiritur ad consequēdam dei mīaz in  
 custodiētibus p̄cepta diuina. ut in auctoritate p̄ te alle-  
 gata uidetur cōtineri. sic custodia p̄ceptorū diuinorū re-  
 quiritur in diligētibus deū ad consequendam dei mīaz. ut

patet p auctoritate per te allegata. in qua dicitur. Faciens misericordiam his qui diligunt me. et custodiunt precepta mea  
*Coz<sup>m</sup>* . Unde non magis patet custodia preceptorum in dilectione dei ad eius misericordiam consequendam quam dilectio dei in custodia preceptorum eius. Unde secunda ratio tua (in qua dicitur quod precepta diuina pendent in duobus preceptis de dilectione dei) quantus ad primum non uidetur ualere ratione predicta.

### Paulus

**P**receptum de dilectione dei prout explicite et perfecte traditur. Deut. vi) Omnium preceptorum diuinorum custodia includitur. In hoc enim quod dicitur. ex toto corde precipitur quod tota nostra intentio feratur in deum, Ex hoc autem quod dicitur ex tota mente : deum diligere debemus sine obliuione. In hoc autem quod dicitur. ex tota anima precipitur quod appetitus noster obediat deo, Et sic patet quod ad impletionem huius precepti requiritur custodia ceterorum mandatorum dei, sicut in custodia mandatorum dei seorsum scripta non includitur dilectio dei. potest enim homo custodire mandata dei. ut puta. Non sint tibi dii alieni. honora patrem. etc. sine hoc quod diligat deum. uel quod hoc faciat ex dilectione seu caritate dei. et ista faciens non dicitur transgressor preceptorum illorum que sic obseruat. quamuis non habeat habitum caritatis siue dilectionis dei. neque hoc faciat ex amore dei, Ex quibus patet quod custodia mandatorum dei includitur in precepto de dilectione dei. et non econtra. et sic tota lex. scilicet precepta legis pendet in precepto de dilectione dei et proximi modo predicto. Unde si bene scrutatus fueris dicta doctorum tuorum reperies quod nonnulli eorum asserunt multitudinem preceptorum mosaice legis in paucis. uel etiam in uno tantum subsistere. quod satis consonat predictis.

**C**apitulum Nonum in quo ostenditur quod secundum quosdam doctores talmuticos multitudinem preceptorum mosaice legis in paucis. uel etiam in uno consistit. quod etiam concordat cum dicto saluatoris supradicto.

### Saulus

**A**llega michi obsecro doctores nostros hoc quod dicitur asserentes.

7.9. ca.

**Paulus**

In libro qui dicitur. Mathoth. vi. que incipit. Isti sunt qui flagellatur. quidam doctor talmudicus nomine Rabbi canib/ lai dicit q̄ p̄cepta mosaice legis sunt. dc. xij. quorū affir/ mativa sunt. cc. xlviii. negatiua uero sunt numero. ccc. lxxv. q̄ uenit Dauid q̄ constituit predicta. dc. xij. p̄cepta in. xi. ut h̄etur in. ps. Domine quis habitabit. 7c. ubi dicit de illo. Qui ingreditur sine macula q̄ operatur iustitiaz. 7c. Qui facit hec nō cōmouebitur in eternū. Ex quo infert q̄ in ill' xi. p̄ceptis affirmatiuis q̄ negatiuis que in illo psalmo cō/ tinetur consistit uia omnium p̄ceptorū mosaice legis. quātū ad premiū eternū. Nam secundū ipsum Dauid qui facit il/ la. xi. tantū securus ē de hoc q̄ nō cōmoueat in eternū. Sequitur in eadē auctoritate. Venit ysaias q̄ constituit ea sup sex. ysa. xij. Ambulās in iustitijs q̄ loquens etate. 7c. Sequitur. Ipse excelsus habitabit. In qua auctoritate ysa ponūtur sex opera meritoria. sup quibus cōcludit q̄ facies talia excelsa habitabit. s. in p̄mio eterno. Et sequitur ultra i predicta auctoritate. Venit Micheas. q̄ constituit ea super tribus. Mich. vi. Annūciaui tibi homō quid ē bonū. q̄ quid dominus petit a te. utiq; facere iudiciū q̄ diligere pietate; q̄ humiliter ambulare cū deo tuo. Unde in istis trib' tan/ tum secundū Micheam omnia p̄cepta mosaice legis consi/ stunt. cū dicit q̄ deus nichil aliud petit ab homine. nisi ista tria. Et sequitur ultimo i eadē auctoritate. Venit Abacuk q̄ constituit ea sup unū tantū. Unde Abac. ij. Iustus i fide sua uiuit. Dabes igitur auctoritate predicti doctoris tui. q̄ tota multitudo p̄ceptorū mosaice legis i solo uno cōsistit. Unde nō mireris de uerbis saluatoris nostri dicentis q̄ in duob; p̄ceptis de dilectōe tota lex pendet. q̄ prophete.

**Saulus**

Multum discordat hec auctoritas per te allegata ab auro/ ritate magistri tui. Ipse enī dicebat q̄ in duobus p̄ceptis de dilectione supradictis tota lex cōsistit. Abacuch autē di/ cit in uno. Item illud unū p̄ceptū assignatum ab Abacuch est de fide. illud autem magistri tui est de dilectione. que sunt diuersa precepta.

**Paulus**

13

Licet auctoritas doctoris tui in predictis (que tu allegas) uideatur deuiare a ueritate magistri mei: eo quod magister meus in duobus preceptis dicit pendere totam legem: et doctor tuus dicit in uno tantum. Similiter in hoc quod magister meus declarat illud preceptum in quo lex pendet. esse preceptum de dilectione. et doctor tuus dicit ipsum esse de fide: adhuc sufficeret tibi quod secundum doctores tuos multitudo preceptorum mosaice legis reducitur ad pauca. uel ad unum tantum quod erat intentum meum. Sed adhuc si bene consideras ad eundem intellectum reduci possunt uerba euangelica magistri mei cum uerbis propheticae Abacuch. Nam fides meritoria (de qua agimus) intelligenda est cum dilectione dei. sine qua nullus actus potest esse meritorius. ut patet per auctoritatem Exo. supra allegatam ubi dicitur facies misericordiam diligetibus me. Et ideo fides (in qua homo uiuit uita spirituali) intelligenda est quod sit formata in caritate seu dilectione dei. Duo etiam precepta de dilectione unum sunt. ut dictum est supra. quia in unum et eundem finem referuntur. et ideo uerba Abacuch dicentis quod iustus in fide sua uiuit. intelligenda sunt de fide formata in caritate. Cuius caritatis duo sunt precepta que ad unum reducuntur: ut dictum est. Et sic patet quod prima dicta mei magistri uentis quod in illis duobus preceptis de caritate tota lex pendet. et prophete stat in suo uigore uerissimo. impugnationibus tuis non obstantibus.

**Capitulum Decimum** in quo declaratur de quibus mandatis mosaice legis intelligendum est uerbum christi dicentis. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Math. xix.

### Saulus

Audire quod sentis circa dictum magistri tui de preceptis de dilectione dei. sed circa secundum dictum suum quod dicit. Si uis ad uitam ingredi serua mandata. Math. xix. amplius insistere nos oportet. Videtur enim ex hoc dicto quod ad habendam uitam eternam oportet seruare mandata legis mosaice de qua intendit. licet enim ibi exemplificet de preceptis decalogi. non tamen ex hoc intelligi debet quod alia mandata excludere intendit presertim cum alibi uniuersaliter loquens dicit. Non ueni sol uere legem sed adimplere. Ex quo manifeste patet quod mandata mosaice legis non erant soluenda per ipsum sed implenda. cuius

oppositū per te. et alios discipulos suos ubiq; docetur etiam impletur ope cum omnia fere mandata diuine legis que per Moysen data fuerunt penitus euacuata opere et sermone docendo ea non esse obseruanda. quod non solum est. cōtra doctrinā prophetica in cuius fine per Malachiam dicitur. Memento legis Moysi serui mei cui mandauī in Oreb cerimoniam et iudicia. sed etiā est cōtra doctrinā euangelij tui. ut ex dictis patet.

### Paulus

**C**es memoz illorū que fuerūt tibi ostensa in capitulis pcedētibz huius distinctionis. faciliter habere posses tuorū obiectorū solutionē. Habes enī ex dictis supius q̄ precepta mosaice legis. p̄sertim ea que nō sūt de lege nature nō erāt perpetuo obseruāda. et q̄ terminus duratōis mosaice legis ultra quā lex mosaica nō obligat in predictis est lex noua que data est p̄ xpm. Ex quibus sequitur q̄ dicitur xpi dicitis. Si uis ad uitā ingredi serua mandata si intelligatur de oibz mādatis mosaice legis in quo lex mosaica obligabat ad omnia p̄cepta in eadē contēta. infra quod tēpus necesse erat ad habendā uitā eternā omnia mādata seruare et in eodē tempe xps locutus fuit illa uerba. si autē cum dicitur serua mādata. intelligitur de mandatis decalogi uel de alijs moralibus in lege mosaica cōtentis. Que quidez moralia mādata cum ptineāt ad legē nature imperpetuū durāt. tūc intelligendū est dictū saluatoris se extendere ad omne tēpus. In omni enī tempe huius uite seruāda sunt mandata decalogi et alia moralia in lege mosaica cōtenta.

**C**apitulum Undecimū. in quo ostenditur que sint illa p̄cepta mosaice legis que dicitur moralia quoz duratio est p̄petua in hac uita. et que sint iudicialia seu cerimonialia quorū duratio in lege noua terminatur.

### Saulus

**M**andata legis mosaice indistincte dātur seu indifferenter non enī circa ea distinguitur quod eorū sit p̄ceptū morale seu pertinens ad legem nature. uel quod eoz ad hec non ptineat. et iō hāc distinctōz quā ponis circa p̄ceptoz diuine legis duratōnē nō uidetur esse certa sed potius ambigua.

Vnde p̄cepta mosaice legis uidentur esse omnia p̄petua uel nulla. Dicere enī q̄ quedam eorū sunt p̄petua duratura 7 quedā non. nō uidetur h̄re r̄deꝝ nec auctoritatē.

### Paulus

**M**andata mosaice legis nō fuerūt data indifferenter ut tu dicitis. Nam quedā eorū ut sunt p̄cepta decalogi fuerūt data solenniori mō quā alia. Et primo in hoc q̄ illa tantū fuerūt a deo data toti populo. Alia uero p̄cepta fuerunt data Moysi qui postea ea dedit populo. ut h̄etur exp̄sse Deut. v. ubi facta repetitōe p̄ceptorū decalogi statim subdit. **H**ec uerba locutus est dñs ad oēs multitudinē uestrā in mōte de medio ignis. infra 7 in eodē cap. de alijs p̄ceptis dicit sic Tu uero hic sta mecū 7 loquar tibi oīa mandata 7 cerimonias atq; iudicia que docebis eos. Item p̄cepta decalogi fuerūt scripta a deo in tabulis lapideis. ut patet Exo. xxxij. Alia uero p̄cepta nō sic in rotulo a Moise fuerunt scripta. Item p̄cepta decalogi fuerūt posita in archa testamenti que fuit collocata in sancta sanctorū. ut h̄etur. iij. Reg. v. ubi sic dicit. Non erat in archa nisi tantū due tabule lapidee. quas posuit ibi Moyses seruus dei in Oreb. Ex quibus manifeste habetur maxima excellētia p̄ceptorū decalogi cū p̄cepto de dilectione dei in eis incluso. ut supra dictum ē respectu aliorū p̄ceptorū mosaice legis. Vnde 7 illa p̄cepta s. decalogi sunt omnino indispensibilia. 7 p̄ consequēs p̄petuo duratura. Cetera uero dispensibilia 7 non p̄petua nisi sint de lege nature ut moralia p̄cepta.

### Saulus

**P**reter p̄cepta decalogi quorū excellentia patet ex dictis sunt multa alia p̄cepta in mosaica lege de quib; non habetur certitudo neq; regula ad hoc ut sciatur an sint de lege nature uel non.

### Paulus

**P**recepta ceremonialia que sunt de lege nature sunt illa q̄ ex dictamine naturalis rōnis habētur. quorū aliqua sūt q̄ statim post modicā cōsiderationē possūt approbari uel reprobati p̄ cōmunia principia naturaliter omnib; cognita uel per fidē ut sunt p̄cepta decalogi supradicta. Quedā ue



ro sunt ad quorū iudiciū requiritur cōsideratio diuersarū  
 circūstantiarū. quas cōsiderare diligēter non ē cuiuslibet  
 sed sapientū. sicut cum dicitur. Corā cano capite cōsurge et  
 hmōi. cuius simile cōtingit in speculatiuis. s. q̄ cōsiderare  
 pticulares cōclusiones sciētiarū que ex primis principiis  
 speculatiuis deducūt nō ptinet ad omnes sed ad solos phi  
 losophos. et iō i talibz sepe cōtingūt errores in speculatiuis  
 in deducendo a primis principiis ad conclusiones p̄sertim  
 longinquas. et similiter cōtingit in operabilibus. Nam ut  
 ait philosophus in primo Ethicorū. Bona autē et iusta de  
 quibus ciuilis intēdit tantā habēt differentiā et errores ut  
 uideātur lege sola esse. natura autē non. Vnde considerādū  
 est diligēter singula p̄cepta. an. s. deducātur recte ex primis  
 principiis iuris naturalis an nō. et sic pōt cognosci q̄ illorū  
 sūt p̄cepta moralia ad ius naturale ptinētia et q̄ nō. possūt  
 etiā cognosci p̄cepta que nō sūt de lege nature in hoc q̄ aīe  
 legis datōz indifferēs erat. an sic uel aliter fieri deberent.  
 et tunc talia manifestū est nō esse de iure nature. ut q̄ quis  
 habeat duas sorores cōiunctas sibi matrimonialiter. pro  
 ut Jacob legitur habuisse. Gen. xxix. quod tamē prohibitū  
 fuit in lege mosaica. ut habetur Leuit. ¶ Habes ergo ex  
 p̄dictis q̄ p̄cepta moralia in lege mosaica contēta. quorū  
 p̄cepta precipua sunt decalogi. cum p̄cepta de dilectione  
 in eis conclusa sunt p̄petuo duratura. cū pertineāt ad legē  
 nature que p̄petua est. cetera uero p̄cepta ut ceremonialia  
 et iudicialia nō sunt p̄petua. sed eoz duratio fuit tantū in  
 seculo mosaice legis. de quo supra fuit dictum.

**Capitulum Duodecimū.** In quo ostenditur q̄ ceremonā/  
 lia et iudicialia p̄cepta sunt quedā determinatōes mora/  
 lium p̄ceptorum q̄ illa licet sint instituta a deo. tamen  
 sunt mutabilia auctoritate diuina sine preiudicio muta/  
 bilitatis ipsius dei. Que quidē mutatio ceremonialiū et iu/  
 dicialiū hētur etiā p̄ doctores Talmudicos.

### Saulus

¶ Dic michi que sunt illa que dicūtur ceremonialia et que iu/  
 dicialia. et consequēter undē habes q̄ illa non fuerunt p̄pe/  
 tuo duratura.

## Paulus

**P**recepta ceremonialia sunt illa que determinat precepta moralia ad deum sicut precepta sacrificiorum et sacerdotum. de quibus dantur multa precepta in Leuit. in pluribus capitulis. Similiter et precepta que dabatur de abstinencia ciborum. Leuit. xi. et de abstinendo ab aliquibus uestimentis. xix. Similiter que precipitur de fimbriis faciendis per angulos palliorum Nume. xv. que et multa alia similia ordinantur ad deum per cultum debitum secundum statum illius populi sub lege existentis. Judicialia uero dicuntur illa precepta que sunt determinaciones moralium preceptorum in his que pertinet ad orationem hominum ad inuicem. de quibus agitur Exo. xxj. et in alijs locis. Que quidem precepta non habent uim obligandi ex sola ratione sed ex institutioe. et sub quolibet istorum generum. scilicet preceptorum ceremonialium et iudicialium sunt multa precepta differentia numero et etiam specie. de quibus magister tuus Rab. moi. large tractat in tertia parte sui libri de directioe perplexorum reddens rationem litteralem de singulis. Sed nostri doctores magis proprie ea tradunt reddendo rationes singulorum non solum litteralem sed etiam figuralem.

## Saulus

**D**ic michi ergo cum precepta predicta tam ceremonialia quam iudicialia distinguuntur a moralibus preceptis. ut per te est assertum. quare dicatur instanter ista precepta ceremonialia seu iudicialia determinationes preceptorum.

## Paulus

**H**oc quod petis tibi ostendam exemplificando per aliqua precepta particularia. ut ex his possis de alijs iudicare. et primo de ceremonialibus. de quorum numero sunt sacrificia. Constat quod de iure nature est sacrificare deo. prout philosophi tradunt. Nam in qualibet gente et ritu sacrificatur deo uero uel putatiuo. et sic patet quod sit de iure nature quod omnibus est commune. sed determinare circa sacrificia certo modo facta in certo loco et cum certis circumstantijs et ministris. hoc autem non est de iure nature. quia ista diuersimode sunt in diuersis locis et gentibus. Unde certa determinatio talium non pertinet ad ius nature. nec per consequens ad moralem doctrinam. Ideo tales determinationes dicuntur ceremoniales non mo-

rales. Similiter in iudicialibus quod latro restituat ablatum est de iure communi omnibus. et ideo hoc est morale. Sed quod alii quod furtum restituatur in duplum. aliud uero in quadruplum et homini. ut Exo. xxij. hoc non est de iure nature. sed ex institutione. et ideo non dicitur preceptum morale sed iudiciale. et sic est intelligendum de aliis determinationibus iuris naturalis. que non sunt seruanda in lege noua sicut nec sunt de iure nature sed ex institutione.

### Saulus

**L**icet ista precepta tam ceremonialia quam iudicialia non sint de iure naturali. sunt tamen ex institutione diuina non autem humana. institutiones autem diuine immutabiles debent esse. quia ut legitur Nume. xxij. Non est deus ut filius hominis ut mutetur. et ideo doctores nostri dicunt ea esse perpetuo duratura. Unde Rab. moi. in libro de iudicibus ti. de regio. in cap. xi. ubi loquitur de messia sic dicit. Lex ista. scilicet mosaica ceremonialia eius et iudicialia eius non sunt mutabilia in seculum nec in seculum seculi. nec est addendum super ea nec diminuendum. et quicumque addit uel diminuit uel extrahit uerba preceptorum a sensu suo literalis indubie est impius et periurus. hec ille.

### Paulus

**L**eges a deo institute mutari possunt sine mutata de ipsi dei instituentis. In prima enim etate ex institutione diuina non erat hominibus licitum edere nisi de terra nascentibus. ut habetur Gen. primo. et tamen in secunda etate post diluuium fuit eis licitum comedere animalia. ut habetur Gen. ix. Ex quo patet quod deus immutabilis manens statuta sua prout diuersis congruit temporibus mutat. Ex dictis autem magistri tui Rab. moi. non potest sumi contra me efficax argumentum ut sepe est dictum supra. presertim cum in primo cap. huius distinctionis fuit ostensum. quod legi mosaice posset aliquid addi uel diminui. et etiam prout in cap. v. ostensum est. licet in aliquibus preceptis mosaice legis uideatur uicium quod sint perpetuo obseruanda. non tamen intelligendum est de perpetuitate absoluta. sed tantummodo limitata secundum durationem mosaice legis preteritam. Sunt etiam aliqui doctores tui antiquiores quam Rab. moi. qui dicunt expressse de quibusdam preceptis ceremonialibus legis ueteris erant duratura impetuum. et si licet est dicendum de alijs.

## Saulus

**A**llega michi rogo illos doctores nostros hoc sentientes.

## Paulus

**I**n libro Veresith. Rabba Gen. xli. exponēdo illud. ps. Do-  
minus soluit cōpeditos. sic dicitur. Omnis bestia que inmū/  
da reputata est in seculo isto. s. tempe legis. deus sanctus ⁊  
benedictus faciet eā mundā in futuro. quēadmodū fuerūt  
munda primitus filijs Noe. quibus dictū est. Gen. xix. Si  
cut olus herbe dedi uobis oīa. quēadmodū olus fuit mun/  
duz omnibz. sic etiā omē animal ⁊ bestie fuerūt munde eis  
s. filijs Noe. ita quoqz in futuro tempe deus erit absolutu/  
rus quicquid prohibuit. Hec ille. Ex quibus patet qz secu/  
dum doctore tuū oīa prohibita in ueteri lege. quod ab eis  
uocatur seculū. i. seculū legis mosaice erāt soluenda tēpore  
futuro. s. messie. ⁊ idem dicendū est de alijs. ceremonialibz  
que non habēt maiorē rōez manēdi quā illa.

**C**apitulum Tredecimū in quo ostenditur qz fideles xpi  
nō possunt esse redarguēdi de transgressionē p̄cepti de ido/  
latria. eo qz adorant sculptilia ⁊ imagines contra iudeos  
qui eos cōmuniter idolatras esse existimāt.

## Saulus

**E**t si dimittam<sup>9</sup> loqui de ceremonialibz seu iudicialibz de  
quibz posses aliquat̄r subterfugere quomō tamē posses eua  
dere manifestā transgressionē uestrā circa quedā p̄cepta de  
calogi. que temerarie inter uos nō obseruātur imo uiolan  
tur ⁊ non obseruātur a tuis fidelibus. Decalogus autēz fu  
it datus solemniter a deo ut supra per te fuit allegatum. ⁊  
eius p̄cepta p̄petuo sunt obseruanda. non enī data fuerunt  
cum aliqua limitatōe tacita uel expressa. ut patet Exo. xx.  
ubi eorū datio primo narratur secundo Deut. ubi ipsa da/  
tio decalogi a Moīse repetitur.

## Paulus

**O**stende quomō aliqua p̄cepta decalogi a fidelibus uiolā/  
tur seu non obseruātur.

## Saulus

Duo precepta de principalioribus decalogi in prima tabu-  
 ta contentis. s. p̄ceptū de prohibitiōe idolatrie quod apud  
 uos est primū p̄ceptū. apud nos uero secūdū. Similiter  
 ⁊ p̄ceptū de obseruatōe sabbati apud uos tertium apud  
 nos uero quartum. manifestum est q̄ tui fideles neutruz  
 eorū seruāt sed ea cōiter ⁊ publice transgrediūtur.

**Paulus**

**O**stende michi quod dicas. primo de p̄cepto idolatrie. ⁊ cō-  
 sequēter procedemus ad p̄ceptum de sabbato.

**Saulus**

**I**n p̄cepto de prohibitiōe idolatrie supradicto tria legū-  
 tur esse prohibita. Vnū est q̄ nullus accipiatur in deū ni-  
 si solus deus. ille. s. qui eduxit populū Israheliticū de Egip-  
 to. quod patet sic. Nam cū dixisset Ego sum dominus de-  
 tuus qui eduxi te de terra egypti. ⁊ statim. Non sint tibi  
 alij d̄i corā me. Secundū est q̄ nullus faciat sculptile nec  
 imaginē eoz qui in celo sunt nec in terra. ⁊c. quod patz cū  
 dicitur. Non facias tibi sculptile. ⁊c. Tertū est q̄ nichil ta-  
 liū sculptiliū seu imaginū adoretur. quod prz cū sequitur.  
 Non adorabis ea neqz coles. quodlibz autē istoz triū trās-  
 grediūtur fideles tui manifeste. habent enī in deū xpm tu-  
 um. qui quidē licet concedatur q̄ fuit messias. non tamen  
 est ille deus qui eduxit populū Israheliticū de Egipto. Vñ  
 manifestū est q̄ recipiēdo illū messiam in deū estis trans-  
 gressores illius prohibitiōis in qua dicitur. Non sint tibi  
 alieni d̄i corā me. Item ecclesie ⁊ oratoria ur̄a plena sunt  
 sculptilibus ⁊ simulachris atqz hominū imaginibz. quod  
 est manifeste cōtra prohibitionē secundam in qua dicitur  
 Non facias tibi sculptile. Item p̄dicta sculptilia seu simu-  
 lachra adoratis ⁊ colitis. ⁊ sic manifeste transgredimini  
 tertiā prohibitiōz in qua dicitur. nō adorabis n̄z coles. ⁊c.

**Paulus**

**P**receptū de prohibitiōe idolatrie in decalogo contentū ob-  
 seruatur a fidelibus prout decet. obiectōibz tuis nō obstā-  
 tibus. Nam habēdo xpm nostrū in deū nō transgrediūtur  
 prohibitionē diuinā in qua dicitur. Nō sint tibi d̄i alieni  
 corā me. Ipse enī xps secundū ueritatē catholice fidei ē ue-

rus deus sicut et uerus homo. et ideo ipse est qui eduxit populum Israeliticum de terra egypti. similiter creauit celum et terram et legem dedit moysi in monte sinai. et ideo secundum ueritatem ipsius secundum quam omnia predicta ei competunt ipsum habemus in deum. nec habemus secundum hoc nisi unum deum. et sic non transgredimur predictam prohibitionem.

### Saulus

**A**udio uerba tua que tamen non comprehenduntur ab intellectu humano. quomodo enim posset non solum uerificari sed etiam intelligi seu imaginari quod una et eadem res sit creator et creatura. finitum et infinitum. et multa alia incognoscibilia que in predicta assertioe includuntur.

### Paulus

**T**ertium est quod ista que ad ueritatem christi pertinent tibi uidentur impossibilia. sed quia ut supra dixi tibi. quia de hoc misterio quod singularem difficultatem incredendis importat maxime apud te. quia nondum lumine fidei es illustratus. infra est tractandum. ubi inter me et te est agendum de ueritate christi. Ideo ad presens de hoc supersedeamus usque ad proprium locum. Sed de secundo in quo dicitur nos transgressores esse secunde prohibitionis in qua dicitur. Non facias tibi sculptile. etc. Ex hoc quod in oratoribus et ecclesijs nostris. sunt simulachra sculptilia et hominum imagines et hominum. respondeo tibi quod illa prohibitio secunda de non faciendo simulachra et imagines ordinatur in sequentem prohibitionem. scilicet tertiam in qua dicitur. Non adorabis ea neque coles. Facere enim imagines uel simulachra non ad adorandum ea seu colendum sed ad representandum aliquam ueritatem utilem ad contemplandum de diuinis mysterijs seu miraculis. et de alijs similibus que non inducunt errores sed ad mores proficiunt. non intelligitur esse prohibitum in hoc precepto de prohibitionem idolatrie.

### Saulus

**L**ittera simpliciter prohibet facere hominum sculptilia etiam si non adorentur neque colantur. Non enim dicit. non facies sculptile ad adorandum sed precise prohibet. non facies sculptile. Unde responsio tua non habet locum.

### Paulus

Si bene consideras necesse est ut prohibitio de faciendo si-  
mulachra et imagines intelligatur modo predicto. scilicet quod talia  
non fuerit ut adoraretur seu colatur. Constat enim in fabricatioe  
tabernaculi. Exo. xxv. quod duo cherubin erant supra propiti-  
atoriū cum aliis extensis. qui quidem erant in forma humana  
et mutuo se respiciebant. et ista erant in sancta sanctorum in lo-  
co sanctiori ceteris ubi dabatur diuina responsa. Num. Nu.  
vii. cap. dicitur quod cum egressus esset Moyses in tabernaculū  
federis audiebat uocē loquentē sibi de medio duorum cheru-  
bin. Aduerte igitur si imagines humane ponebantur in loco  
tam sanctissimo ubi sedes dei representabatur. quomodo posses  
dicere quod fieri imagines simpliciter prohibetur in decalogo.  
Unde oportet te concedere quod dixerā. scilicet quod solū prohibetur  
fieri ut adoraretur seu colatur ut deus. non autē si alia ratione  
accomoda seu utili fiat.

### Saulus

Responsio tua non ualeat. quia non probas quod cherubin essent  
imagines humane. Secundo quia non ostendis quod tales ima-  
gines. scilicet humane in illo loco aliquid utile spiritualiter re-  
presentarent.

### Paulus

Quod autē imagines illoꝝ cherubin essent humane hñtes  
alas extensas in sancta sanctorum satis declaratur. iij. Reg.  
vij. ubi in fabricatioe templi legitur. Sculpsit quoque in ta-  
bulatis illis que erant cherubin et leones et palmas quasi in  
similitudinē hoīs stantis. Et idem. ij. Paralip. iij. Ex qui-  
bus manifeste patet quod cherubin erant imagines humane.  
et in translatione caldaica dicuntur iuuenes. et sic habes pri-  
mū quod querebas. Ad secundū uero quod queris ut ostendā  
tibi quod tales imagines spūaliter representarēt. Respondeo quod  
propitiatoriū representabat sedem dei et deus erat ibi quasi  
loquēs Moysi ut dictū est. Idcirco cherubin circūstātes re-  
presentabāt angelos qui assidue assistūt deo. Unde ysa. vi.  
cum dicitur. Vidi dominū sedentē sup thronū. et c. sequitur  
Seraphin stabāt sup eum sex ale uni et sex ale alteri. Simi-  
liter et Dan. vij. cap. de deo dicitur. Milia miliū assiste-  
bāt ei. scilicet angelorū. Unde ad hoc quod Moyses uel sumus sacerdos  
intrās sancta sanctorum eleuaret mentē suā in diuinorū con-

replatioez .cōueniēs erat ut esset ibi representatio diuine ma-  
iestatis in propitiatorio. quasi sup thronū sedēte cū assistē-  
tia angeloz . qui frequēter in imagine humana cōsueuerūt  
apparere . ut designetur eoz intelligentia . similiter ⁊ cum  
aliis ut designetur eoz promptitudo ⁊ acceleratio ad exe-  
quendū diuina mandata . ut patet Dan. ⁊ in psal. dicitur  
Et ascendit sup cherubin ⁊ uolauit. Imagines autē leonuz  
intra sancta sanctorū ponebātur ut sūmus sacerdos illuc  
intrās ad orandum . haberet memoriā de regno Jude quod  
erat principale in Israhel. Illa enī tribus portabat in uex-  
illo suo leonē. Vnde de Juda dicitur Gen. xlix. Catulus leo-  
nis Juda. ⁊ inter oratōnes quas sūnti sacerdotes intrantes  
sancta sanctorū faciebāt . una de principalioribus est. Non  
sufferetur sceptrū de Juda. ⁊c. ut hētur in libro Ionathe.  
In qua oratione pro pseuerātia regni Jude orabat ⁊ etiaz  
pro aduētū messie. Ibi enī dicitur. Donec ueniat qui mittē-  
dus est. ⁊ de illo uerificatur. Surgit leo de tribu Juda . et  
sic habes q̄ imagines ponebātur in ueteri lege in loco sanc-  
tiori. ⁊ etiam rōes quas petisti.

### Saulus

**S**i in sculptilibus seu simulachris nō prohibetur factio . s; sola adoratio . suffecisset hoc solū prohibere dicēdo . nō ado-  
res sculptilia neq; coles ea . superfluū ergo fuit dicere . Non  
facias tibi sculptile . si factio sola sculptilium non esset pro-  
hibita .

### Paulus

**N**on est superflua illa probatio defactione sculptilium qz  
qui facit sculptile ⁊ illud adorat est transgressor duorū p̄-  
ceptorū . Si autē adorat sculptilia iam facta que ipse non  
fecit est transgressor unius p̄cepti tantū . qui autē facit et  
nō adorat nec cum intentione adorandi hoc facit non est  
transgressor alicuius precepti . ⁊ sic habes planam secun-  
dam harum prohibitionū . ex quo nō potes nos arguere de  
earū transgressione . Simulachra enī ⁊ imagines que con-  
muniter fiūt in oratorijs nostris nō adorātur neq; colun-  
tur ut deus . sed fiūt principaliter ad hoc ut homībus p̄ser-  
tim simplicibus ad memoriā reducātur gesta ⁊ facta sanc-  
torū uirtuosa seu meritoria ut inde excitētur ad laudē dei



7 ad eoz imitatōez hoc enī est putile coīter desiderantibus iuste uiuere. Vnde *Ysa. l. cap.* Audite me qui sequimī iustitā 7 querentes dominū intuemī Abrahā patrē uestrū. 7c Si igitur considerare seu intueri Abrahā oculo mentali cōsulitur seu p̄cipitur a propheta ad ipsius Abrahe imitatōz depingere Abrahā cum imolatōe *Ysaac* putile est ad reducendū memorie uirtutē ipsius Abrahe 7 eius obedientiam ad deū. Ex uisis enī secundū philosophū mouetur animus Vnde ad istum finē imagines sanctorū in ecclesijs nostris ponūtur. s. ut eoz opa uirtuosa memorie reducātur. ut p hoc prouocētur hoīes ad sanctorū imitatōez. non autē ponūtur imagines p̄dicte ad hoc q̄ adorētur ut deus.

### Saulus

**E**t si non imagines ponātur in oratorijs uestris prout tu asseris ad hoc q̄ adorētur. adorātur tamē defacto ut ē manifestū. 7 sic estis transgressores p̄dicte prohibitiōis diuine in decalogo cōtente coīter 7 frequēter.

### Paulus

**N**on omnis adoratio facta creaturis ē prohibita. sed soluz adoratiō illa que soli deo debetur que apud nos uocatur latricie. Si enī nulla adoratio possit licite creaturis ieri Abraham amicus dei nō adorasset *Ethiōs*. quod tamē legitur fecisse. *Gen. xxiiij.* Neq; *Dauid* qui fuit sanct<sup>9</sup> adorasset *Saulez* quod tamē fecit. ut habetur primo *Reg. xxiiij.* 7 sic de alijs multis. Ex quibus constat q̄ aliqua adoratio possit fieri creaturis. 7 talis adoratio apud nos uocatur adoratiō dulie. adoratio tamē latricie soli deo est exhibēda non autē creaturis inquantū sūt creature. 7 ideo adoratio quaz nos exhibemus sanctorū imaginibus nō est intelligēda adoratiō latricie sed dulie que creaturis excellētibus potest sine eccato exhiberi ut patet exemplis p̄dictis.

### Saulus

**V**ideo q̄ indifferēter adoratis deum 7 sanctorū uestrorum imagines. 7 quod durius est q̄ crucē 7 imaginem crucifixi uestri sūma adoratiōe adoratis ut est manifestū.

### Paulus

**U**t clarius ista intelligantur scire debes q̄ adoratio latricie

principaliter consistit in corde. s. cum homo cordialiter se subiciat deo adherendo ei tamquam prime ueritati in credendis. et tradendo se suis obsequijs seu preceptis in agendis. Quod quidem uere fit cum homo timorem dei filialem seu sanctum in corde habet. De qua adoratio dicitur ps. Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. talis enim adoratio mentalis cum timore dei sancto qui permanet in seculum seculi fit et in hac principaliter consistit uera adoratio. et quia naturale est hominum significare conceptus suos interiores per aliqua signa exteriora. Unde philosophus in primo Periarmenias. Voces sunt earum que sunt in anima passionum note. Ideo oportuit ut adoratio mentalis que principalis est per aliqua signa exteriora manifestaretur. ut puta per inclinationes corporales uel genuflexiones et huiusmodi. Que quidem signa exteriora non eadem sunt apud omnes nec ubique et semper sed diuersa secundum diuersitatem temporum et regionum. uoces enim seu locutiones diuersae secundum diuersitates linguarum in diuersis temporibus seu regionibus idem conceptus seu similes significant. et sic est de adorationibus exterioribus. scilicet quod licet adoratio mentalis supradicta eadem sit seu eiusdem rationis apud omnes. adoratio tamen exterior que interiori significat adorationem non est eadem sed diuersa secundum diuersitatem temporum et regionum. Constat enim quod reuerentia que exhibenda erat locis sacris tempore antiquo significabatur per amotionem calciamentorum. ut habetur Exo. iiij. et Josue. v. Sed a magnis iam temporibus talis reuerentia non exhibetur locis sacris. Ratio huius diuersitatis est quod signa exteriora non naturaliter sed ad placitum significant conceptus interiores. et ideo talia signa exteriora frequenter uariantur. Unde in proposito declinationes corporales seu genuflexiones que forte aliquando significabant adorationem latrerie interiori. iam a magnis temporibus non proprie hoc significant sed communiter adorationem communem tam latrerie quam uulie. Et ideo licite possunt fieri tales adorationes exteriores creaturis excellentibus. ut sanctis etiam potentibus. salua tamen rectitudine intentionis in conceptu interiori. secundum quam nunquam adoratio latrerie supradicta debet fieri nisi ad solum deum. et hoc obseruatur seu semper debet obseruari apud catholicos. et sic non debet notari de transgressione prohibitionis predictae. s. non adorabis ea. etc.

### Saulus

**Q**uod dicitur de adoratione crucis et crucifixi que ut audiui a doctoribus tue gentis adoratur adoratione latrice. et tamen constat quod non sunt dii. ergo per tale adorationem manifeste transgredimini prohibitionem decalogi dicentis non adorabis ea.

### Paulus

**I**n qualibet imagine possunt duo considerari. Vnum est quid est illa imago secundum se. Aliud uero quid representet talis imago. Primo modo crux uel crucifixus ligneus seu metallicus et homini non adoratur nec debet adorari. cum secundum se sint res elementales et corruptibiles. Secundo sunt adoranda adoratione latrice. representant enim deum crucifixum. de cuius deitate tractandum est inter me et te. ut dictum fuit supra in multis locis. Unde presupposito quod crucifixus ille quem representat est uerus deus. manifestum est quod illa imago ipsius representans in quantum talis est adoranda ut ipse deus. eodem enim motu mouetur animus in representate et representato. in quantum secundo modo supradicto consideratur.

**C**apitulum Decimumquartum in quo ostenditur quod fideles christi non sunt transgressores precepti de obseruatione sabbati pro ut hebrei false existimant. et quod dies dominica successit sabbato in hac obseruatione.

### Saulus

**D**urissimum est quod presupponis. scilicet quod deus uerus fuit crucifixus. sed quia de hac deitate tui messie te offers tractatum placet michi tollerare donec illud inter me et te tractetur. sed ad preteritum et si de fabricacione et adoratione imaginum aliquammodo posses euadere. nulla tamen tergiversacione celare potes quod estis manifeste transgressores precepti de sabbato. quod est quartum preceptum decalogi apud nos. tertium uero apud uos. apud omnes tamen ultimum preceptum est prime tabule. in qua precepta ordinaria ad deum ponuntur. Constat tamen quod omnia opera seruilia tam mechanica quam alia in die sabbati operamini nulla mentio facta de sanctitate illius diei tam sollempniter in decalogo data et multipliciter in pentateuico et alijs libri

prophetis alibus repetita.

### Paulus

**O**bservationi sabbati succedit apud nos observatio domice diei in qua nullum opus servile licitum est facere. nec mechanica opa seu laboriosa operari. sed est dies assignata ad uacandum deo. obmissis sollicitudinibus mundanis in alijs diebus consuetis. et sic non sumus huius precepti transgressores. sed potius preceptum illud adimpletur. presertim per deuotos fideles qui in festis seu diuinis solemnitatibus non in uanitatibus seu theatris occupantur. sed diuinis laudibus atque sermonibus uacant. Illi autem qui per oppositum in huiusmodi diuinis festis se habent. non sunt dicendi sabbatorum observatores apud te nec etiam apud nos.

### Saulus

**O**bservatio domice diei que apud uos consuevit fieri non potest de iure diuino succedere ordinationi sabbati in decalogo contente propter duo. Primum quia dies sabbati precipitur fieri in die septima. ut expressum habetur Exo. xx. et Deut. v. et in multis alijs locis. dominica autem dies est octaua. et sic deficit manifeste in obseruatione huius precepti quantum ad obseruationis tempus. Secundum quod in obseruatione sabbati prohibetur multa expressum in littera. a quibus uos in omnibus diebus non abstinetis. ut decoctio ciborum et itineratio que prohibentur expresse in sabbato. ut habetur Exo. xxv. Similiter et incendere ignem que prohibetur in sabbato Exo. xxv. Nam dato quod observatio domice diei succederet obseruationi diei sabbati. ad huc deficitis in eius obseruatione. facientes illa que expressum prohibetur fieri in sabbato.

### Paulus

**C**irca preceptum de obseruatione sabbati considerare debes quod hoc preceptum ad litteram intellectum non totum est morale. ut sic semper obliget secundum se totum. sed partim est morale. et sic obligat etiam in noua lege sicut et cetera precepta legis moralia. partim uero ceremoniale. et sic non obligat in lege noua sicut nec alia ceremonialia. quorum obligatio ut supra dictum est terminatur secundum durationem mosaice legis. Illud enim est morale in hoc precepto. scilicet quod homo deputet aliquod tempus rationale ad spirituale refectioem qua mens hominis in deo reficitur.

sicut deputatur aliquod temp<sup>9</sup> ad corpalem refectionē ul<sup>9</sup> ad alia humano corpi necessaria. 7 hoc manet tempe noue legis in obseruatōe diei dñice. Que quidē dies deputata est ad hoc ut homo uacet ab omni opere seruilī. ut in deo spūaliter reficiatur. 7 hoc sufficit ad moralitatē hmōi precepti obseruādi. Cerimoniale autē in hoc precepto est determinatio tempis in diem septimā. 7 quantū ad hoc non obligat hoc preceptū in lege noua sicut nec alia cerimonialia mosaice legis. ut supra dictū est. Et ideo ad uacatōez ab operibus seruilibus 7 refectionē mētis in deum deputata fuit dies dñica ex institutōe ecclesie 7 cōsuetudinē populi xpiani. Que quidem dies secundū statum noue legis fuit tempus congruū ad hmōi obseruatōez magis quā dies septima.

### Saulus

**Q**uod alia dies preter septimā instituta sit seu deputata ad dei obsequiū in loco sabbati. sic ut dies sabbati reddatur prophana 7 nō sancta prout tu asseris. nullo mō fieri potest propter duo. Primū quia deus ipse benedixit 7 sanctificauit diē septimā. s. diem sabbati Gen. ij. cap. 7 hec fuit prima consecratio seu sanctificatio a deo facta. licet enim deus in opibz sex dierū legitur aliquas creaturas benedixisse ut animalia 7 hominē. nō tamē legitur aliquā benedixisse 7 sanctificasse nisi diē septimā. s. sabbati. Sanctificatō autē cuiuscūqz rei consistit in eius deputatōe 7 applicatōe ad diuina obsequia. Vnde Nu. xvj. cap. de deo dicitur. Et sanctū applicabit sibi. Nullus autē posset amouere hāc sanctificatōez quā deus ipse sanctificauit. ut patet de se. Secundum quia rō huius sanctificatōis a deo assignata adhuc māet i eodē uigore sicut tunc. que quidē rō exprimitur ibidem. s. Gen. ij. ubi sic dicit. Et benedixit deus diei septimo 7 sanctificauit illū quia in ipso cessauerat ab omī ope suo quod creauit. que quidē ratio huius sanctificatōis eiusdez efficacie est etiā post aduentū messie sicut prius. 7 iō manere debet eius effectus.

### Paulus

**A**d Primū respōdeo qd non ē incōueniēs qd alique res a deo sanctificate reddātur prophane 7 eis succedāt in sanctitate alie res. primogēita enī fuerūt a deo sanctificata. ut habe

tur Exo. xij. ⁊ loco eoz fuerūt sanctificati leuite. Vñ. Nu  
ij. Locutus ē dominus ad Moïsen dicens. Ego tuli leuitas a  
filijs Iſrahel pro omni primogenito in filijs Iſrahel. erūt  
qz leuite mei. ⁊c. Et sic patet q̄ sanctificatio primogenito/  
rū per deū facta fuit in leuitas. ⁊ ſimiliter intelligendū eſt  
de ſanctificatōe ſabbati.

### Saulus

**Q**uod ſanctificatio a deo facta tranſeat de uno in aliud ſic  
q̄ una res ſuccedat alteri in ſanctificatōe. non ē incōueniēs  
ſi utrūqz fiat p̄ diſpenſatōez diuinā ſicut ⁊ de primogēitis  
⁊ leuitis per te allegatis. Ipſe enī de⁹ qui ſanctificauit pri/  
mogenita tranſtulit eoz ſanctificatōez ad leuitas. prout p̄  
per auctoritates p̄ te allegatas. Sed non ſic eſt de ſabbato  
quod deus legitur per ſe ſanctificaffe. ⁊ nuſquā legitur ſan/  
ctitatē ſuam deinde tranſtuliffe in diem dñicā. q̄ autez di/  
cis hāc tranſlatōez fuiſſe ſanctā ex inſtitutōe eccleſie tue ⁊  
conſuetudine populi xp̄iani manifeſtū eſt nō ualere. Inſti/  
tutōes autē humane ſeu cōſuetudines nō poſſunt diuinā lei/  
gē ſeu ſanctificatōez tollere ut ē manifeſtū.

### Paulus

**P**receptū de ſanctificatōe ſabbati quantū ad eius morali/  
tatē nō obligat obſeruantia certe diei pluſquā alterius. ſed  
ſolū aliquā diem. ⁊ ideo inſtituta aliqua die ad hmōi ſanc/  
tificatōez preceptū impletur prout eſt morale. Vnde etiā  
nō amouit ſanctitatē a die ſabbati. ſed hec ſanctitas inquā/  
tū erat ceremonialis quo ad determinatōnem certi tempo/  
ris fuit amota ſicut ⁊ alia ceremonialia. Inſtitutio autem  
diei dominice per eccleſiam ⁊ cōſuetudinē xp̄ianā obligat  
ad dñice diei obſeruatōez. ⁊ in hoc eccleſia nō tollit diuinā  
legē. Quod patet per tale exemplū. deus enī mandauit deci/  
mas dari de animalibus naſcētibus. quod quidē p̄ceptū ob/  
ligat ad hoc q̄ homo det de decē agnis unū. ſ. iſtū uel illuz  
nō tamē obligat ad aliquē eoz determinatū. ſi autez homo  
unū eoz determinatū aſſignet ⁊ ſepet pro decima. tunc ille  
agnus ex tali aſſignatōe humana eſt ſanctificatus tāquam  
decimatus deo. nō tamē ex ui p̄cepti quia ex ſolo precepto  
nullus agnus determinatus erat dandus in decima. ⁊ ſic  
in propoſito.

### Saulus

**E**xemplū tuū non applicatur proposito. nam deus certam diem sanctificauit. s. illā septimā in qua requieuit ab operibus suis. 7 ideo talis sanctificatio nō potest amoueri ab eadem die p humanā institutōez. In decimis autē nō determinatur a deo que sit illa pars que in decimā est assignāda sed hoc relinquitur humane assignationi. 7 ideo proprius accipitur exemplū ad significacionez sabbati de significacionē primogenitorū. in qua deus determinauit q̄ primo aperies uuluā esset sanctificatū. 7 illud non possit in aliud mutari. 7 sic intelligi oportet in sabbato ī quo deus certā diem assignauit que nullo mō in institutione humana mutari debet.

### Paulus

**S**i bene consideras diem illam quā deus sanctificauit fuit primū sabbatū in quo primo cessauit deus ab operibus. 7 illa nō potest mutari seu amota fuisse. Alia uero sabbata sequētia nō sic fuerūt a deo proprie sanctificata secundū se ipsa. sed in signū prioris sabbati a deo sanctificati. Vñ cuz dixisset Exo. xxxj. Custodiāt filij Israhel sabbatū. 7c. Subdit. Pactū ē sempiternū inter me 7 filios Israhel signūq; perpetuū. Sex enī diebus dominus fecit celum 7 terrā. 7 ī septimo ab ope cessauit. Ex quo patet q̄ sabbata que fuerūt p̄ primū sabbatū nō fuerūt sanctificata nisi ī signū prioris sabbati. quod quidē signū pficitur p hoc q̄ una certa dies determinata post sex dies assignetur in signū primi sabbati in quo deus requieuit. Ad quod quidē signū satis sufficit dies domica assignata per ecclesiam ad uacanduz deo post sex dies ad labores humanos deputatos. Vnde primū sabbatuz quod legitur in deserto celebratū. fuit septima die a descensu manne. qui quidem descensus nō legitur fuisse in prima die ebdomade.

### Saulus

**N**on sufficit ad hoc signū dies domica p tuam electionem assignata. Hec enim dies est octaua a prima die in qua de⁹ incepit opus creatōis nō autē septima. deus tamē septimā sanctificauit. cui quidē diei sanctificate correspondent oīa sabbata sequentia successiue. omnes enim sunt septime cō/  
m 2

putando ab exordio mundi.

### Paulus

**S**i bene cōsideras primū sabbatū quod legitur in deserto celebratū. nō fuit septima dies correspondēs primo sabbato quod fuit in mūdi exordio prout tu dicis. sed fuit septima dies a descensu manne. qui quidē descensus nō legitur incepisse in prima die ebdomade. Vnde sic septima dies cōputata a prima die descensus manne cōcurrat cū die sabbati in primo exordio sanctificati. imo probabilius posset dici q̄ dies prima in qua manna descendit nō fuit prima dies ebdomade que dicitur una sabbator. nā ī primis uespis illius diei descendit cōturnix ⁊ saturati sunt carnibus. ut hētur Exo. xvi. Constat at̄ q̄ si illa uespa esset uespera secūda diei sabbati nō ēet eis licitū occidere cōturnices ⁊ parare eas. Ex quo patet q̄ dies immediate p̄cedēs descēsū māne nō fuit dies sabbati. ⁊ per cōsequēs prima dies ī qua māna descēdit nō fuit una sabbator. Ex quo patet q̄ primū sabbatū in deserto celebratū nō fuit correspondens primo sabbato quod a deo fuit sanctificatū. Ex quo sequitur q̄ in obseruatōe p̄cepti de sabbato. sufficit obseruare septimā diē post sex dies laboris. etiā si nō correspondēt ad primū sabbatū mūdi. quod etiā patet in sabbato terre. De quo Leuit. xxv. Sabbatiset terra sabbatū dōmō. sex annis seres agrū tuū. ⁊c. septimo autē anno sabbatū erit terre requietionis dōmō. Idem de sabbato remissionis Deut. xv. In quibus manifestū est q̄ talia sabbata nō correspondēt primo sabbato mūdi quod a deo fuit sanctificatū. Nonne enī deus in sex annis creauit mundū ⁊ in septimo requieuit. correspondēt tamē in ratōe septēnarij. s. in memoriā creatōis mūdi. in qua deus post sex dies opatōis requieuit in septimo. ⁊ sic post sex annos culture. ē septimū requiet terre uel remissionis debitū. ⁊ hoc sufficit obseruari ad memoriā creatōis habendā sine hoc q̄ sabbata correspondeāt primo sabbato prout tu existimas.

### Saulus

**S**ecundū te sufficeret ad obseruantia sabbati cōputare sex dies incipiētes a quacūq; feria siue esset prima siue secūda siue tertia ⁊ h̄mōi. ⁊ seruare septimā diem tāquā sabbatū



quod ē absurdū. quia sic unus celebraret sabbatum in die lune alius in die martis. ⁊ sic de alijs.

### Paulus

**S**i cōtingeret q̄ aliquis homo existēs in p̄tibz ualde remotis uel ex aliqua alia causa nesciret neqz posset scire que d̄s es esset. in qua tota cōmunitas celebraret diē sabbati. tene/ retur post sex dies laboris qualitercūqz cōputatos celebra/ re septimū diē ut sabbatū. ⁊ sic determinatur a doctoribz tuis. prout Rab. moi. in. iij. li. sui Deutro. titu. de sabbato ponit. sed sciētibus cōputatōez cōmunē totius plebis non li/ cet aliā sibi facere seorsū sed seruare sabbatū ab omnibz ce/ lebratū. Aliter enī esset magna confusio ⁊ dissensio in cele/ bratōe sabbati.

### Saulus

**Q**uare ergo fideles tui fecerūt sibi nouā cōputatōez incu/ piēdo cōputare sex dies opatiuos a secunda feria. ut sic sab/ batū celebrarēt in die dōmīca. cū samē tpe tui messie cōpu/ tabātur hij sex dies a die dñica que dicitur prima sabbato/ rū ut in multis locis patet tui euāgelij. Vnde igitur proces/ sit talis nouitas. in hac cōputatōe cū ipsi sciebāt cōputatōz ebdomade cōmunē totius plebis. ⁊ sic nō licebat eis facere aliā nouā sed sabbatū seruare ab omībus celebratū. ex hac enī nouitate sequitur magna cōfusio ⁊ dissensio ut tu dicit in huiusmodi obseruatione.

### Paulus

**R**atio autem huius quare dies dōmīca successit in obserua/ tione sabbato talis est. Nam obseruatio sabbati nō solū fu/ it in memoriaz creatōnis mūdi prout Exo. xx. dicitur. sed etiā in memoriā eductionis de seruitute Egiptiaca. prout habetur in dialogo repetito Deut. v. ubi sic dicit. Memen/ to q̄ ⁊ ipse fueris in Egipto ⁊ eduxerit te inde domin⁹ de⁹ tuus in manu forti ⁊ brachio extenso. Idcirco p̄cepit tibi ut obseruares diē sabbati. Sed cōstat q̄ in diebz messie nō erat faciēda memoria de eductōe Egipti propter reueren/ tiam maioris liberatōis que p̄ messiam erat faciēda. Vnde Jere. xvj. cap. Ecce dies ueniēt dicit dominus ⁊ nō dicitur ultra uiuit dñs qui educit filios Israhel de terra aquilōis

7c. Que quidē prophetia nō potest uerificari de tempore liberatōis a captiuitate Babilonica. prout quidā erronee putauerūt. nam in templo secundo celebratur agnus pascalis in memoriā eductōis ab Egipto. ut patet in li. Talmudico qui dicitur Petahim ubi tractatur de agno pascale. s; intelligēda est necessario de tempe messie. in quo Israhel erat liberandus a multo maiori seruitute quaz a seruitute Egiptiaca. intantū q; iā redēptio Egiptiaca nō erat memoranda. Vnde quia sabbatū primū. s. antique legis in mēoria eductionis de Egipto in parte erat celebratū. que quidē memoria erat cassanda tempe messie ut dictū est. idcirco translātū fuit de die illa septima ad sequentē diē. 7 hoc cōueniēter. Nā prima sabbati ē dies octaua computādo a primo diē omnium. sex autē dies opatiui signāt secunduz oēs p̄sens seculū in quo nos oportet laborare. Quod quidē seculū diuiditur i sex etates huius mūdi. prout Rab. moi. Serund. ponit in probemio Gen. Sabbatū uero significat septimā etatē que est seculū futurū in quo anime beatoruz in deo requiescūt. quod doctores tui Talmudici uocant seculū quod totū est sabbatū. Octaua uero dies. s. dominica significat octauā etatē. s. resurgentium. que quidē resurrectō incepit a nro messia in una sabbatoz que ē dies vñica. 7 iō proprie 7 rōnabiliter celebritati sabbatine successit celebritas vñice diei ex institutōe ecclesie 7 cōsuetudine populi xp̄iani. in hoc enī celebratur memoria creatōis mūdi. naz in qualibet septimana una tantū dies vñica celebratur. 7 sic memoria creatōis mūdi in qua in sex diebus deus fecit omnia 7 in septimo requieuit manifeste protestatur. Et iterum quia vñica ē octaua a primo diē omnium 7 in ipsa resurrectio incepit unde dictū est. 7 sic in eadē resurrectio celebratur. in qua ē ultima 7 p̄fecta requies.

### Saulus

**Q**uicquid sit de ista successiōe unius sabbati ad aliud quid potes dicere in mō obseruatōis in quo dies vñica debuisset succedere secundū te. 7 tamē nō sic fit. Nā opa que expresse prohibebātur in sabbato ut hētur Exo. xvj. 7 in alijs locis tanquaz licita non ueremini facere in die dominica quam succedere asseritis sabbato.

**Paulus**

**O**pera que prohibentur in lege fieri in sabbato ut decoctio ciborum et egressio de loco et homini. manifeste pertinet ad ceremonialia que in lege noua non obligant ut dictum est supra. Illud autem est morale in obseruatione sabbati. scilicet cessare ab operibus seruilibus. que quidem opera seruilia proprie intelliguntur opera peccati. Nam ut ostensum est supra. Subiectio spiritualis per quam homo subditur peccato maior est quam seruitus corporalis. Unde facere opera peccati in die dominica grauius est quam in die prophana. Dicuntur etiam opera seruilia quibus unus homo seruit alteri. et hec sunt opera corporalia. que si sunt talia ut impediunt applicationem hominis ad diuina non sunt licita in lege noua. quia contrariantur obseruationi sabbati que proprie consistit in uacando deo. Opera autem corporalia que deseruiunt hominum necessitatibus communibus. et non contrariantur predictae obseruationi. ut decoctio ciborum et homini. non intelliguntur prohibita nisi ceremonialiter et ideo in lege noua. non obligant quia talium duratio non transit ultra seculum mosaice legis ut iam dictum est.

**C**apitulum Decimumquintum in quo ostenditur quod preceptum de circuncisione corporali non obligat fideles christi sicut iudei false existimant. sed cessat cum alijs ceremonialibus ueteris legis.

**Saulus**

**C**ircuncisio que fuit data abrahe et semini eius non subiacet seculo mosaice legis in duracione. Nam abrahe data fuit per magnum tempus ante dacionem legis Gen. xvij. nec debet computari cum ceremonialibus mosaice legis in duracione. sed eius duratio manere debet durante fide abrahe cui data fuit in signum federis. Que quidem fides. scilicet abrahe adhuc durat etiam secundum te. et ideo manifestum est quod fideles tui precepti de circuncisione sunt transgressores. presertim cum magister tuus circuncisus est. et etiam apostolus tuus post passionem tuam messie circuncidit quendam suum discipulum. Ex quo manifeste patet quod circuncisio durare debet etiam post tuam legem nouam.

**Paulus**

**V**erum est quod circuncisio data fuit abrahe et semini eius in signum federis. non in iustificacione. Non enim abraham per circuncisionem iustificatus est. nec etiam per circuncisionem est deo con-

federatus. Nam ante circūcisionē fuit p̄ fidē iustificatus. Unde habetur Gen. xv. ubi dicitur de eo. Credidit deo ⁊ reputatū est ei ad iustitiā. ⁊ de eo sic iustificato legitur ibidem. In die illa pepigit dñs cū Abrahā fedus. ⁊c. Ex quo patet quod dictū ē. Abrahe autē iā sic iustificato ⁊ confederato cū deo. data fuit circūcisio in signum huius federis. ⁊ hoc est quod dicitur Gen. xvij. Circūcidetis carnē preputij uři ⁊ erit signū federis inter me ⁊ uos. Unde nō est incōueniēs ut manēte fide Abrahe eius signū cesset. si causa subsit rōnalis. Non enī in signo p̄dicto iustitia Abrahe ⁊ semis ei⁹ consistit sed in fide ipsius.

### Saulus

**N**on uideo que uel qualis esset ratio qua signū p̄ ipsuz deū Abrahe datū cessare debeat manente re principali cui⁹ signū est. s. fides.

### Paulus

**E**adem causa qua ceremonialia mosaice legis debuerūt cessare post aduentū messie ut dictū fuit supra. p̄ eandem debuit circūcisio cessare. Nam p̄ceptum de circūcisione manifestuz est nō esse morale. nō enī de dictamine naturalis rōis est q̄ hō circūcidat se in signum uere fidei. Alias enī Noe iust⁹ ⁊ alij iusti seu sancti qui p̄cesserunt Abrahā fuissent rei. quia nō fecerunt circūcisionē. Unde hoc p̄ceptum licet datum fuit Abrahe. reputatum tamen fuit in lege mosaica inter cetera ceremonialia legis. ut dicitur Leuit. xij. cap. hoc p̄ceptuz ponitur inter quedam legalia que circa pueruz natum debebāt fieri. Unde idē est iudiciuz de omnibus illis quantū ad eoz duracionē. s. q̄ nō debet excedere duratōez mosaice legis supradictā. xp̄us tamē custodiuit hoc p̄ceptū sicut ⁊ cetera. quia nō uenit soluere leges sed adimplere Math. v. cap. Similiter ⁊ Paulus circūcidit Thimotheum discipulū suū post passionē xp̄i ⁊ ante uulgatōez euāgelij. quia in illo tempe intermedio ceremonialia legis potuerūt obseruari sine peccato mortali. p̄sertim ubi iminebat piculū de nō obseruādo. sicut erat in discipulo illo. eo q̄ esset filius iudee que adhuc nō erat infirmata de cessatōe legalij. sicut ⁊ multi alij qui tunc erāt ad fidem cōuersi. Paulus tamē nō circūcidit Titum. quia ex

utroque parente gentilis erat. et ideo non iminebat scandalum in eo de obmissione circumcisionis. Et circa hoc advertere debes, quod sicut dictum est supra quod bona promissa per Christum sunt spiritualia. sic circumcisio in lege Christi non cessavit ex toto. sed loco circumcisionis corporalis que solum ceremonialis est nullam habens utilitatem spiritualem nisi inquantum procedebat ex obedientia dei. successit circumcisio spiritualis que accomodata est et valde utilis et in scripturis magis commendanda.

### Saulus

**H**ic que sit illa circumcisio spiritualis que magis commendatur in scriptura quam circumcisio corporalis.

### Paulus

**I**n scripturis sacris leguntur diverse incircumcisiones quarum quedam sunt corporales et quedam spirituales. Corporalium enim una est de qua agitur. scilicet incircumcisio membri virilis de qua Gen. xvij Masculus cuius preputium caro circumcisa non fuerit delectabitur anima illa de populo suo. Est etiam secunda corporalis. scilicet incircumcisio labiorum per quam impeditur a recta et aperta locutione. de qua Moyses dicebat Exo. vi. Quomodo audiet me Pharaon cum sit circumcisus labijs. Est etiam tertia incircumcisio et est spiritualis per quam homo impeditur a susceptioe auditus fidei seu discipline. et ista dicitur incircumcisio aurium. de qua Jere. vi. Cui loquor et contestabor ut audiat. ecce incircumcise aures eorum et audire non possunt. Est etiam quarta incircumcisio et est spiritualis. et ista dicitur incircumcisio cordis per quam homo per iniquas cogitationes cordis impeditur a dilectione dei. contra quam incircumcisionem legitur Deut. xxx. cap. Circumcidet dominus cor tuum. et cor seminis tui ut diligas dominum ex toto corde. Constat autem quod ex istis incircumcisionibus spirituales sunt deteriores. Deterius enim est quod homo non suscipiat fidem dei vel eius disciplinam seu quod retrahatur ab eius dilectione. quam quod habeat labia impedita a recta locutione vel membri virilis incircumcisione. Unde Jeremias propheta increpans populum Israeliticum eis dicebat Omnes gentes sunt incircumcise et omnis domus Israelitica incircumcisi corde. quod dicitur. Israel deterioris conditionis factus est quantum ad incircumcisionem quam gentiles. Nam gentiles sunt

incircūcisi corpāliter. s. in mēbro uirili. sed dom<sup>o</sup> Iſrahel  
sunt incircūcisi spūaliter. s. in corde per quā impediūtur a  
diuina dilectione ⁊ custodia mandatorū dei. Ex quibus ha/  
bes q̄ in noua lege licet cessauit circūcisio corpālīs que  
nō erat in aliquo bona nisi inquantū precepta. successit ta/  
mē circūcisio spūalis que longe utilioꝝ est. s. circūcisio  
cordis. Et nota q̄ administratio circūcisionis corpālīs  
que in tua gente remāsit post xpm administratur sic turpi/  
ter per doctrinā pharisaicā. que est ualde ignominiosa ⁊ p̄  
ter mentez līe ueteris testamēti. in qua p̄cipitur circūcisio  
prout Raimūduſ Rab. tuus in suo pugione **C**ap. large  
declarat quod hic causa breuitatis p̄termittitur.

**C**apitalum decimūſextum. in quo ostenditur quomodo  
intelligendū sit illud uerbū Malach. ulti. Memētote legis  
Moisi serui mei. ⁊c.

### Saulus

**T**ota ratio tua ad excusationē circūcisionis corpālīs fien  
de in noua lege fundatur principaliter in hoc q̄ p̄cepta mo/  
saice legis. s. cerimonialia ⁊ iudicialia nō obligabāt ī noua  
lege. sed hoc ē falsū māifeste. Nā Malachias qui fuit ulti/  
mus prophetaz uet. testa. in ultiō cap. sue prophetie. ubi  
agit de aduētū messie dicit. Ecce ego mitto angelum meuz  
⁊c. Subdit uersus finem illius cap. Memētote legis Moisi  
serui mei quā mandauī ei in Oreb ad omnē Iſrahel precep  
ta. alias cerimonialia ⁊ iudicia. Ex quo patet q̄ p̄cepta iudi  
cialia remanebāt adueniēte messia ⁊ p̄ cōsequēs cerimoni/  
alia. Idē. n. est iudiciū de utriusq̄ quantum ad hoc etiam se  
cundum te.

### Paulus

**A**d istam auctoritatez respondetur tibi q̄ aliud est dicere  
seruate seu custodite legeꝝ moisi serui mei. ⁊ aliud ē dicere  
Memētote legis moisi serui mei. Primū enī dictū impor  
tat custodiā preceptorū legis. ad quā requiritur facere ea q̄  
in lege p̄cipiūtur. ⁊ uitare ea que in lege prohibētur. Secū  
dum uero dictū importat memoriā legis habendā. ad quā  
nō requiritur predicta obseruātia seu custodia p̄ceptorū  
sed sufficit habere memoriā de lege in mēte ad eius spūalē

intelligentiā legis per ei<sup>2</sup> memoriā inuitat. nō autē exhortatur ad eius obseruantia. Si enī propheta ad obseruatiā legalium ppetuo exhortaretur utiq; dixisset seruare seu custodite legem moisi quod nō dixit. sed memērote legis moisi. in quo intelligitur quod dictum est. Et nota q̄ hec differentia inter custodia preceptorū 7 memoriā eorū habere ponit Rab. moi. gerun. in expositione sua sup Pentatheucū sup illud uerbū Exo. xx. Memēto ut diem sabbati sanctifices. Et illud uerbū Deut. v. Obserua diē sabbati dicens q̄ primum pceptū ē v̄bū affirmatiuū quod solū importat memoriā sabbati hācā. 7 secundū uerbū ē pceptū negatiuū de abstinēdis ab omnibus a quibus abstinendū est in sabbato. Et sic predicta auctoritas Malachie magis facit contra te Inuitur enī in ea q̄ memoria iudicialium legum 7 h̄mōi sufficit post aduentū messie sine eorū custodia. Potest etiā aliter responderi ad tuā obiectōnē. Nam cū Malachias h̄c fuisset ultimus propheta r̄ū uet. test. fuit tamē in primo tpe templi secundi. a quo tempe usq; ad xpm fluxerūt plusquā cccc. anni. in quib; obseruāda erat lex mosaica. Unde etiā si dixisset Obseruate legē moisi. 7c. hec uerba intelligerentur implenda in toto tempe illo. cccc. annoꝝ. quod tempus restabat futurū usq; ad tempus messie. 7 in illo tpe indubie lex mosaica erat seruanda quantū ad omīa in eadē contenta. sicut fuerat ante tempus datōis ipsius legis.

**D**istinctio Nona De Scrutinio scripturarū circa sacrum misterium sancte Trinitatis. 7 continet. xvij. capitula. **I**n capitulo Primo ostenditur q̄ unitas dei credenda est apud catholicos prout testimonia scripturarū testatur licet Iudei aliter estimāt de fidelibus. **I**n Secundo capitulo ostenditur q̄ in diuinis secundum scrutinium scripturarū uet. testa. credendū est esse aliquā pluralitatem realiter distinctā simul cū unitate essentie. **I**n cap. Tertio ostēditur q̄ auctoritates uet. test. p quas pluralitatē distinctā in deo esse simul cum unitate essentie testantur nō sunt exponēde. prout iudei hoc false existimāt ut ueritatem catholice fidei negare possint. **I**n Quarto cap. ostenditur q̄ ex auctoritatibus sacris

uet. test. nō tantū pluralitas sine alicui<sup>9</sup> numeri determi-  
natione deo attribuitur . sed etiam in deo ostenditur plu-  
ralitas sub trino numero .

**I**n Quinto cap. ostenditur q̄ etiā a doctoribus antiquis  
hebreoz hoc mysteriū traditur licet nō ita expresse seu per-  
fecte sicut a nostris doctoribus .

**I**n cap. Sexto ostenditur q̄ nō repugnat naturali rōni  
q̄ una ⁊ eadē res sit trina ⁊ una .

**I**n cap. Septimo ostēditur q̄ generatio seu paternitas ⁊  
filiatio que in diuinis esse dicūtur non sunt intelligenda se-  
cūdū modū infimaz creaturaz s; s̄m similitudinē supna-  
rum . s. intellectualiu . a quibus etiam similitudo accepta  
deficit a representatōe p̄fecta diuinor .

**I**n cap. Octauo ostenditur q̄ primo in his procedendū  
est ut per scrutiniū scripturarū cognoscamus an in diuinis  
sit generatio . ⁊ deinde an hec ueritas in sacra scriptura re-  
perta possit p̄ rationes humanas impugnari . quod quidez  
scrutiniū cū magna diligētia ⁊ deuotōe agendū est .

**I**n cap. Nono ostenditur q̄ in diuinis ē filius genitus ⁊  
pater generās . ⁊ hoc p̄ auctoritatē . ps. dicētis . Domin<sup>9</sup> dix-  
it ad me filius meus es tu ego hodie genui te . nō obstanti-  
bus iudeoz cauillationibus .

**I**n cap. Decimo ostēditur q̄ generatio in diuinis credēda ē  
eterna ex auctoritate . ps. dicentis de filio dei . Erit nomen  
eius in secula . ⁊ ante solem pmāet nomē ei<sup>9</sup> . nō obstantibz  
hebreoz cauillationibus .

**I**n cap. Undecimo ostenditur q̄ deus qui creauit seu for-  
mauit uniuersa habet filiū . auctoritate Prouerb . xxx . ca .  
Vbi dicitur quod est nomē eius ⁊ quod nomen filij eius si-  
nostri . non obstantibus cauillationibus hebreoz .

**I**n cap. Duodecimo ostenditur q̄ spūs sanctus est alia p̄-  
sona in diuinis p̄ter personam patris ⁊ filij ex auctoritate  
ps. dicētis . Verbo domini celi firmati sūt . ⁊c . nō obstanti-  
bus hebreoz cauillationibus .

**I**n cap. Tredecimo ostenditur q̄ in diuinis est tertia p̄-  
sona . s. spūs sanctus auctoritate ysa . xlvij . ubi dicitur . Et  
nūc dominus misit me ⁊ spiritus eius . quibusdam hebreo-  
rū cauillationibus nō obstantibus .

**I**n cap. Decimoquarto expōitur auctoritas ysaie supra



dicra extense. ut ex illa sane intellecta intentum probetur  
supradictum.

**I**n cap. Decimoquinto ostenditur per alias auctoritates qd  
spūs sanctus est deus contra hebreos qui spiritū sanctum i  
scripturis contētū dicūt esse creaturā. 7 specialiter exponi  
tur ibi illud uerbū Gen. primo. Spiritus domini fereba/  
tur super aquas.

**I**n cap. Decimosexto ostenditur qd per hoc quod dicitur. in  
principio creauit deus. intelligendū est sapientia a deo cō/  
cepta per quā deus mundū creauit.

**I**n cap. Decimoseptimo ponūtur quedā obiectōes iudeo/  
rū contra ueritatē generatōnis. quā fides catholica profu/  
retur esse in diuinis que quidē obiectōnes soluūtur. In cui?  
fine declaratur quod in p̄senti tractatu ubi solū agitur de  
scrutinio scripturarū non ē tractandū de omnibus difficul/  
tatibus que ad hoc misterū p̄tinent.

**C**apitulum Primū in quo ostenditur qd unitas dei credē/  
da est apud catholicos. prout testimonia scripturarū testā/  
tur licet iudei aliter existimāt de fidelibus.

### Saulus

**V**ideo qd sentis circa innouatōnem diuine legis. 7 quia su/  
pra inter nos fuit ordinatū qd cōsequēter de his que xp̄us  
tuus fuerat locutus contra excelsum tractaremus. s. cōtra  
unitatē dei. prout fuerat prophetatum de cornu paruulo  
Dan. vii. cap. quod adaptatur xp̄o tuo. ut supra dictum ē  
Idcirco cōuenit qd de hoc ad p̄sens dissentiamus.

### Paulus

**D**ic michi ubi inuenisti qd magister meus xp̄s contra deū  
excelsum fuisse locutus quod tamen non credo qd reperire  
posses.

### Saulus

**I**nmo ipsum 7 suos discipulos per suā doctrinā seductos  
manifeste reperio. loquētes cōtra deum excelsum. 7 primo  
sic. Constat enī per scrutiniū scripturarū qd uerus deus qui  
celum 7 terrā creauit 7 populū suū de Egipto eduxit 7 le/  
gem in monte Sinai dedit. quem omnes sancti patriarche  
coluerūt unū esse. nō multos seu plures. Vnde Moyses hāc

fidem uolens populū Iſrabeliticū firmiter docere cum  
 eſſet in ultima etate uite ſue . Deut. vj. cap. Audi Iſrabel  
 dominus deus tuus unus eſt. hanc ueritatē etiā teſtantur  
 omnia ſacra eloquia in quibus oīa diuina noīa tā ſubſtanti  
 alia quā adiectiua ſeu appellatiua ſemp ſūt ſingularis nu/  
 meri. ut cū dicitur. dominus deus oīpotēs ⁊ hmōi. propri  
 um at nomē dei eſt. ſ. Tetragramathon. De quo Exo. iij.  
 Hoc ē nomē meū in eternū. quod non ſolū eſt ſingularis nu  
 meri. ſed in tali forma poſitū eſt in hebreo q̄ nō poſſet mlti  
 plicari. ut patet cuiuſq; in illa lingua perito. hoc etiā pz  
 de uerbis quibus ſacra ſcriptura utitur in diuinis. Ut cuz  
 deus loquitur tamquā in prima pſona. uel cum de deo ali  
 quis loquitur tamquā ſecunde pſone. uel cū de deo quis lo/  
 quitur tāquā de tertia pſona. In ſingulis p̄dictis ſemp ta/  
 les locutiones fiūt p uerba ſingularis numeri. Exemplum  
 primi. ut cū dicitur Exo. xx. Ego ſum dominus deus tuus  
 qui eduxi te de terra Egipti. Et Deut. penult. cap. Videte  
 q̄ ego ſū ⁊ nullus alius p̄ter me. Exemplū ſecundi. ut cuz  
 Adam alloquēs deo. Gen. iij. dicebat. uocē tuā dñe audiui i  
 paradifo. Exemplū tertij. In principio creauit deus celum  
 ⁊ terrā. In quibus locutiōibus ⁊ in ceteris oībus nūquā in  
 ſacra ſcriptura deus alicui loquēs uel ipſi deo loquens ali  
 quis. uel de eo loquitur quis. niſi p uerba ſingularis nu/  
 meri. Ex quo manifeſte inſinuatur unitās ſeu ſingularitas  
 ipſi⁹ dei. Hanc etiā ueritatē non ſolū ex ſacre ſcripture te/  
 ſtimonijs. ſed etiā ex rōe naturali philoſophi cognouerūt.  
 tamen ex ſolo dictamine naturalis rōis primā cauſaz que  
 nō niſi deus eſt unā eſſe aſſeruerunt ⁊ ſimpliciſſimā. Ille er  
 go qui deū ſiue primā cauſā totius entis trinū eſſe fatetur  
 ſiue trinā. indubie contra excelſum loquitur. Et ideo tibi  
 ſupra dicebā q̄ illud cōrnu puulū de quo legitur Dan. vij  
 cap. q̄ loquitur uerba cōtra excelſum. uere ⁊ proprie intel  
 ligi debet de xp̄o tuo. qui contra unitatez dei in ſcripturis  
 aperte traditā ⁊ p dictamē naturalis rōis inuentā expreſſe  
 locutus ē modo p̄dicto.

### Paulus

**N**on te oportebat laborare ad probandū michi unitatem  
 dei. Veritas enī catholice fidei omēs fideles xp̄i obligat ad

credendū unitatē dei. Primus enī articulus nre fidei hoc testatur. dicimus enī in simbolo nro. Credo in unū deum. Unde quicūq; unitatē dei negasset tāquā hereticus a cōsortio fidelīū esset eiciendus. 7 ideo de hoc nō oportet te mecū disputare.

### Saulus

**E**t si ore qñq; confiteamī dei unitatē. cum hoc tamē dicis q; deus sit trinus ita q; tres asseris esse diuinas psonas distinctas. quod ē manifeste cōtra diuinā unitatē. Impossibile enī est aliquid esse unū 7 tria. 7 iō cōfessio uestra de unitate dei est uana. cum simul cum hoc trinitatem in deo asseritis.

**C**apitulum Secundū. In quo ostenditur q; in diuinis secundū scrutiniū scripturarū uet. test. credendū ē esse aliquā pluralitatē distinctā similiter 7 unitatē essentie.

### Paulus

**N**on est incōueniēs q; aliquid sit unū secundū aliquid. ut puta secundū essentiam 7 tamē sint plures in psonis. 7 hoc oportet cōfiteri de deo secundū testimonia scripturarum. Si enī diligenter circa hoc sacra eloquia scrutatus fueris. manifeste repies q; sicut in deo unitas est cōfitenda. sic etiam attribuēda est in diuinis pluralitas. quod manifeste patet sacra testimonia scrutanti.

### Saulus

**I**ndica michi rogo testimonia sacra in quibus hoc quod asseris reperitur. Oppositum enī huius inuenio prout iam tibi dixi.

### Paulus

**P**er illa quibus tu conatus es michi ostenderē unitatē dei p ipsa met posses intelligere pluralitatē in deo esse confitendam. quod patet primo in nomībus substātuis que de deo dicūtur. in quib; sacra scriptura pluralitatē deo attribuit ut manifeste patet de hoc noīe Heloim. quod ē nomen plurale istius noīs Heloah. Constat enī unicuiq; linguam hebraicā scienti q; hoc nomē heloah significat singulariter deum. sicut hoc nomē deus significat in lingua nostra. Simi-

liter q̄ hoc nomē heloim significat idēz quod dñj in nostra  
lingua. manifestū ē at̄ q̄ sacra scriptura loquēdo de deo euz  
multoties uocat heloim. ut cum dicitur In principio crea  
uit deus celum ⁊ terrā. Ibi enī ubi nos habemus deus. in  
hebraico habetur heloim. quod significat dñj. ⁊ sub isto no  
mine heloim quod ē plurale huius noīa heloah. nomiatur  
deus in toto ope sex dierū. ⁊ in quāplurimis locis scriptu  
re sacre. Ex quo patet q̄ p noīa substantiua significatur de⁹  
in scriptura sub noīe plurali. Idem inuenitur in nomibus  
appellatiuis. ut est hoc nomē sanctū ⁊ hoc nomē uiuus uel  
uiuēs. que quidē noīa de deo legūtur in scripturis sacris in  
plurali numero dicta. Vnde Josue ulti. capit. propheta lo  
quēs de deo dicebat populo. Nō potest seruire domino qm̄  
heloim sancti est. nō enim dixit heloim sanctus sed heloim  
sancti. quod idem sonat apud nos sicut dñj sancti. Itē Jere.  
x. de deo dicitur. Ipsi enim heloim uiui ⁊ rex sempiternus  
quod idem est ac si dicat dñj uiui eo q̄ heloim ut dixi signi  
ficat idem sicut dñj. in lingua nostra. ⁊ licet in translatōne  
nostra ista noīa ponātur in singulari. s. deus sanctus ⁊ de⁹  
uiuus. in hebraica tamē ueritate ut nosti in plurali ponū  
tur ut dictum est. Ex quibus habes manifeste q̄ in sacra  
scriptura deus nominatur sub noībus pluralis numeri tā  
in substantiuis noībus quā appellatiuis.

### Saulus

**E**x his que allegas nō habes intentum. Nam in auctori  
tibus de hijs per te allegatis repies q̄ illa nomina diuina  
tam substantiua quā appellatiua regūtur p uerba singu  
laris numeri. in quo māifeste euacuatur tua probatō. Nā  
si intentio sacre scripture fuisset pluralitatē deo attribue  
re. sic noībus diuinis pluralitatem significātibus cōiunx  
isset uerba pluralis numeri. prout cōgruitas locutōnis re  
quirat. quod tamē nō fecit. Nam cuz dicitur In principio  
creauit deus celum. licet li deus ponatur in plurali ut tu  
dicis. tamē hoc uerbū creauit singularis numeri est. nō. n.  
dixit creauerūt sed creauit. in quo denotatur q̄ licet helo  
im significet idem quod dñj. tamē non ē ibi pluralitas po  
rēda. nō enī dixit creauerūt sed creauit. Similiter in illa  
auctoritate quā allegas de Josue dicente de deo. heloim scī

est. manifestū est q̄ hoc uerbū est. est singularis numeri. Non enī dixit heloim sancti sunt. sed heloim sancti est. ⁊ sic euacuatur tua probatio. Idez dicendū de illa auctoritate Jere. ubi dicitur. Ipse est heloim uini. nō enī dicitur Ip̄ si sunt heloim uini sed ipse est. In quo manifeste demōstratur q̄ nō est ibi pluralitas sed sola unitas p̄ uerbū singulare significata.

### Paulus

**S**i recte consideras hec euasio tua nō euacuat meā ratōnez sed eam etiā fortificat. nam fides nostra catholica non sic confitetur pluralitatē in diuinis q̄ unitatē essentialē excludat ut iam tibi dixerā. sed cū unitate in essentia pluralitatē in p̄sonis profitetur. quā ueritatē auctoritates p̄ me allegate testātur. que in noībus pluralitatē designat ⁊ i uerbo unitatē. ⁊ sic manifeste cum ueritate nostre fidei cōcordat. ⁊ hoc patet in prima auctoritate totius sacre scripture quā tibi allegaui. s. In principio creauit deus celum. ⁊c. In hoc enī q̄ deus sub plurali numero. s. heloim denomiatur. oñditur pluralitas in diuinis. In hoc autē q̄ singulare apposuit cum subiūgit creauit. manifeste oñditur unitas essentie. p̄sertiz cū hoc uerbū creauit includit uerbū essentialē. s. est uel fuit creās. ⁊ sic manifeste denotatur essentialis unitas in pluralitate. quod omnino consonat ueritati fidei nostre.

### Saulus

**A**ntiqui nostri sepe fuerūt impugnati ab hereticis sibi contemporaneis. uolentes unitatē dei subuertere p̄ istas noīationes diuinis. que sub plurali numero quāq; in scripturis sacris reperiūtur. sed nostri cōvincebāt eos ex singularitate intellecta in uerbis que talibus noībus adiungebantur. Vnde rōe huius dicti In principio creauit heloim celum ⁊ terram. ubi heloim ponitur q̄ significat deum in plurali. Interrogauerūt heretici ut legitur in quadā glosa antiqua sup Gen. a quodā doctore antiquo noīe Rab. canlai q̄ dii creauerūt mundū. quibus rñdit. ego ⁊ nos creauimus a lege non est scriptū. sed in principio creauit dii. ⁊c. ⁊ sic tacuit hereticis. Hec ille. Ex quo patet q̄ ex singularitate

istius uerbi creauit cōuictus fuit hereticus uolēs impug-  
nare unitatē dei. p hoc q noīatur heloim. i. dii . 7 isto mō  
inueniūtur quāplurima dicta in gestis doctoz nostroruz .  
que causa breuitatis obmitto .

### Paulus

**L**icet ex dictis magistroruz tuoruz nō posses aliquid cōtra me  
cōcludere ut sepe dictū est. tamē in hoc uolo tibi ostendere  
q ea que dicūtur hic p tuos magistros nō faciūt cōtra me  
sed potius pro me. Ad quod attendere debes q multi fuerūt  
hēretici qui credebāt plures deos esse in mūdo distinctos s̄m  
naturā uel essentiā. quod ē omnino falsum. etiā secundum  
ueros phōs fide carentes. 7 isti tales heretici uolebāt ex  
hoc noīe heloim p quod frequēter deus noīatur in scriptu-  
ris errorē suū cōcludere. s. q essent multi dii distincti s̄m  
essentiā. Vnde cōtra hūc errorē sufficiēter respondebāt ma-  
gistri tui ostendētes q cū talibus noībus pluralis numeri  
dictis frequēter de deo coīter semp adiungebātur uerba sin-  
gularis numeri manifeste ostendebatur q nō erant multi  
dii natura differētes. qz sic oportet uerba pluralis nume-  
ri adiungere talibus noībus in plurali significātibus. si enī  
pluralitas essentialis seu substantialis esset in diuinis. ita  
proprie uerba pluralis numeri de deo dicerētur sicut 7 no-  
mina pluraliter significātia. sicut cum aliquis loquens de  
sorte uel platone simul aliquid faciētes p uerba pluralita-  
tem significātia loqui debet dicēdo. hī hoīes sūt tales uel  
talia opantur. quod tamen sacra scriptura maxime euitat  
de deo loquēdo. Nam sicut nominat deū pluraliter in noī-  
bus ad designandū aliquā esse in deo pluralitatē. nō tamē  
adiūgit uerba pluralia sed tantū uerbū singularis nume-  
ri ad denotandū singularitatē seu unitatē diuine essentie .  
Et ideo si bene attendis responsio magistroruz tuoruz sicut  
uere euacuat errorē hereticoruz multitudinē deoruz ponentiū  
sic uere fortificat uel probat fidei catholice ueritatē. que  
quidem fides uerissima. ut iam tibi dixerā nō multitudinē  
seu pluralitatē deoruz ponit. Absit. sed uerā unitatē dei fate-  
tur. 7 tamē aliquā pluralitatē in diuinis asserit cōformi-  
ter ad allegatas auctoritates in quibus uerba singularis  
numeri cōiūgūtur noībus pluralitatē significātibus.

**Saulus**

**A**uctoritates predicte quas pro te allegas non cōformātur tue fidei. fides enī tua ut sepe audiui a doctoribus 7 magistris tuis licet pluralitatē deo attribuat. nō tamē confutetur q̄ sint plures dīj sed tantū unus deus. Per auctoritates autē supradictas plures dīj dicūtur. Cum enī dixit In principio creauit heloim. idem est ac si diceret. In principio creauit dīj. ut dictū est per te. quod ē manifeste contra te secundū q̄ negas quod sint plures dīj.

**Paulus**

**V**erum dicis in hoc q̄ secundū ueritatē catholicā non ē cōcedendū q̄ in diuinis sint plures dīj. 7 hoc cū uerbo substantiuo pluralis numeri. sed bene cōceditur pluralitas in diuinis cū uerbo singularis numeri. ut cū dicitur q̄ deus est trinus. nā per singularitatē uerbi essentialis unitas essētie saluator. 7 sic est in omnibus auctoritatibus p̄ me allegatis. in quibus omnibus uerbū essentialē singularis numeri ponitur. uel aliud uerbū includens uerbū essentialē.

**C**apitulum Tertiu. in quo ostēditur q̄ auctoritates uet. test. per quas pluralitatē distinctā in deo esse simul cum unitate essētie testātur. non sunt exponēde prout iudei hoc false estimāt. ut ueritatē catholice fidei negare possint.

**Saulus**

**Q**uomodo possunt ista a rarōe naturali cōprehendi. uel quid magis naturali rationi cōtrariari possēt. quā q̄ una 7 eadem res simplicissima. una tantū res sit 7 plures. certe 7 si hoc scriptura sacra manifeste traderet potius esset exponēda quā credēda. cum due ueritates ad inuicē contrariari non possunt.

**Paulus**

**L**icet possem concedere tibi. q̄ hoc misteriu. s. sancte trinitatis a ratione naturali cōprehendi non possēt. cum hoc excedat naturalē hominis rōez. nullo tamē mō concedenduz est q̄ p̄dictū misteriu cōtrariatur naturali rōni humane Licet enī una 7 eadē res non possēt esse tantū una 7 plures hoc autē intelligendū est cū una 7 eadē res secundum idem

dicatur esse una et plures. non autem cum non secundum idem dicatur una et plures. Vnde homo est quoddam unum secundum suppositum. non tamen secundum partes integrales seu essentielles. et licet hoc exemplum de diuinis ex toto non competat ubi nulla pars est alicuius totius. est tamen sufficiens ad excludendam rationem tuam. in qua dicitur quod contrariatur rationi naturali humane eandem rem esse unam et plures. cum etiam hoc inuenitur in ipsis creaturis. In hoc autem quod dicitur quod etiam si scriptura sacra manifeste traderet quod deus est unus. et quod est pluralitas in deo quod hoc non est credendum sed potius exponendum. quero a te quomodo hoc posses exponere sine hoc quod sacre scripture manifeste contradicis.

### Saulus

**H**oc possum exponere prout antiqui nostri exposuerunt quasdam auctoritates que uidebantur asserere aliquam pluralitatem in diuinis. prout habetur in libro qui dicitur Canbedrin et etiam in ueresith rabba et in alijs locis. ubi dicitur quod omnis locus in quo dicitur helemon. scilicet deus quia significat aliquam pluralitatem intelligitur ipse deus et domus iudicij sui. et sic exposuerunt illud quod dicitur Osee. primo. Et domui Jude miserebor et saluabo eos in domino deo suo. In qua auctoritate quia non dicitur Et domui Jude miserebor et saluabo eos in me. appet quod sit alius ille qui miseretur et alius ille qui saluat. Similiter cum dicitur Zach. ij. Ego ueniens et habitabo in medio tui dicit dominus et applicabuntur multe gentes ad dominum. etc. In qua auctoritate cum dicit. Ego ueniens et habitabo in medio tui debuisse dicitur. et applicabuntur gentes multe ad me. sed quia dicit ad dominum apparet quod sit alius ille deus ueniens ad habitandum in medio Iherusalem. et alius ille ad quem applicabuntur gentes. et sic uidetur esse pluralitas in deo. et sunt quas plurime auctoritates isto modo loquentes in sacra scriptura. Ad cuius inconuenientiam tollendam exposuerunt quod deus in similibus locis sacre scripture intelligitur non solus deus. sed ipse et domus iudicij sui. et sic intelligitur quod illa pluralitas non est attribuenda deo ad quem pertinet summa unitas et simplicitas. sed ad domum iudicij sui qui sunt summi angeli beati qui semper assistunt deo. et isto modo sequendo uestigia antiquorum nostrorum pos-



sum respondere ad auctoritates per te allegatas ad ostendendam pluralitatem in deo. scilicet quod pluralitas in auctoritatibus illis intellecta non est attribuenda ipsi deo soli. sed deo et domui iudicii eius qui sunt plures ut dictum est.

### Paulus

**S**i bene scrutaris scripturas nullo modo posses subterfugere ab auctoritatibus per me allegatis per illam expositionem. Si enim cum dicitur. In principio creauit deus celum et terram. etc. pluralitas intellecta per illam dictionem deus exponas domum iudicii ipsius dei. sequeretur quod deus et domus iudicii sui mundum creauerunt. et sic non solus deus esset creator mundi. sed deus et domus iudicii eius. quod est hereticum etiam apud te. Et similiter si illud quod dicitur Jere. x. Ipse est deus et rex sempiternus exponas de deo et de domo iudicii eius. sequeretur quod domus iudicii ipsius dei est rex sempiternus totius mundi. quod etiam est contra fidem tuam. testatur te scriptura Deut. xiiij. cap. Scito ergo hodie et cogita in corde tuo. quod dominus ipse est deus in celo sursum et in terra deorsum et non sit alius. Unde auctoritates per me allegate que pluralitatem deo attribuunt non possunt intelligi nisi de deo tantum non autem de domo iudicii eius seu angelis eius ut predictum est. nisi forte per domum iudicii dei intelligatur persone diuine que sunt ipse deus secundum ueritatem fidei nostre. et sic de eis prout sunt unus deus proprie uerificatur. In principio creauit deus. etc. unde si sic exponis cessat contentio inter me et te quantum ad hoc. Si autem per domum iudicii aliquid extrinsecum deo intelligis. tunc nullo modo posset saluari auctoritas predicta ut dictum est.

### Saulus

**S**criptura sacra sepe loquitur de deo more humano. et ideo quicquid attribuit deo ea que proprie deo si competunt. ut cum dicitur Gen. xij. cap. Descendit autem dominus ut uideret ciuitates et turrim. etc. et Gen. xvij. cap. Deus dicebat Abrahe. Descendam nunc et uidebo clamorem. etc. In quibus tamen manifestum sit quod deo non competit descensus sicut nec motus localis. oportet hoc intelligere secundum morem humanum. homines. enim uolentes de aliquibus dubijs certificari condescendunt ad particularitates rerum discutendas seu inuestigandas. quod deo

nō cōpetit proprie sed similitudinarie tantū. Vnde in pro-  
posito licet deus solus mundū creauit. ponitur tamē in cre-  
atōe mundi hoc nomē heloīm. quod significat pluralitatez  
in deo. ut intelligatur q̄ deus creauit mundū cum consilio  
domus iudicij eius. sicut in humanis illa que cum consilio  
magnoz fiūt credūtur sapientius seu prudentius fieri. Vn-  
de ex hac pluralitate nō cōcluditur nisi illud quod dicitur  
Prouer. iij. cap. Dominus sapientia fundauit terram. sta-  
biluit celos prudētia. sapiētia illi<sup>9</sup> erumpūt abissi. 7c. hoc  
est dicere q̄ creatio mūdi fuit facta cum magna prudētia  
seu sapia dei. sic ut illud quod cū magno cōsilio 7 delibera-  
tōne fit. dicitur esse prudentissime factum.

### Paulus

**U**icq̄ uerū est q̄ q̄sq̄ scriptura sacra loquitur de deo more  
humano. hoc tamen fit sp̄ ad tollendos aliquos errores de  
deo in quibus multi fuerūt seducti. non autē ad dandā oc-  
casionē extendēdi errores circa deum. Vnde quia circa pro-  
uidentia diuinā erga gubernationē humani generis multi  
errauerūt antiqui. 7 etiā hodie errant. existimātes q̄ de<sup>9</sup>  
non habet curā de regimine humani generis secundū iusti-  
tia. prout quidā dicebāt. Vnde dicitur Job. xxij. Sup cardī-  
nes celi ambulat 7 nostra nō considerat. Idcirco ad āmo-  
uēdos hmōi errores scriptura loquitur de deo sicut de ho-  
mine qui diligenter sollicitus est ad inquirendā ueritatem  
alicuius facti. 7 ideo dicit. descendā 7 uidebo. 7 hmōi. Si-  
militer ut ostendat q̄ deo displicēt hoīm peccata 7 cū zelo  
iustitie procedit ad eoz punitōnē. attribuit deo iram seu  
furorē methaphorice dñdo. Ignis succēsus ē in furore meo  
7 sic de similibus. sed ad hoc quia deus mundū creasset sa-  
piēter 7 prudēter nō expediebat dicere q̄ cum consilio do-  
mus iudicij extrinseci mundū creauerit. hoc enī preberet  
scandalū erroris in cordibus audientū qui ex hoc estima-  
ret deum indignuisse alioz consilio. Satis enī sufficiebat di-  
cere q̄ deus sapientia fundauit terram. prout in prouer-  
bijs. 7 non attribuere deo defectum indigentie consiliario-  
rum. quia ut ait philosophus in. iij. Ethic. Consiliamur in  
magnis quasi de nobisipsis diffidentes. quod de deo asserere  
esset maximū incōueniēs. 7 sic responsio tua non sufficit

ad saluandā pluralitatē attributā deo in creatōe mūdi. Itē ad alia; auctoritatē Jere. x. nichil facit responsio tua. nulla enī bona doctrina sequitur ex hoc q̄ dom⁹ iudicij dei sit aliquod extrinsecū a deo dicatur. Ipse est vij uiui ⁊ rex sempiternus.

**C**apitulum Quartū. in quo ostenditur q̄ ex auctoritatibus sacris uet. test. non tantum pluralitas sine alicuius numeri determinatōe deo attribuitur. sed etiā ostenditur in deo esse pluralitas sub trino numero.

### Saulus

**A**dhuc in predictis non respondes michi ad illam auctoritatem Deut. vi. contentā. s. Audi Israhel dominus de⁹ tu⁹ unus est. In qua auctoritate sola unitas dei ostenditur ⁊ docetur. quod ē cōtra modū probatōis tue supius dictum.

### Paulus

**Q**uo i hac eadē auctoritate trinitas cū unitate inuitur. tria enī noīa significātia deū cū unitate ipsi⁹ i hac auctoritate cōtinētur. Non enī dixit. audi Israhel dñs deus tuus unus est. uel. audi Israhel deus unus est. quilibet enī istoz triū modoz loquēdi poterat unitatē significare magis conformiter ad oppositionē tuā. sed hoc nō fecit. nā ter deī noīa uit cū unitate. ⁊ sic illa auctoritas quā allegas pro te. magis facit pro me.

### Saulus

**R**eplicatio illoz triū nominū deū significārium in p̄dicta auctoritate itelligenda ē ad maiorē cōfirmatōez sententie. Sepe enī in scripturis sacris fit unius ⁊ eiusdem repetitio ad maiorē firmitatē sententie. ⁊ ideo in hoc loco sic intelligi debet replicatio diuinoz nominū cū unitate. q. d. firmiter ⁊ firmus ⁊ firmissime tene q̄ deus ē unus.

### Paulus

**P**ericulum ponēdi pluralitatē in deo est apud te maximū sicut etiā apud nos asserere multitudinē deoz nephandissimū est. ⁊ iō secundū te nullo mō debuisset scriptura occasionē dare ad attribuendā pluralitatē deo. quod tamē fecit ter noīando in unitate. ad cōfirmandū autē snīaz unitatē

suffecisset replicatio firmitatis sententie sicut in alijs locis  
7 ex hoc nõ preberet occasionẽ credendi trinitatẽ in unitate  
quod apud te nephas est. Sed ad rei ueritatẽ auctoritas p/  
dicta ter noñando deũ tris supposita diuina demõstrant et  
includendo unus est. unitatẽ diuine essentie ostendit. quod  
ad propositũ meũ facit non autẽ pro te. 7 in alijs locis sa/  
cre scripture similiter reperies. s. repetitionẽ trinã ter no/  
minãdo deum. ubi sola una noñatio suffecisset. 7 hoc ad in/  
nuendũ sancte trinitatis misterũ :

### Saulus

**D**eclara michi illa loca sacre scripture ubi talis repetitio  
trina diuini nomis reperitur ubi sola una nominatio dei  
suffecisset .

### Paulus

**O**missis multis causa breuitatis que ad hoc faciunt. tria  
tantũ loca ostendã tibi. in quibus solẽniter fit repetitõ tri/  
na diuini nomis ubi tantũ una suffecisset. primo numeri  
viij. cap. Vbi deus pcepit sacerdotibus ut sub certa forma  
benedicerẽt populũ inuocãdo nomẽ diuinũ sup eos. 7 dicitur  
in p̄dicto capitulo in principio illius p̄cepti. Sic benedi/  
citis filijs Israhel. 7 in fine dicitur 7 inuocabũt. s. sacerdo/  
tes nomẽ meũ sup filios Israhel. ego autẽ benedicã eos. Ex  
quo patet q̄ illa benedictio sacerdotalis solennis consistebat  
in uocãdo nomẽ diuinũ sup populũ. que quidẽ positio  
sen inuocatio nois diuini in eodẽ cap. declaratur. precipie/  
batur fieri p̄ trinã repetitõz diuini nomis sub hac forma  
s. benedicat tibi dominus 7 custodiat te. ostendat dñs faci/  
em suã tibi 7 misereatur tui. cõuertat dñs uultũ suũ ad te  
7 det tibi pacem. inuocabũt nomẽ meũ. 7c. Circa quod at/  
tende o Saule q̄ in ista benedictõẽ solũ suffecisset una inu/  
ocatio diuini nomis. dicẽdo. Benedicat tibi dñs 7 custodiat  
te. ostendat faciẽ suam tibi 7 misereatur tui. cõuertat uul/  
tũ suũ ad te 7 det tibi pacẽ. Sic enĩ dicẽdo manifestũ est q̄  
omnes pticule huius benedictõis referũtur ad dñm primo  
nomiatũ. 7 sic uidetur q̄ secunda 7 tertia repetitio diuini  
nois erat supflua. quod ẽ incõueniẽs dicere in forma tã so/  
lennis benedictõis a deo ordinata. In opibus enim nature  
que a deo ordinãtur nil supfluũ inuenitur. diligenter inue

stigati rōez eoz. multo magis in eis que a deo ordinantur inmediate. Vnde trina repetitio in hoc loco referenda ē ad trinitatem diuinarū psonarū quarum quelibet est deus et dominus. et sic forma p̄dicte benedictōis fuit perfecte ordinata ut nomē diuinū p̄fecte inuocaretur sup filios Israhel per trinā repetitionē ipsius nominis.

### Saulus

**T**rina repetitio diuini nois in benedictōe sacerdotali contenta proprie referrī potest ad pluralitatē benedictionum que ibi cōtinētur. nō enī ibi solū est una benedictio sed plures. Dicitur enī ibi Benedicat tibi dominus. et custodiat te ostendat faciem suam tibi et misereatur tui. et c. Vnde qz plures benedictōes dabātur. nō ē incōueniēs qz plures nomen diuinū repeteretur.

### Paulus

**S**i repetitio iterata nominis diuini in p̄dicta benedictōe cōtenta deberet referrī ad pticulares ipsius benedictōis pluralitates. tūc nō sufficeret trina repetitio diuini nois. plures enī sunt pticule huius benedictōis quā tres. ut patz in l̄ra supra allegata. Sed quia nō iuxta numerū pticularū benedictōis supradicte facta ē repetitio nois diuini. sed trina tantum concludēdo in fine. ponāt seu inuocēt nomē meum sup filios Israhel. In quo oñditur qz nomē diuinū per trinā repetitionē exprimitur. manifestū est qz trina repetitio nō respicit numerū particularū benedictōis tuo numero adequatur. sed potius respicit pluralitatē trinā que est in diuinis cum unitate essentie. quam significat unitas nois. et hoc cū dicit. imponāt nomē meū. Non enī dicit nomina mea ut ostendat essentie unitatē. unū enī nomen unī rei cōpetit.

### Saulus

**L**icet p̄dicta auctoritas non ē omnino efficax ad probandum intentū tuū. tamē dic michi si habes aliam similem huic in qua ter diuinū nomen repetatur ubi unū tantum suffecisset.

### Paulus

**I**saiē. vj. ubi de illa solenni uisione ysaie agitur cū dicitur

Vidi dominū sedentem sup solū excelsū. 7c. propheta re-  
ferens q seraphin stabāt sup deum cū certo numero alarū  
7 hmōi. In quibus demōstratur illius uisionis magna so-  
lēnitas de illis seraphin qui sūmū gradū tenēt inter agmi-  
na angeloz. testatur propheta q clamabāt alter ad alterū  
7 dicebāt Sanctus sanctus sanctus dominus deus sabaoth  
7c. In qua auctoritate attendēda est illa trina repetitio hu-  
ius noīs sanctus. quod totū deum denoīat. 7 nichil aliud  
magis proprie in hac trina repetitione potest intelligi quā  
trinus numerus psonarū. in quo nulla ē inequalitas sicut  
inter significata unius noīs sanctus ad aliud. 7 tamen de  
omnibus tribus dicit. dominus deus sabaoth. ac si dicat  
hij tres uuū tantū sunt. nec dicendū est q hec trina repeti-  
tio huius dictionis sanctus fit ad maiorē firmitatem snie  
quia ut prius tibi dixi si nulla pluralitas esset in deo. talis  
repetitio esset ualde piculosa. Item Psalmista in psalmo.  
Deus misereatur nostri. ter inuocat nōmē dei ad eundem  
effectum. dicit enī. Benedicat nos deus deus noster 7 bene-  
dicat nos deus. In quo loco suffecisset manifeste una inuo-  
catio diuini noīs. repetitur tamē ter nomē diuinū ad p̄dic-  
tū misterū innuendū. sicut in alijs supradictis. 7 sic ha-  
bes tres auctoritates cōformes ad hoc. quaz prima sumi-  
tur ex lege. secūda uero ex prophetis. tertia ex agiographis  
que sūt tres ptes integrales totius uet. test.

### Saulus

**E**x predictis auctoritatibus non sumitur efficax argumē-  
tum. nam si hec pluralitas trina in deo esset ponenda sicut  
tuus. exp̄sius debuisset hoc tradere scriptura sacra. cum  
hoc sit de principalioribus fundamētis fidei. eo q agit de  
ueritate dei in seipsa.

### Paulus

**V**erum est q hoc misterū est de principalioribus fidei fū-  
damētis. sed ut magni doctores tui dicūt illa que ad funda-  
mēta fidei prinēt sunt occulte tradita ī scripturis. nec erat  
licitū predicare ea nec etiā docere nisi tantū uni uel duobz  
idoneis ad hoc. prout habetur in libro Talmuth qui dicitur  
haguiga in cap. quod incipit eudorsim quod significat  
non preiudicabūt. 7c. quod colligitur a Rab. Moī. in suo

Deut. in primo li. ti. de fundamētis legis cap. iij. Ratōem autem quare ista non exp̄sse sed occulte fuerūt tradita. habebis deo duce in sequēti distinctōe ubi de diuinitate xp̄i ē agendū. que etiam secreta et occulte sūt tradita in scripturis uet. test. Unde ibi habebis de utraq; occultatōe sufficientem rationem.

**C**apitulum Quintum in quo ostenditur q̄ etiam a doctoribus antiquis hebreorū hoc mysteriū traditur licet non ita exp̄sse seu p̄fecte sicut a n̄ris doctoribus.

### Saulus

**Q**uomodo potest esse q̄ de tali pluralitate si in scripturis sacris qualitercūq; esset cōtenta. q̄ nullus antiquorū n̄orū aliquid saltem de hoc scripsisset.

### Paulus

**M**ulti doctores tuorū antiquorū de hac trinitate scripserūt licet nō ita p̄fecte et proprie sicut n̄ri qui hanc ueritatez a mḡro xp̄o nostro uidicerūt.

### Saulus

**A**lega michi aliquos eorū ut uideā si concordāt tecum.

### Paulus

**M**ulti fuerūt qui de hoc aliquid senserūt. sed allegabo tibi aliquos eorū. obmissis ceteris causa breuitatis. et primo occurrat michi quod sup̄ illud psalmi. Deus deorū dominus locutus est et uocauit terrā. in glo. que dicitur medras tillim s. glo. psalterij sic queritur. que est ratio qua psalmista nomen dei sancti et benedicti tribus uicibus cōmemorauit uicens. deus deorū dominus locutus est. et c. ad quod respondetur ibi sic. hoc ē ut doceret te q̄ cum istis tribus nomibus creauit deus seculū suū iuxta tres midoch. i. proprietates quibus creatus ē mūdus. et iste sunt. sapiētia. scientia. et prudentia. sicut dictū est in prouer. s. iij. Dominus in sapiētia fundauit terrā. ordinauit celos in prudentia. in scientia sua abissi erumpūt. Et isto mō dicitur in Exo. s. xx. cap. Quoniam ego sū dñs deus tuus deus zelator. ecce tria nomina diuina iuxta tres midoch quibus creatus ē mūdus. Similiter filij Gad et filij Ruben dicebāt in libro Josue. s. .cap.

Deus deus dominus ipse scit. ubi nolauerunt deum tribus uicibus. hec in predicta glo. Et idem habetur in Weresith rabbā. i. in glo. magna sup Gen. sup illud uerbū In principio creauit deus celum ⁊ terrā. Ex quibus habes q̄ doctores tui p̄ trinā iteratōez diuini noīs que sepe fit in scripturis exponūt. q̄ est intelligēda trinitas in diuis secundū tres midoch. s. proprietates quas deo attribuūt.

### Saulus

**E**x predictis ⁊ similibus nō habes intentū tuū cum qz midoch quod ē nomē plurale istius noīs midda significat mēsurā in hebraico que non cōuenit trinitati. qz sapiētia prudentia ⁊ sciētia que in deo ponūtur. s̄m q̄ dicūt p̄dicti doct. intelligēdā esse pluralitatem p̄sonarū quā tu dicis esse in diuinis. ut de se patet. cū pluralitates in diuinis nō sint nisi una res tantū realiter indistincta. tu autē aliter asseris de trinitate p̄sonarū quas dicis esse realiter distinctas ⁊ ideo ex predictis auctoritatibus non concludis quod intendis.

### Paulus

**A**d Primū quod obicis contra probationē meā de ista dictione midda seu midoch tibi sic respondeo. q̄ ueruz ē q̄ hec dicitio significat mēsurā. ⁊ midoch que est ipsius plural significat mēsurā in plurali. ⁊ hoc ē qm̄ hec dicitōes dicuntur de rebus corp̄alibus. sed qm̄ de sp̄ualibus agitur transfumitur hec dicitio midda ad designandū modū propriū rei. seu eius proprietatē. Ratio autē huius transumptōis est quia sicut se habet mēsurā quantitatiua in corp̄ibus inquantū mēsurā adequatur rei mēsurate. sic se hēt proprietās in sp̄ualibus inquantū proprietās adequatur rei cui est propria. Vnde cū de diuinis dicitur midda nullo mō intelligēdum ē q̄ significet mēsurā quantitatiuā. que in deo nullum habet locum. Sed intelligendum est per midda proprietatem diuinā qua deus mēsuratur. Licet enim deus sit inmensus ⁊ infinitus. tamē quedam ita proprie p̄tinēt deo q̄ nulli alteri. ut in effectibus soli deo pertinentibus. ut est creatio. unde talia dicuntur propria deo. quia ipsi quodāmodo adequantur. ⁊ nulli alteri cōpetūt. ⁊ ista dicūtur midda seu midoch dei. i. lingua tua



Nam ut nosti in talmudicis scripturis cū de differētia di-  
 uinoꝝ ad humana agitur. semp utūtur hoc mō loquendi. s.  
 non est midda dei sancti. sicut midda carnis ⁊ sāguinis. s.  
 hominis. Ex quo patet q̄ p hāc dictionē midda intelligūt  
 propriū modū seu proprietatē diuinā. Ad secundā uero ob-  
 iectionē in qua dicit q̄ antiqui tui in illis tribus midoch  
 seu proprietatibus quas deo attribuebāt. nō intelligebant  
 deo attribuere proprietates realr̄ distinctas. nā sapiētia ⁊  
 prudentia ⁊ scientia in deo nō sunt nisi una ⁊ eadē res. Ad  
 hoc tibi respondeo sic. quia licet uerū est q̄ sapiētia pruden-  
 tia ⁊ scientia ⁊ hmōi cū de deo dicūtur. unā ⁊ eandē rē sig-  
 nificāt indistinctā realiter. sed solū ratione. Ipsi tamē doc-  
 tores tui distinctōez realē inter illam esse putabāt. Si enī  
 predictā solam distinctōez rōis esse estimassēt. interposuis-  
 sēt quibus deus creauit mundū. s. potētā ⁊ uolūtātē. non  
 enī mūdus fuisset creatus nisi deus eum potuisset creare. ⁊  
 etiā uoluisset creare eum. sed restrinxerūt se ad numerum  
 ternariū in deo ponendū. quia trina iteratio diuini nomī  
 eos cogit ad ponendā trinitatē distinctā realiter in deo. nō  
 autē in maiori numero quā in ternario. Et circa hoc ē attē-  
 dendū q̄ sicut inter philosophos qui p̄ inquisitionē ratōnis  
 rerū naturas seu ueritates inuestigabāt. multi antiqui fu-  
 erūt ante Aristotelem. opinātes circa principia rerū natu-  
 raliū quedā a ueritate deuia. qui tamē in se ueritatem ali-  
 quā continebāt. ut in primo phisicoꝝ. similiter ⁊ circa feli-  
 citatē humanā quidā antiquoꝝ opinabātur uaria ⁊ min⁹  
 uera. omnia tamē quodāmodo erāt consona ueritati iquā-  
 tū aliquid ueritatis continebāt. ut in primo Ethic. Sic con-  
 tingit in hijs que sūt fidei. que obscure in uet. test. tradun-  
 tur. circa que quidā de tuis expositoribus aliquid uerita-  
 tis sentiebāt. licet deficiebāt a tota cognitōe ueritatis. Vñ  
 in proposito doctores tui inquātū ex trina iteratōe diuini  
 nomīs in predicto uerbo psalmi contēta. aliquā trinitatez  
 in deo intelligebāt. aliquid sapiebāt ueritatis licet inquan-  
 tum trinitatē distinctā solum ratōe ponebāt. deficiebāt a  
 ueritate. fuerūt tamē aliqui de doctoribus tuis qui de hoc  
 misterio trinitatis proprius ⁊ exp̄sius uidētur loqui.

**Saulus**

Allega michi rogo doctores illos quos dicis hoc asseruisse.

**Paulus**

**I**n glo. magna super Gen. que dicitur Veresith rabba. cap. xlii. sic habetur. Rabbi elizar dicit. Non est creatus mundus nisi p uerbū uel cū uerbo dei sancti ⁊ benedicti. sicut dicitur i psalmo. Verbo domini celi firmati sunt. Et sequitur ibidē Rabbi Simeon dicit. Inspirauit uel sufflauit deus spiritum sanctū ⁊ creatus est mundus. sicut dicitur in psalmo. Spiritu oris eius omnis uirtus eorū. Licet in predicta glo. in qua manifeste ponitur distinctio realis i creatore mundi qui est deus. manifestū est q uerbū distinguitur realiter a proferente ⁊ spiritus ab inspirāte. ⁊ tamen hi tres unū sunt. de quibus statim propheta subdit. Congregās sicut in utrem aquas maris loquendo in singulari. Sunt etiā multa alia i dictis eorū que hoc misterū inuūit que causa breuitatis sūt obmittenda.

**C**apitulum Sextum in quo ostenditur q nō repugnat naturali rōni q una ⁊ eadē res sit trina ⁊ una.

**Saulus**

**D**ixi tibi supra q nullo mō ratio natural' tollerat q una ⁊ eadē res sit tres res realiter distincte. ad quod michi uel disti talem responsionē. s. q hoc esset ueruz si una ⁊ eadem res secundū idem esset una ⁊ trina. quod tamē in proposito asseris non sic esse. dicis enim q deus nō secundū idē ē trin⁹ ⁊ unus. Nam dicis q est unus secundū essentiaz ⁊ trinus secundū psonas seu supposita. que quidē responsio modicuz ualet in hoc loco. Nā nō credo q michi negabis q in diuis totum est idē. alias oporteret te concedere q ē ibi aliquid diuersum. quod esset manifeste cōtra diuinā simplicitatez ⁊ unitatē. Si igitur totum est idem in diuinis. necesse ē te concedere q deus est trinus ⁊ unus secundū idem. quod est manifeste contra totam rōez naturalē ut etiā tu cōcedis.

**Paulus**

**E**x quo ego ostendi tibi auctoritates sacras testātes in deo esse pluralitatē ⁊ unitatem. nō est necessariū ad rōes tuas respondere. Hic tamē agimus de scrutino scripturaruz in

quibus multa traduntur que per rationem humanam attingi non possunt. nichilominus tibi respondeo ad hoc quod modo obicitur. ne forte in superbiam incidas si non inuenisses responsum. Circa quod debes attendere quod prout ueritas nostre fidei tradit in pluralitate que in diuinis creditur est deus pater generans et deus filius genitus. Similiter pater et filius sunt unus inspirator. et spiritus sanctus inspiratus. quia impossibile est omnino quod aliqua res generet seipsam. nec aliqua res inspirat seipsam. ideo oportet distinctionem esse realem inter patrem generantem et filium generatum. et inter inspirantem et inspiratum. Ideo in hoc quod presupponis quod in diuinis totum est idem. addendum est hoc. scilicet nisi obuiet relationis oppositio. ut obuiat in proposito. et quod necesse est concedere quod pater non est filius in diuinis. nec pater et filius est spiritus sanctus. et ideo cum assumis in ratione tua quod in diuinis totum est idem. Respondetur tibi quod hoc est uerum modo supradicto. et sic nullum inconueniens est concedere quod deus trinus est secundum personas ad inuicem relatas. unus autem secundum essentiam. et hoc non est secundum rationem naturalem. quia non secundum idem unitas et pluralitas de deo dicuntur. unus. n. dicitur deus secundum essentiam. quod est aliquid. trinus uero secundum relationem que est ad aliquid.

**C**apitulum Septimum in quo ostenditur quod generatio seu paternitas et filiatio que in diuinis esse dicuntur. non sunt intelligenda secundum modum inferiorum creaturarum. sed secundum similitudinem supernarum. scilicet intellectualium. a quibus etiam similitudo accepta deficit a representatione perfecta diuinorum.

### Saulus

**E**xpositio magistrorū tuorū in qua dicunt q̄ Isaias ē ille de quo hic dicitur. Nunc autē misit me. 7c. est manifeste falsa. tamquā fundata in fundamēto falso 7 erroneo. fundatur enī in hoc q̄ anima Isaie 7 anime aliorū prophetarum fuerūt in monte Sinai tempe datōis legis antequā ibi nascerētur. 7 ibidē receperūt prophetias suas. prout 7 ueruz est q̄ tui magistri hoc asserūt in p̄dicta expositōe. sed hoc ē manifeste falsum. nam secundū naturalis rōis dictamen anima rōnalis tūc incipit esse cuz in corpe humano sibi coaptato infunditur. anima enim secundū uerā sui diffinitōnem a prophetis traditā. est p̄fectō corpis phisici 7 organici. ut habetur in. ij. de aīa. Constat autē q̄ illud quod nō ē p̄fectio alicuius non habet esse ante formatōnez illius. et sic patet q̄ p̄dictum fundamentū est falsum. q̄ autē sit erroneū patet. Nam hoc est cōtra sacre scripture testimoniū Legitur enī Zach. xij. Ego dominus formās spirituz hoīs in medio eius. quod uerbū exponitur a Rab. cabadia et a Rab. quinhī cōformiter ad p̄dictā diffinitōz anime. dicūt enī q̄ per hoc quod dicitur. formās spiritū hoīs in medio eius. intelligitur q̄ creator creat animā cum p̄fectōne figure corpis humani. 7 est cōmunis expositio p̄dicti uerbi Hoc etiā consonat huic quod dicitur Gen. ij. Formauit igitur deus hominē de limo terre 7 inspirauit in faciem eius spiraculū uite. 7 factus est homo in animā uiuentem. Ex quo patet q̄ anima creatur 7 infunditur in corpe humano formato. 7 sic patet q̄ nullo mō de Isaia potest intelligi illud quod dicitur. a tempore quo fuerant ibi eram. quod intelligitur a tempe datōis legis secundū omnes. nec etiā quod ibi legitur immediate ante. s. non a principio in abscondito locut⁹ sum. potest de Isaia intelligi. nec de aliquo hoīe puro nisi solum de deo legis datore. Doctores enī tui in libro qui dicitur Mequilea Exo. xix. Venerūt in deserto sinai 7 castrametati sunt in deserto. 7 expresse dicūt q̄ hoc

quod dicitur per Isaias . Non a principio in abscondito locutus sum . intelligitur de datōe legis que publice fuit data . et est sentētia cois omnium expositoꝝ tuorū . Ex quo sequitur manifeste q̄ illud quod immediate in eodē contextu dicitur . s. nunc dominus misit me et spiritus eius . intelligatur de illo qui non a principio in abscondito locutus ē . et . quod non nisi de uero deo intelligi potest . Ad hoc aut̄ quod dicitis me presupponere quod non probo . s. q̄ uerus deus missus est per assumptōez carnis . et . uerū dicitis q̄ hoc nō tibi probaui uiqz nunc . sed hoc p̄ dei gratiā probaturus suz in sequēti uis . ubi de diuinitate xp̄i est agendū . Ad tertiuꝝ uero quod dicitis q̄ sunt quedā in p̄dicta auctoritate precedentia et sequētia . que nullo mō consonāt mee expositioni . exprime illa et deo duce sufficiēter respondebo tibi .

### Saulus

**A**ntequā de alijs p̄cedētibus et sequētibus cōtra te obiciāz uolo tibi ostendere q̄ hec uerba que allegas secundū te exposita faciūt manifeste cōtra te . Vis enī ex istis uerbis . s. nunc dominus deus misit me et spiritus eius inferre . q̄ in diuinis sunt tres p̄sone distincte . s. deus mittens . et spiritus sanctus mittens . et filius dei missus . Sed si bene attendis ex his uerbis sequeretur q̄ quatuor sūt persone in diuinis quod ut credo tu etiam nō admitteres . Primū assumptū patet . nam in p̄dictis uerbis bis primo noīatur deus . non enī dixit . et nūc dominus misit me . sed . et nūc dominus deus misit me . Ecce duo . Dicitis etiā q̄ ille missus est deus . et sic sunt tres persone . dicitis etiā q̄ in hoc quod sequitur . et spūs eius . exprimitur alia p̄sona diuina mittēs . quā etiā asseris deum mittentē . et sic secundū te sunt quatuor p̄sone diuine quod tu ut credo nullo mō admitteres .

### Paulus

**D**ixi tibi q̄ cuz de hoc misterio sancte trinitatis ageretur oporteret diligenter scrutari sacra eloquia . nō autē sup̄ficietenus . Vnde in proposito debes attendere formā in qua illa duo nomina ponūtur . s. illa pro quibus in translatione nostra habetur . dominus deus . primū enī nomē quod ponitur ibi est adonai scriptū cum his litteris . a . d . n . p̄ . Cuius quidē nomis propria significatio est dominus deus .

Secundū nomē quod ibi ponitur est nomē domini *Tetra-*  
*gramathon* quod ē nomē dei propriū incōmunicabile crea-  
 turis. quod quidē nomē scribitur cum alijs litteris a pre-  
 dictis scilicet. *Y. h. n. h.* Unde si proprie transferantur hec  
 nomīa secundū ueritatē hebraice lingue dicentur sic. *7 nūc*  
*dominus meus. Y. h. n. h. misit me.* *7 sic illa duo noīa quo-*  
*rū unū est propriū diuinū. 7 aliud ē nomē adiectiuū nul-*  
*lo mō significāt duo supposita. sed tantū unū. 7 ideo ratio*  
*tua non facit cōtra me. ex illis duobus nominibus primis*  
*habemus unū suppositū. s. psonā p̄ris in hoc quod dicitur*  
*misit me. habemus secundū suppositū. s. psonā filij missi.*  
*in hoc quod dicitur. 7 spūs eius. habemus tertium supposi-*  
*tum. s. psonā spūs sancti. Unde in hac auctoritate nō soluz*  
*tres psonē diuine exprimūtur distincte. sed etiā ordo earū*  
*ostenditur. 7 ideo si habes alias obiectōes litterales cōtra*  
*meam expositionē propone eas ut uideamus cuius ualors*  
*sint.*

**C**apitulum Decimūquartum in quo exponitur auctori-  
 tas *Isaie* supradicta extente. ut ex illa sane intellecta inten-  
 tum probetur supradictum.

### Saulus

**S**i bene scrutentur p̄cedētia *7 sequētia* hanc auctoritatem  
 quam allegas. maīfeste patet q̄ propheta nō loquitur hic  
 de messia seu x̄po uenturo. sed de *Ciro* qui populuz *Israhel*  
 redemit de *Babilonica* captiuitate. Legitur enim statim  
 ante predicta uerba que allegas. *Dominus dilexit eum fa-*  
*ciet uoluntatem suam in Babilone 7 brachiū suū in Cal-*  
*deis. ego locutus sum 7 uocauī eum adduxi eum 7 directa*  
*est uia eius. Que quidē uerba secundū omnes expositores*  
*tā catholicos quā hebreos exponūtur de *Ciro*. quez de<sup>o</sup> di-*  
*rexit ad faciendum uoluntatem suam in Babilone educē*  
*do populū suū de illa captiuitate. ad quod uocatus fuit*  
*a deo. habetur *Ysa. xlv. cap. 7 prosperatus in uia. ut habe-**  
*tur *Esdre* primo. 7 sequitur statiz. *Accedite ad me. 7c. que*  
*est auctoritas p̄ te allegata. Post autē dictam auctoritatē*  
*cum quibusdā que sequūtur ad illam p̄tinētibus sequitur*  
*in littera. *Egrediemī de Babilone fugite a Caldeis in uoce***

351  
exultatōnis ānuntiāte audituz facite hec . offerre illud ad  
extremū terre . 7 dicite redemit dominus populū suuz Ja/  
cob . Que quidē uerba ab omnibus exponūtur ad līam de  
redemptione a Babilonica captiuitate . non autem de re/  
demptōe p messiam spectata . Vnde inconsonū est ueritati  
littere q̄ auctoritas tua que inter p̄cedētia 7 sequētia po/  
nitur . exponatur de messia 7 de redēptōne sua . prout tu be/  
ne intendis . sed magis cōueniēter exponēda est de eadez re/  
demptōe Babilonica . ad quā ānuntiandā Isaias ibidez di/  
citur missus a deo . cum dicitur . domin⁹ misit me . 7c . que  
quidē ānuntiatio fiebat a propheta per spiritū propheticū  
dei . de quo dicit . 7 spūs ei⁹ . 7 sic p̄ q̄ hec expositio ē magis  
consona littere cum cōueniētius cōtinuatur cū p̄cedētibz  
7 sequētibus mō predicto quā expositio tua .

### Paulus

**U**t ueritas expositōis mee magis elucescat uolo tibi expo/  
nere predictā auctoritatē p me allegatam cum p̄cedētibus  
7 sequētibus seriose ad līam . Ad cuius declaratiōnē p̄mit/  
tendū est q̄ in sacris eloquijs . p̄sertim propheticis sepe fit  
transitus seu translatio de una materia ad aliam sibi simi/  
lem . 7 specialiter cū una sit figura alterius . uel habet euz  
eo aliquā correspondentiā . sicut mēbra ad caput 7 ecōtra .  
Vnde ysa . xiiij . cū propheta loqueretur de principe Babi/  
lonis qui in tyrannica 7 superba potestate 7 casu horribili  
quodāmodo assimilatur lucifero . s . primo angelo de celo  
cadēti . intantū q̄ censendus erat mēbrū eius 7 ipsius figu/  
ra . Idcirco in eodem contextu propheta de uno transit ad  
aliū . ut patet in cap . supradicto . Vñ in proposito Isaias  
prophetādo de redemptōe populi Israhelitici a captiuitate  
Babilonica p Cirum ab ipso deo ad hoc uocatū . transit ad  
prophetandū de alia redēptōe longe digniori 7 remotiori  
in tempe que tūc fiende erāt p messiam seu xpm . Que qui/  
dē due redēptōes licet in hoc cōueniebant q̄ utraqz fienda  
erat p dei potētā . que hostes populi sui opprimebat . Sīr  
p dei misericordiā . qua populo suo miserebatur . propter  
que de una transit propheta ad aliam . In multis tamen  
hee redēptōes inter se differebāt . 7 specialiter in hoc . s . q̄ re/  
demptio Babilonica facta fuit uirtute diuina p Cirū suū

ministrū absq; miraculoꝝ opatione. sed mundo suo cursu naturali incedente. Redemptio uero secunda que per xpm erat fienda in miraculis a deo supnaturaliter factis implēda erat per totū. Quibus premissis littera sic uidetur exponēda ab illo loco in quo dicitur. Audi me Jacob. 7c. Ibi enī ē q̄daz distinctio capitularis ī hebreo. ubi propheta locuturus de p̄dictis duab; redēptōib; q̄ in aliquo cōueniūt 7 tamē in multo magis differunt p̄mittit. Audi me Jacob 7c. ut attentiores exerceret audiētes. 7 sequitur. Ego ipse. ubi in hebreo habetur. Ego sum ad denotandū q̄ ipsi⁹ dei esse seu essentia p se consistit. 7 nullo mō ab alia dependet. 7 sequitur. Ego primus 7 ego nouissimus. ad denotandū ipsius eternitatem. que omnē duratiōē tempis excedit. et sequitur. Manus quoniā mea fundauit terram. 7 dextera mea mensa est celos. ad ostendendū q̄ mundus est creatus ab ipso deo. 7 a nullo alio. 7 mundi partes ad inuicē ab ipso deo sunt proportionate. 7 sequitur. Ego uocabo eos. in hebreo habetur. Ego uoco eos 7 stabunt simul. ad denotandū q̄ gubernatio mūdi p ipm deū creata ē ab ipso deo creatore suo. Que quidē oīa supradcā propheta p̄mittit ad hoc ut oīdat q̄ liberatio ppli dei a Babiloica captiuitate. de qua statī erat locuturus. futura erat secundū diuīaz ordinationē. qua ipse deus creauit mundū 7 eū gubernat. nullo iterueniēte miraclo supnaturaliter facto. Quod autē ista liberatio sit a deo preordiāta probat seu psuadet p hoc q̄ deus liberationē p Cirum futurā ante p prophetam p̄dixit 7 nullus alius. Ex quo patet q̄ sicut illa liberatio in sola dei p̄sciētia exitebat. sicut in sola eius potentia. Vnde subdit. Congregamī omnes uos. i. gentes omnes que diuersis idō. ~~on~~ cultib; subiacebāt. Et sequitur. Audite quis de eis ānuntiāuit hec. q. d. hoc nullus ānuntiāuit antequā fieret nisi solus deus. cuius potentia 7 ordinatiōe factum fuit. 7 sequitur. Dominus dilexit eum. s. Cirum quem ad dignitatem monarchie promouit. ut populum suū liberaret a captiuitate Caldaica. Vnde sequitur. Faciet uoluntatē suā s. in Babilone puniēdo Caldeos 7 Iudeos inde liberādo. 7 sequitur. Ego locutus sum 7 uocaui eum 7 adduxi eū. di/recta est uia eius. ad ostendendum q̄ tota proprietas Ciri

fuit a deo prouisa et intenta. ut liberationem populi per ipsum  
iuxta diuinam ordinatorem impleteret. et hoc contra idolatras  
qui homini prosperitatem attribuerunt idolis suis. Unde dicitur  
supra eodem cap. Antequam ueniret indicaui tibi ne forte  
diceres idola mea fecerunt hec. sculptilia mea et conflatilia  
mandauerunt ista que audisti. sequitur. Accedite ad me. et  
Circa quod attendendum est quod postquam propheta annuntiauit  
liberationem populi a Caldeis per Cirum diuina uirtute facta  
sine miraculorum operacione. nunc ab ea transit ad liberationem.  
que tunc futura erat per christum uerum deum et hominem. Que  
quidem liberatio. scilicet secunda facta fuit per ipsum deum redemptorem  
per maxima miracula a deo facta supernaturaliter. Et  
ideo sicut Isaias locutus est de prima redemptioe que non supra  
cursum naturalis facta est. promissit magnalia que deus fecit in  
mundi creatione et gubernatione. que non supernaturaliter  
sed cursu naturali per potentiam dei infinitam facta fuerunt. Sic  
propheta locuturus de secunda redemptioe que per miracula  
supernaturaliter facta effecta est. promittit de illis que a deo  
supernaturaliter facta fuerunt. et specialiter circa gubernationem  
populi dei. de quorum miraculorum numero datio legis in  
sinai in qua deus est locutus tante multitudini publice et  
palam in maximum reputatur miraculum. Unde Deuter. iij.  
de hac materia sic legitur. Interroga de diebus antiquis  
qui fuerunt ante te ex die quo creauit deus hominem super ter-  
ram a summo celi usque ad summum eius. Si facta est aliquando  
huiusmodi res aut unquam cognitum est ut audiret populus  
uocem domini loquentis de medio ignis sicut tu audisti. et  
de hoc dicit propheta. Accedite ad me audite hec. quod dicitur ea que  
locutus sum maxima a deo supernaturaliter facta sunt. Unde  
requirunt maiorem attentionem. sicut illa que homo audit a pro-  
pinquo attentius intelligit. Non a principio in abscondito  
locutus sum. quod coiter exponitur tam a doctoribus nostris  
quam tuis de datione legis in monte sinai. in qua totus popu-  
lus audiebat uocem domini loquentis. ut habetur Exo. xx  
Et dicitur hec datio legis fieri a principio. quia in illa ince-  
pit populus Israeliticus deo applicari in peculiaris popu-  
lum recipiendo obedienter mandata sua. ut habetur Exo. xix.  
Que quidem uerba non possunt uerificari de Isaias nec de ali-  
quo puro homine. sed de ipso deo qui legem dedit. et sic in/



telligunt etiam doctores tui. et sequitur. Ex tempe antequam  
 fieret ibi era. ubi in hebreo habetur. a tempe quo fiebat ego  
 sum. quod intelligitur de ipso deo. qui loquendo populo modo  
 predicto ibi erat. quod non potest intelligi de Isaia. qui nondum  
 erat natus nec anima eius creata. ut iam ostensum est. Et  
 sequitur in eodem contextu et uersu nulla differentia interposi-  
 ta. Et nunc misit me dominus et spiritus eius. quod non potest  
 intelligi plane. nisi de quo continue et immediate propheta  
 loquitur. scilicet de deo. Et sic habetur quod deus qui legem dedit in  
 sinai loquendo populo non in abscondito. postea missus est a  
 deo et spiritu eius. quod erat intentum. et ut magis ostendat  
 propheta quod uerba predicta sunt uerba dei a deo missi. Inme-  
 diate subdit. Nec dicit dominus redemptor tuus. scilicet deus ille  
 qui missus est a deo et spiritu eius ad tuam redemptionem et sanctifi-  
 cationem. De quo dicit sanctus Israel. Ego dominus deus tuus  
 docens te utilia. quod intelligitur sic. Nam redemptor noster  
 non solum dedit precepta que sunt necessaria ad querendum beati-  
 tudinem. sed etiam consilia. que ad hoc non sunt necessaria. sed  
 tantum utilia. inquantum per ea melius et expeditius homo possit  
 consequi predictam beatitudinem. gubernans te. in hebreo habetur  
 ducens te in uia qua ambulas. quia gesta ipsius redempto-  
 ris ducatum prestat homini ad hoc ut in hac uita que est uia  
 dirigatur ad terminum beatitudinis. et sequitur. Utinam at-  
 tendisses mandata mea. et facta fuisset sicut flumen pax tua  
 quod intelligitur dupliciter. Unum modo referendo hec uerba ad  
 quod dixerat statim ante. doceam te utilia. quod dicitur. et si docui-  
 te utilia. scilicet consilia que non important necessitatem. sed utili-  
 tatem in consequendo expeditius beatitudinem. tamen utinam  
 attendisses mandata mea. scilicet precepta que necessitatem impor-  
 tant. quia hoc suffecisset tibi ad salutem. per quam pax perpetua  
 habetur atque perpetua. de qua dicit. Facta fuisset sicut flumen  
 pax tua. etc. Alio modo possunt exponi predicta uerba. scilicet. Utinam  
 attendisses mandata mea. referendo ea specialiter ad phariseos  
 quibus Christus dedit duo mandata que si seruassent habuissent  
 pacem temporalem et etiam spiritualem. Christus enim interrogatus  
 a phariseis seu herodianis si licet tributum dare cesari. Re-  
 spondit non consulendo. sed potius precipiendo. que sunt cesa-  
 ris date cesari. et que sunt dei date deo. Que quidem mandata  
 non seruauerunt sed utriusque transgressi sunt. rebellauerunt

enim Romano imperio. 7 sic nõ dederūt que erant cesaris cesari. per quod amiserunt pacẽ tempalem. quia uenerunt Romani 7 destruxerūt locum 7 gentẽ. ut patet in historia Iosephi de destructõe Iherusalez 7 populi Iudaici p Tituz 7 Vespasianũ. Suerūt etiã transgressi secundũ mandatũ. s. que sunt dei date deo. recedendo a xpo tã in credendis quã in agendis. 7 sic amiserūt pacem eternam 7 supnaz. Vnde de prima pace subdit. Facta fuissz sicut flumen pax tua. qz pax tempalis ẽ transitoria sicut flumẽ. De secunda autẽ dicit. Et iustitia tua sicut gurgites maris. Iustitia enĩ que ẽ p fidẽ xpi est iustitia suphabũdãs sicut gurgites maris. 7 etiã ppetua sicut gurgites maris nõ deficiũt. Habes igitur ex p̄dictis expositionẽ lĩralem p̄dicte auctoritatis quã tibi allegaui. s. dominus misit me. 7c. In qua trinitas in diuis exprimitur cum exp̄ssione tertie p̄sone. s. sp̄s sancti. Que quidẽ expositio consona est precedentibus 7 sequentibus. ut dictum est.

### Saulus

**A**udio expositionẽ tuã circa predictam auctoritatez. Isaie sed uideo q̄ expositio tua facit contra te. Dicit enim q̄ lex n̄ra que data fuit in sinai. fuit data a filio dei quẽ tu deuz uocas. Vnde dicit q̄ de illo solo uerificatur. nõ a principio in abscondito locutus sum. Ex quo sequitur q̄ nõ fuit illa lex data a tota trinitate. quã tu asseris esse in diuinis. 7 p consequens non fuit data a deo qui creauit celum 7 terrã 7 qui eduxit Iſrahelem de Egipto. non enĩ dubito te cõcedere q̄ tota trinitas creauit mundũ. 7 eduxit Iſrahele de Egipto. 7 sic si bñ consideras expositio tua tibi ipsi contra dicit.

### Paulus

**I**ndubie concedo tibi q̄ sancta trinitas que est unus deus creauit mũdũ. similiter 7 eduxit Iſrahele de Egipto. 7 etiam legem dedit moisi. Nam secundũ ueram fidẽ catholicã opera sancte trinitatis indiuisa sunt ab extra. Distinctio enim p̄sonaz in diuis solum ẽ secundũ relatões originales. que ab intra tantũmõ sunt. cum hoc tamẽ stat q̄ in sacra scriptura opera diuina appropriãtur certis p̄sonis. sicut illa que ptinẽt ad potẽtiã appropriãtur deo patri. 7 illa que

ad sapientiā appropriatur filio. similiter que ad bonitatē appropriatur spiritui sancto. 7 quia datio legis ptinet ad sapientiaz. ideo appropriatur filio. non intelligendo q̄ sit proprium filij. sic q̄ non sit cōmune toti trinitati. Differentia enim est in hac materia inter appropriatōez 7 propriū. sed de istis ad presens nō est curanduz circa te. donec aliquāliter sis illuminatus in fide.

**C**apitulum Decimūquintū in quo ostenditur p̄ aliquas auctoritates q̄ spūs sanctus est deus. cōtra hebreos qui spiritū sanctū in scripturis contentū dicūt esse creaturā. 7 spiritualiter exponūt illud uerbū Gen. primo. Spiritus dñi ferebatur sup aquas.

### Saulus

**A**dhuc nō plene probas michi q̄ spūs sanctus sit deus. nos enim bene credimus spiritum sanctū esse aliquid a deo creatum. quod ē quid sanctissimū. de quo. ps. Spiritū sanctū tuū ne auferas a me. qui quidez spūs sanctus loquitur in prophetis. Juxta illud. ij. Reg. xxiiij. Spūs dei locutus est in me. s; q̄ ille spūs sanctus sit uerū deū nō credim⁹. nec auctoritates p̄ te allegate hoc plene ostendūt.

### Paulus

**E**x quo spiritū sanctū credis esse. quē etiā credis fuisse locutum in prophetis. prout auctoritates per te allegate testatur. ex cōsequēti debuisses ipsum credere deū uerū esse. uel aliquā substantiā intellectuāle creatā corpe sepatā. s; nō est uicenduz q̄ sit aliqua substantia intellectualis creata sepatā a corpe. quia sic esset angelus uel anima alicui⁹ beati sepatā. sed non primū. quia secundū philosophoz inquisitionē. nec etiā secundū testimoia sacraz scripturaz hētur q̄ sit aliqua substantia intellectualis creata sepatā a corpore nisi solum angeli. nec secundū tu etiā cōcederes. 7 sic remanet q̄ spiritus sanctus de quo scriptura loquitur sit deus. prout etiā auctoritates p̄dicte per me allegate satis ostendūt. sed ad maiōrē habundantiā adhuc ostendam tibi auctoritates. quibus cōcedere cogaris q̄ spūs sanctus ē deū per quas auctoritates plane ad līam spiritui sancto attribuitur illud quod solius dei est. manifestū est enim apud

doctores nostros. 7 etiam tuos q̄ solius dei est esse ubiq̄  
p̄ essentia p̄sentia 7 potentia. Nam hoc p̄tinet ad infinitate  
essentie 7 potentie diuine. que nulli creature cōpetit. cum  
quelibet creatura sit finita. Psalmista tamē esse ubiq̄ at/  
tribuit spiritui dei. qui est sp̄s sanctus. Vnde in psalmo  
qui incipit. Domine probasti me 7 cognouisti me. 7c. dici  
tur. quo ibo a spiritu tuo. 7 quo a facie tua fugiā. si ascen/  
dero in celum tu illic es. 7c. Ex quo patet q̄ sp̄s dei ē ubi  
q̄. tamquā ipse deus. Similiter Job. xxxij. legitur. Sp̄s  
dei fecit me 7 spiraculū omnipotentia uiuificauit me. Con  
stat autē q̄ facere hominē 7 uiuificare eum solius dei est.  
Doctores etiā tui antiqui de spiritu sancto q̄nq̄ loquētes  
attribuunt ei ea que ad solū deū p̄tinet.

### Saulus

**A**llega illos doctores nostros hoc dicentes.

### Paulus

**I**n libro illo qui dicitur Veresith Rabba que est glo. mag/  
na sup̄ Gen. illud v̄bū. Spiritus dñi ferebatur sup̄ aquas  
Queritur. quis est ille sp̄s dei de quo dicitur. Et spiritus  
ferebatur sup̄ aquas. Et respondetur. Hic ē sp̄s messie. de  
quo in Isaia legitur. Et requiescet super eum sp̄s domini  
spiritus sapientie 7 intellectus. 7c. Psa. xj. Hec in glo. p̄dic/  
ta tā maiori quā minori. Item in p̄dicta glo. Gen. xlij. le/  
gitur Rabbi Simeon dicit. Quid ē illud quod dicitur in  
psalmo. Spiritu oris eius omnis uirtus eoz. hoc ē. inspira  
uit deus sanctus 7 b̄dictus spiritū oris sui 7 creatus est  
mundus. Ex quibus 7 multis similibus p̄z propositū.

### Saulus

**I**lla glo. quā allegas sup̄ illud uerbū. sp̄s domini fereba  
tur sup̄ aquas modicū facit pro te. possum enim responde  
re q̄ sp̄s messie est anima eius. Sepe enī in scripturis aīa  
humana dicitur spiritus. Vnde Zachee. xiiij. Ego dominus  
formās spiritū hominis in medio eius. quod intelligitur de  
anima. Constat autē q̄ etiā secundū te aīa xp̄i seu messie n̄  
est deus. nec etiā illud quod dicitur. sp̄s domini ferebatur  
sup̄ aquas. intelligendū est de ipso deo. tamē quia cuz deus  
sit omnino imobilis. non potest uerificari de ipso q̄ fere/

batur quia hoc importat motu. tamen quia si p hoc quod dicitur hic. spūs dei. intelligitur ipse deus. quem dicit esse tertiam personā in diuinis. Incōueniens enī esset q̄ in creatōe mundi fieret mentio de filio dei. quem dicit esse secūdam psonā. Ad auctoritatē secundā quā allegas ipsius Rab Simeon. nichil aliud occurrit v̄fidū nisi illud quod supra cōtra eam dixi. ad quod p te fuit responsum.

**Paulus**

**C**oncedo tibi q̄ anima xp̄i nō est deus. sed ē anīa humana. que creata fuit in eodē instanti quo infusa fuit in corpore xp̄i humano. sicut dictum est 7 ostensuz supra de alijs aīa bus humanis. 7 non antea. Et ideo de ipsa non potest dici q̄ ferebatur super aquas in exordio creatōis mundi. cum protunc nondū fuisset in esse producta. Ad aliud v̄o quod obicis dicens q̄ hoc dictum ferebatur nō potest dici de deo ad quē nullo mō ptinet moueri. Possē tibi r̄ndere. Vno mō q̄ licet ueruz est q̄ deus sit omnino immobilis. tamen sepe in scripturis de deo dicitur aliqua uerba quoruz propria significata non possunt esse sine motu. ut cū dicitur. Descendit deus sup montē sinai Exo. xix. Et in psalmo. Ascendit deus in iubilo. 7 in multis alijs locis. Que quidem uerba. s. ascendere 7 descendere. cū de deo dicitur intelligūtur nō proprie sed methaphorice dicta. Vnde in proposito cum dicitur. spūs dei ferebatur. non debet intelligi q̄ ferebatur p motuz localem. sed methaphorice. s. q̄ spūs dei. i. spūs scūs cui bonitas 7 amor appropriatur. afficiebatur ad pficiendā pfectionē aquaz. s. omniū entīū productaruz h̄que enī iuxta seriem l̄re illius capituli. omnia entia corporalia in primordio producta cōtinebāt. Et licet p̄dictorum uerboz sententia hoc mō posset haberi. tamē aliter 7 magis proprie iuxta ueritatē hebraicā exponi possūt. Circa quod attendendū q̄ ubi nostra translatio dicit. spiritus domini ferebatur. in hebreo habetur quedā dicitio q̄ sonat meraphephet. quod in lingua n̄ra idem significat quod incubare in similitudinē uolucris oua suo colore animātis. Idem enī uerbū ponitur Deut. penult. ubi dicitur. Sicut squila prouocās ad uolandū pullos suos 7 super eos uolūtans. ibi in hebraico habetur. sup eos perahēff. i. incubās

Vnde in proposito. quia spūs sanctus uiuificator omnium  
a principio dicitur. de quo in. ps. Emitte spiritū tuū et cre-  
abūtur. Idcirco in rerū exordio. sicut deo patri attribui-  
tur uiuificatio rerū. que quidē uiuificatio potest intelligi  
secundum motū primi mobilis. Nam motus s̄m philoso-  
phum. iij. phisicorū est uita rerū naturalium. motus autē  
primi mobilis est primus et p̄cipuus. i. quo omnes motus  
regulātur et mensurātur tamquā a prima omnium motuum  
mensura. qui quidē motus rerū uiuificatiuus naturalium  
est a deo tamquā a primo mouente principaliter creatus.  
Vnde in primordio creatōis rerū naturalium de hoc primo  
motu tamquā de uita rerū naturalium fit mentio. attribuē-  
do ipsum motū deo in p̄sona spūs sancti. cui appropriatus  
est uiuificare ut dictū est. et ex ista expositōe tollitur quā-  
dam admiratō. que animū nō modicū pulsāt. s. quomō iter pri-  
mo creata fit mentio de tempe. cum dicitur. Factū ē uespe  
et mane dies unus. et de motu nulla uidetur fieri mentio.  
motus tamē est prior tempe naturaliter. que quidē admi-  
ratio tollitur p̄ p̄dictā expositionē. nam secundū eam pri-  
mo fit mentio de motu quā de tempe. ut dictū est. Ad Tertium  
uero quod obicitur contra expositōz sup̄ illud uerbū. spūs  
domini ferebatur. dices q̄ incōueniēs esset dicere q̄ in cre-  
atōe mundi fieret mentio de spū sancto qui ē tertia p̄sona  
Ad hoc tibi respondeo q̄ uerum dicitur in hoc. s. q̄ conueni-  
ens est ut in creatōe mūdi qui est primus et principalis ef-  
fectus diuinitatis. sufficiens mentio fiat tacita uel expressa  
de distinctōe diuinaz p̄sonarū. sed si recte scrutatus fueris  
sensuz p̄dictorū uerborū. s. In principio creauit deus. et c. usq̄  
ibi. spūs domini ferebatur sup̄ aquas. inuenies q̄ fit men-  
tio sufficiens de tribus p̄sonis diuinis. ipsas inueniedo saltem  
sacras scripturas recte et diligēter scrutāti. Ad cuius decla-  
rationē presupponere debes q̄ secundū ueritatē fidei nō so-  
lum nostre sed etiā tue. deus est causa omnium rerū creatarū  
per suū intellectū et uoluntatē. sicut artifex est causa artu-  
ficatorū inuentorū p̄ ipsum. Dicit enī scriptura. Omnia que  
cūq̄ uoluit deus fecit. uelle at̄ p̄supponit cognoscere. Stat  
autē q̄ artifex p̄ artē quā habet in suo intellectu conceptā  
et p̄ amorē sue uolūtatis relatū seu applicatuz ad suū opus  
producendū opatur. Ex quo ulterius consideranduz est q̄

deus p̄ opatus est. deinde creaturā p̄ suū uerbū seu sapien-  
tiam conceptā. quod est filius. ⁊ per suū amorē quod ē spi-  
ritus sanctus. ita tamē q̄ nō intelligatur q̄ creare sit pro-  
priū alicuius p̄sone diuine tantū. Omnia enī opa trinitatē  
ab extra sunt indiuisa. ut supra dictū est. sed sic intelligen-  
do q̄ causalitas creatōis attribuitur p̄sone p̄ris per modū  
efficiētis. ⁊ persone filij attribuitur per modū cause exem-  
plarī. spiritui uero sancto hmōi causalitas attribuitur p̄  
modū amoris seu effectus ad res creatas producēdas. ⁊ iō  
sacra scriptura recte innuit personā patris. cui causalitas  
creatōis attribuitur per modū efficiētis cū dicitur. Crea-  
uit deus celum ⁊ terrā. Innuit etiā p̄sonā filij cui causali-  
tas creatōis attribuitur per modū exemplaris. cū dicitur  
In principio. quod idem est ac si dicat in uerbo seu in sapiē-  
tia. prout alibi in sacra scriptura inuenitur. ⁊ etiā quidā  
de magnis doctorib; tuis sentiūt. Innuit etiā in sacra scri-  
ptura personā spūs sancti. cui attribuitur causalitas crea-  
tōis p̄ modū amoris seu uoluntatis. per hoc quod d̄r. spūs  
domini ferebatur sup aquas. ut supra expositū est. Ex qui-  
bus recte consideratis reperies processiones p̄sonarū in di-  
uinis super rōes productorias rerū creatarū inquantūz in-  
cludūt essentialia attributa diuina. s. potentiā que appro-  
priatur p̄ri. scientiā que appropriatur filio. ⁊ uoluntatez  
que appropriatur spiritui sancto. ut per doctores nostros  
ista plenius elucidātur.

**Capitulum Decimūsextū in quo ostenditur q̄ p̄ hoc quod  
dicitur. In principio creauit deus. intelligendū ē in sapiā a  
deo cōcepta per quā deus mundū creauit.**

### Saulus

**O**stende mihi unde habes ex sacra scriptura uel a doctori-  
bus n̄ris q̄ in hoc quod dicitur. In principio creauit deus  
intelligatur in filio uel in uerbo seu in sapientia a deo con-  
cepta. mirabile enī ē in ocul' meis si posses hoc reperire.

### Paulus

**H**oc quod queris habes expresse in glo. Rab. moi. gerūdēsī  
qui inter ceteros expositores tuos dicitur inter uos magis  
esse eruditus in secretis diuine legis. qui quidē Rab. moi.

sup illud uerbū. In principio creauit deus celum discipulo  
seu auditori suo. sic alloquitur. Si merueris intelligere se/  
cretū huius dictōis Veresith. s. in principio. cognosces q̄ se/  
cundū uisā ueritatis scriptura loquēs de inferioribz inuit  
in sublimibus. Dicitio enī Veresith. i. in principio inuit  
in sapiētia. que est principiū principioꝝ. ⁊ ideo in transla/  
tione Iherosolimitana in loco ubi dicitur Veresith seu in  
principio. habetur in sapientia. Nec ille. Ex qua auctorita  
te habes intentū meū supradictū.

### Sanctus

**A**dhuc ex illa glo. Rab. moi. non habetur q̄ illa sapientia  
que signatur cū dicitur ueresith seu in principio sit a deo  
concepta. sic ut distinguatur realiter ab ipso deo concipiē/  
te. hoc enī requiritur ad hoc q̄ talis sapientia dicatur uer/  
bū conceptū seu filius genitus. prout tu oñdere p̄sumis.

### Paulus

**N**ille sapientissim⁹ Salomon uolēs de sapiētia a deo genita  
aliquid loqui. ad excitandā audientū de tanta re attentōz  
in p̄sona ipsius sapiētie sic p̄mittit in. viij. prouer. Audite  
quia de rebus magnis locutura sum. q. d. ista que dicitura  
sum maxima sunt ⁊ auditu digna. ad Ro. iij. Fides enī ē  
ex auditu. Doctores enī tui cū loquūtur de aliqua re que  
a deo fuit eis uel p̄ribus reuelata. semp̄ consueuerūt dicere  
hoc habetur ex auditu seu ex ore auditus. unde ⁊ sapiens  
proprie dicebat. audite. q. d. ex auditu ista habētur nō ex  
inquisitōe. ⁊ sequitur. de rebus magnis locutura sū. ⁊ p̄m  
aliā translātōnez dicitur. audite quia principalia loquar  
Principia enī cuiuslibet sciētie que sunt principalia in ip̄a  
p̄supponūtur tamquā uera. ex traditōe seu ex auditu alio  
ris sciētie. ut ph̄s in posterioribz dicit. Et iō principia seu  
principalia doctrine diuise oportet q̄ p̄supponātur tanquā  
uera ⁊ probata ex auditu altioris sciētie. que quidē sciētia  
est sciētia diuina. p̄ cuius reuelatōez talia principia h̄ntur  
Consequēter infra eodē cap. sapiētia p̄dicta quibusdā inter  
ponitur que pertinet ad cōmendatōez ipsius. docet que et  
qualia sūt hec principalia seu magne res. de quibus locutu  
ra erat sic dicens. Deus possedit me in resith. i. in initio ui  
arū suaz antequā quicquaz faceret a principio. ab eterno



ordinata sum. et ex antiquis antequam terra fieret. nondum erant abissi et ego iam concepta eram. necdum fontes aquarum erupant. necdum montes graui mole constituerant. ante colles ego peruriebar. adhuc terram non fecerat et flumina et cardines orbis terre. quando preceperat celos aderam. quando certa lege et giro uallabat abissos. etc. usque ibi. cum illo eram cuncta componens. Ex quibus diligenter consideratis habes manifeste quod aliqua sapientia erat cum deo ante mundi constitutionem. que quidem sapientia erat concepta a deo. non creata seu facta. et erat cum deo cuncta componens. scilicet omnia que in primordio rerum fuerunt a deo creata. que omnia fere in predicta auctoritate tanguntur. que quidem sapientia ante mundi constitutionem erat semper cum deo et a deo concepta. et per quam deus fuit cuncta componens non potest esse nisi deus. alioquin sequeretur quod non solus deus esset creator mundi. sed deus et illa sapientia per quam mundum creauit. et sic essent duo creatores mundi. quod nephas est apud te sicut et apud nos.

### Saulus

Antequam aliquid dicam contra hoc quod asseris de sapientia a deo concepta. uolo tibi ostendere quod translator tuus non uere translulit quandam dictionem in predicta auctoritate contentam. in qua quidem dictione magna uis tue rationis consistit. ubi enim dicit translator tuus. cum illo eram cuncta componens. in ueritate hebraica dicitur. cum illo seu apud illum eram amon. hec autem dicitio amon licet habeat multas interpretationes. in nulla tamen signat cuncta componens. unde ex ueritate lingue non habes ex predicta auctoritate. quod sapientia illa quam dicis a deo esse conceptam sit cum deo uel apud deum cuncta componens. et sic dicendum est quod illa sapientia de qua sapiens loquitur non est deus. quod tu tamen ex hac auctoritate principaliter probare presumebas.

### Paulus

Verum dicis quod ista dicitio amon in hebraico multas habet interpretationes. sed doctores tui in hoc loco istam dictionem interpretati sunt conformiter ad translatorum nostram. Unde in glo. sup Gen. (que dicitur Ueresith) Rabba sup illud uerbum. In principio creauit deus. uolentes exponere istam dictionem in principio (quod in hebraico dicitur in resith) concordantes istam dictionem resith cum illa alia dictione omnino simili. que

8.

ponitur cū p̄dicta auctoritate prouer. per me allegata ubi dicitur. Dñs possedit me in resith. .i. in principio uiaꝝ suarum: in eodē loco allegat uerbū supradictū. .s. eram apud eum amon. 7 ibidē istā dictōez amon multipliciter interp̄tantes: Finaliter sic dicit. amon ē artifex. lex enim dei dicebat. ego fui instrumentū artis dei sancti 7 benedicti i uia sua. Rex enim carnalis edificans pallatia non edificat ea nisi habeat exemplaria 7 descriptōes. ut sciat quomō facturus est cameras 7 cubilia seu celaria. sic etiaꝝ deus sanctus 7 benedictus recipiēs in lege creauit seculū. unde 7 lex dicit Veresith. .i. in principio creauit deus. non est autē resith. .s. principiū nisi lex. ut dictum ē prouer. viij. Domin⁹ p̄. 8. possedit me resith. .i. principiū uie sue. Hec in glo. Ex qua habes manifeste q̄ amon significat artificē seu artificium uel artem. Et hoc manifeste concordat cum translatoe n̄ra que dicit. Cum illo erā cuncta cōponēs. per artes enī artifex cūcta cōponit. hoc etiaꝝ explicauerūt p̄ exemplū de regē edificāte. ut in sua expositōe p̄dicta cōtinetur. 7 sic est manifestum q̄ secundū doctores tuos sapiētia p̄dicta a deo cōcepta ante mundi cōstitutōez est illa per quā mūdū deus creauit. sicut p̄ artē artifex suū artificium producit.

### Saulus

**V**erum est q̄ sic n̄ri doctores exponūt. sed hāc sapientiam dicit esse legē dei. quod debet intelligi de lege mosaica. non autē de sapiā quā tu dicis esse deum.

### Paulus

**I**n disputatōnibus dialecticis seu in iudicijs cōtentiosis alter disputantiū seu cōtendētū potest accipere ex dictis sui aduersarij illud quod pro se facit. relicto alio quod nō facit pro se. p̄sertim cū illud relictū sit manifeste falsū. Vñ in proposito ex auctoritate p̄dicta tibi ostendo q̄ secundū doctores tuos uerū est q̄ amon in hoc loco significat artē seu artificium. quod facit pro me 7 pro translatoe n̄ra. sed q̄ ulterius dicit q̄ illa ars seu artificium est lex. .s. mosaica ut tu asseris. hoc est nō solū falsum. sed ridiculosū 7 forte absurdū dicere. tamē quia lex mosaica nūquā legitur esse anteq̄ fuisse data in mōte Sinai. nec etiaꝝ tpe patriarcharum. tamē quia supfluū etiaꝝ esset illā esse ante mundi cō-

ex i Rege cao.

ad p̄. 8.

intenta. 89

in le. q̄. 1. 1. 1.

copista.

tum. 1. p̄. 8.

2.

9. di.

7. et vltz ca.

stitutionē quādo nullus homo erat. qui eā intelligeret. seu  
 obseruaret. De pluuia enī legitur Gen. ij. Non enī pluerat  
 dominus deus sup terrā: eo q̄ homo nō erat. qui oparetur  
 terrā. Vñ a simili seu fortiori nullo mō est credendum q̄  
 lex fuisset producta. quādo homo nondū erat in mūdo. ta-  
 men. quia si lex illa p̄ quā deus fecit mundū fuisset aliquid  
 extra deum existens: sequeretur q̄ deus minus p̄fecte pro-  
 duceret mundū. quā aliquis artifex producit suū artifi-  
 ciatū. quod est non solū falsum. sed absurdū. cōsequētia p̄  
 ex hoc quia artifex producit suū artifi-  
 ciatū p̄ artem sibi intrinsecā. Deus uero secundū tuā positionē produxissz mū-  
 dum p̄ artem sibi extrinsecā. quod derogat p̄fectōi creatio-  
 nis rerū a deo facte. q̄ deus secundū hoc indignissz adiuto-  
 rio exteriori ad creatōez mundi.

**Capitulum Decimūseptimū.** in quo ponūtur quedā obie-  
 ctiones iudeoz cōtra ueritatē generatōis. quā fides catho-  
 lica proficitur esse in diuinis. que quidē obiectōs soluūtur.  
 In cuius fine declaratur q̄ in p̄nti tractatu sibi soluz agu-  
 tur de scrutinio scripturaz non ē tractandū de oībus diffi-  
 cultatibus. que ad hoc misterū ptinent.

### Saulus

**Expositio** tua circa p̄dictaz auctoritatē prouer. nullo mō  
 cōsonat rōni. q̄ enī sapiētia diuina (per quā deus fecit mun-  
 dum) sit a deo genita sic ut a deo generante realiter distig-  
 uatur: nullo mō pōt a rōne tollerari. quāuis enī prout tu  
 supra dixisti in. vij. cap. ea (que de deo dicūtur) non sūt in-  
 telligenda secundū modū infimaz creaturaz. que sunt cor-  
 porā. sed s̄m similitudinē supnaz creaturaz. que sūt in-  
 tellectuales substantie. 7 sic q̄ generatō in diuis intelligē-  
 da est s̄m emanatōez intelligibilē. prout uerbū intelli-  
 gibile a proferēte seu a dicēte distinguitur. que quidē emana-  
 tio non transit in materiā exteriorē. sed intra manet. Ad  
 huc (secundū istā tuā declaratōez) nullo mō dicendū est q̄ i  
 diuinis sit generatio. nec p̄ consequēs generās. 7 genitū. seu  
 pater 7 filius. In homīne enī. 7 in angelo. in quibus ē ali-  
 qua emanatio intelligibilis. secundū quā est in eis intelli-  
 gens 7 intellectū. non tamē in hoīe seu in angelo dicitur ēe  
 generatio: sic ut intelligēs pater dicatur. 7 illud. quod intel-

ligitur/filius. ergo nec in diuinis rōe p̄dicte emanatōis in-  
telligendū est esse generatōez; secundū quā ibi dicatur pater  
7 filius. Item de rōe geniti est ut accipiat esse a generāre.  
7 sic oportet q̄ genitū habeat esse receptū. 7 p̄ consequē q̄  
non sit p̄ se subsistens, quod repugnat p̄fectōi diuine cuius  
esse est per se subsistens. Ex quibus sequitur q̄ nullius ge-  
niti esse sit deus.

### Paulus

*So. Aucto. qd.*  
*1. d.*  
*2. d.*  
*3. d.*  
*4. d.*  
*5. d.*  
*6. d.*  
*7. d.*  
*8. d.*  
*9. d.*  
*10. d.*  
*11. d.*  
*12. d.*  
*13. d.*  
*14. d.*  
*15. d.*  
*16. d.*  
*17. d.*  
*18. d.*  
*19. d.*  
*20. d.*

Verum est prout tibi dixi q̄ generatio in diuinis nō est in-  
telligenda secundū similitudinē generatōis rerū corpaliū;  
sed secundū similitudinē emanatōis intellectuālū rerum.  
sed circa hoc attendere debes q̄ nulla res creata tm̄ deo af-  
filiatur quātū inter talē rē 7 deū sit maior similitudo quā sit  
illa similitudo accepta a rebz. Juxta illud *Ysa. xl. cui ergo* *Ysa. 20.*  
*similē fecistis deum. 7c.* Cuius rō est. nam p̄fectio diuinā ē  
infinita. perfectio autē creature cuiuscūq; finita est. Inter  
finitū autē 7 infinitū non est danda proportio. Unde cum  
ex p̄fectōe alicuius creature (que quidē p̄fectio finita est) si-  
militudinē accepimus ad diuinā p̄fectōez (que est infinita)  
oportet q̄ semp remaneat maior dissimilitudo. Ex quo ul-  
terius sequitur q̄ ex quacūq; similitudine a rebus creatis  
in deo accepta oportet amouere a deo omnes imp̄fectōes.  
que in hmōi p̄fectōe rei create intelligūtur seu includūtur  
uerbi grā. dicimus in deo esse scientiā seu sapiām quā nul-  
lo mō intelligeremus nisi p̄ aliquā similitudinē sapie crea-  
te. cū cognitio n̄ra a sensibilibus seu a rebus creatis sit ac-  
cepta. sed cōstat q̄ sapiētia creata angelica seu humana est  
quoddā accidēs in ipso sapiente. quod nullo mō deo compe-  
tit. cui nullū accidēs inesse seu cōpetere potest. quicquid. n.  
est in deo deus est. 7 iō cū attribuimus deo sapiām uel vi-  
cimus q̄ in deo est sapiā oportet q̄ intelligamus eā esse nō  
eo modo quo in creaturis. in quibz est p̄ modū accidētis. s;  
eo mō quo cōpetit. s. sapiā p̄ se subsistēs. Unde in proposito  
licet in diuinis dicamus esse uerbū seu sapiā; que procedit  
a dicēte uerbi intelligibilis. que in nobis procedit sm̄ intel-  
ligibilē opatōez; non tamen hec similitudo est omnimoda.  
deficit enī a p̄fectōe emanatōis uerbi diuini in multis. 7  
sp̄aliter in hoc q̄ uerbū in nobis procedēs secundū intelli-  
gibilē opatōez; non ē eiusde; nature cū eo a quo procedit. 7

qz ? deo n̄ra cadit accidēs.

*Ad 1. d.*  
*2. d.*  
*3. d.*  
*4. d.*  
*5. d.*  
*6. d.*  
*7. d.*  
*8. d.*  
*9. d.*  
*10. d.*  
*11. d.*  
*12. d.*  
*13. d.*  
*14. d.*  
*15. d.*  
*16. d.*  
*17. d.*  
*18. d.*  
*19. d.*  
*20. d.*

ideo id quod intelligitur in nobis seu a nobis non dicitur fi-  
 lius. De ratione enim filii est quod sit eiusdem nature cum patre. Intel-  
 ligere autem diuinum est ipsa substantia intelligens. quod non  
 dubito te concedere. unde uerbum in diuinis procedens proce-  
 dit ut subsistens eiusdem nature cum illo a quo procedit. qua  
 ratione proprie dicitur genitum et filius. unde in auctoritate al-  
 legata de diuina sapientia: scriptura utitur uerbis que ad  
 generationem uiuentium pertinet. scilicet conceptio. ut cum dicit. Et ego  
 concepta eram. similiter et partu. ut cum dicit. ego partu-  
 riebam. in intellectu autem nostro utimur nomine conceptionis. scilicet  
 quod in intellectu nostro inuenitur aliquid de nouo apprehensum.  
 non autem utimur nomine filiationis. cum non sit ibi ideitas na-  
 ture. scilicet intelligentis et intellectus. Ad secundum uero quod obij-  
 cis dico. quod si in deo esset aliquid genitum illud esset receptum  
 tibi respondeo quod non omne acceptum est receptum in aliquo  
 subiecto. tota enim substantia rei create accepit esse a deo. si  
 tamen habet aliquod subiectum receptum. Unde genitus in di-  
 uinis accipit esse a generate. non tamen illud est receptum in  
 aliqua materia seu subiecto. hoc enim repugnaret subsistentie  
 esse diuini. unde filius in diuinis in quantum procedit ab a-  
 lio habet esse diuinum. non quasi aliud ab esse diuino existens.  
 In ipsa enim perfectione diuina continetur quod sit et uerbum intelli-  
 gibiliter procedens et principium uerbi. sicut quecumque ad eius  
 perfectionem pertinet. Et attende quod secundum intentionem huius tractatus  
 principaliter intendere debemus circa scrutinium scripturarum  
 prout in prologo dictum fuit. de quo iam circa hoc misterium  
 uisum habuimus. non autem debemus scrutari maiestatem.  
 Et ideo suspicemus ab argumentationibus que in hac mate-  
 ria fiunt seu fieri possunt. de quibus doctores nostri multa  
 alta seu profunda tractant: tam circa relationes originis que  
 in diuinis dicuntur: quam circa personarum proprietates et notiones  
 et huiusmodi. ad amouendas quascumque hereticas impug-  
 nationes que in hijs consueuerunt fieri. de istis enim cum  
 incepit te sumus illuminator cordium lumine fidei aliquanti-  
 ter illuminare. poteris de istis ad tuam informationem ulte-  
 rius procedere. Nunc autem ad nostrum scrutinium. scilicet  
 scripturarum circa alia que restant procedendum est.

pr. 8.  
de conceptoe  
ex de partu

pr.

intentione tractatus pertinet.

ro. cosilyu.

**D**istinctio Decima de Scrutinio scripturarum  
circa misterium diuinitatis christi. Et conti-  
net nouez capitula. **I**n Capitulo primo pro-  
ponitur qd ex hoc qd fides catholica profitetur  
christum esse uerum deum et uerum hominem

non derogatur diuine perfectioni.

**I**n cap. secundo ostenditur p autoritate. ps. in psalmo. Qua-  
re fremuerunt. et c. qd xps est deus et homo.

**I**n tertio cap. ostenditur idem p autoritate. ps. in psalmo  
Deus iudiciu tuu regi da.

**I**n cap. quarto ostenditur idem p autoritate. ps. in psalmo  
Eructauit cor meum uerbu bonu.

**I**n cap. quinto ostenditur idem p autoritate psa. ix. cap.

**I**n cap. sexto ostenditur idem p autoritate Jere. xxij. cap.

**I**n cap. septimo ostenditur idem p uisione facta Ezechi-  
eli in primo cap. sue prophetie. et p uisionem facta Danieli  
in. vij. cap.

**I**n cap. octauo ostenditur idem p autoritates prophetarum  
Mich. v. cap. et Zach. xij.

**I**n cap. nono ostenditur idem p dicta antiquoz talmudistarum  
et in eodem imponitur finis prime parti huius tractatus.

f. 7. ca.

**C**apitulum Primum in quo proponitur qd ex hoc quod fi-  
des catholica profitetur xpm esse uerum deum et uerum ho-  
m- nem non derogatur diuine pfectioni.

### Saulus

**Q**uicquid sit de pmissis. adhuc uideo qd xpus tuus manife-  
ste fuit locutus contra excelsum. Docuit enim per se uel p suos  
discipulos contra diuinam simplicitate. et quasi contra omnes  
diuinam pfectiones. et ideo proprie de ipso debet intelligi illud  
Dan. vij. cap. de cornu puulo qui locuturus erat contra ex-  
celsum. prout tibi supra dixi.

### Paulus

**D**ic michi obsecro ubi inuenisti qd magister meus christus  
uel ipsius discipuli talia contra deum excelsum fuissent lo-  
cuti. non enim credo qd talia posses repere in doctrina sua  
uel suorum.

**Saulus**

**M**anifestum est nec tu ut credo negabis quod magister tuus uel eius discipuli ipsius nomine docuerunt et publice atque continue predicant quod ipse tuus messias est uerus deus et uerus homo et consequenter de ipso deo etiam asserunt quod fuit temporaliter natus ex muliere. cum tamen deus esse nunquam incepit. testate ps. A seculo et usque in seculum tu es deus. et in multis alijs locis. Asserunt etiam ipsum deum fuisse crucifixum mortuum et sepultum et homini. quid ergo magis contra deum excelsum dici posset. quam quod sit uel fuit passibilis. cum tamen deus sit omnino immobilis et immutabilis. dicente scriptura. Ego non mutor. Malach. iij. quomodo enim pati posset qui mutari non posset. Quid enim absurdius contra deum excelsum dici possit quam quod fuit mortuus. de quo scriptura dicit. Viuo ego in eternum. certe et si scripture de hijs tacuissent ipsi philosophi pagani maxime contra hoc insurgerent qui ex solo rationis dictamine probant uerum deum quem cognoscunt esse primam causam mundi omnino esse incorporeum et immutabilem et summe simplicem. secundum quos omnino predicta per te et tuos asserta ludibria reputarent seu deliramenta.

**Paulus**

**C**oncedo tibi quod secundum ueritatem fidei nostre christus in prophetis promissus. de quo hic agimus est uerus deus et uerus homo. quam auctoritatem ex testimonijs sacre scripture coguntur concedere. Si uero secundum eandem ueritatem conceditur quod christus fuit natus de muliere passus mortuum et sepultus. que quidem omnia de deo concedimus fuisse uera. non tamen inquam deus seu secundum naturam diuinam. sed secundum naturam assumptam. scilicet humanam. sic tamen predicta de deo dicuntur secundum ueram fidem. ut in nullo derogatur dicte perfectioni apud eum qui sacra testimonia recte scrutatur et sanam habet rationem.

**Saulus**

**D**uo hic dicit que nullo modo posses probare. quorum primum est quod christus in prophetis promissus est seu debet esse uerus deus cuius oppositum sacra scriptura testatur que in multis locis asserit eum futurum esse de genere David. quod non credo te negare. Secundum quod de deo posset uerificari quod fuit natus

de muliere passus mortu<sup>9</sup> ⁊ sepultus. ⁊c. sine hoc q<sup>d</sup> derogetur diuine pfectōi. hoc enī manifeste uidetur implicare cōtradictōz ut supra dixi. Dicere enī q<sup>d</sup> deus eternus ⁊ imutabilis fuit natus temporaliter ⁊ mortu<sup>9</sup> ⁊ cetera hui<sup>9</sup>. manifeste implicat cōtradictōez. nō obstantib<sup>9</sup> cauillatōnib<sup>9</sup> per te allegatis. s. cū dicis q<sup>d</sup> hoc est secundū naturā humanā. non autē secundū naturā diuinā. talis enī cauillatio nō uidetur ualere. cū deus nullā habet naturā nisi solā diuinā; sed quia dixisti q<sup>d</sup> ex testimonijs sacre scripture cogere cōcedere q<sup>d</sup> christus in prophetis promissus futurus erat uerus deus ⁊ uerus homo. rogo ut doceas me ubi habes talia testimonia. ⁊ deinde procedemus ad discutiendum de secundo.

**C**apitulum Secundū in quo ostenditur per auctoritatez psalmiste in psalmo. Quare fremuerunt gentes. ⁊c. q<sup>d</sup> x<sup>p</sup>s est deus ⁊ homo.

### Paulus

**P**lacet michi recurrere ad testimonia sacre scripture. quibus manifeste habetur q<sup>d</sup> x<sup>p</sup>us in prophetis promissus futurus erat uerus deus ⁊ homo. Ad quod primo in teste adduco ipsuz egregium psalmistā Israhel. s. Dauid. qui proprie posset dici cithareda x<sup>p</sup>i. Ipse enī in secūdo ps. sui psalterij. qui primus psalmus est s<sup>m</sup> quosdā. ubi loquitur de deo ⁊ de x<sup>p</sup>o suo ad l<sup>r</sup>am cū dicit. Astiterūt reges terre ad uersus dominū ⁊ aduersus x<sup>p</sup>m eius. Infra in psona x<sup>p</sup>i supradicti dicit. D<sup>ns</sup> dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. que quidē uerba diligēter fuerūt altricata inter me ⁊ te in nono cap. pcedētis distinctōis. ⁊ ibidē ostensuz est q<sup>d</sup> uerba p<sup>d</sup>icta nō possēt proprie uerificari nisi de filio dei. quē deus eternaliter genuit. Et sic patet manifeste q<sup>d</sup> x<sup>p</sup>s in p<sup>d</sup>icto psalmo prophetatur filius dei a deo eternaliter genitus. ⁊ p cōsequēs deo generalis ⁊ coetern<sup>9</sup>. nichil enī est in deo quin sit eternū ⁊ eiusdē nature cum ipso deo. quā quidē auctoritatē tibi iduxi i p<sup>d</sup>icto cap. ad probandum generatōez naturalem ⁊ eternam esse in diuinis. pro quo multipliciter arguisti ibidē. tam contradicēdo mee expositōni quā etiā introducēdo alias doctoz tuoz expositōnes. ad que omnia fuit tibi in p<sup>d</sup>icto cap. sufficiēter respō-



sum. et sic non oportet ut hic replicemus ea que ibi dicta fuerunt. talis enim iteratio esset fastidiosa potius quam fructuosa. unde remitto te ad illud capitulum ubi ex testimonio psalmiste habetur christum esse filium dei eternum et sic uerus deus. quod autem ipse sit uerus homo non credo te negare. et ideo ex ista auctoritate nunc per me allegata et supra in predicto capitulo per me proprie et uere exposita una cum concessione de humanitate christi habeo intentum.

### Saulus

**B**ene recolo quod ista auctoritas psalmiste fuit per te allegata in precedentibus ubi etiam circa eius expositionem fuit inter me et te altercatum. sed adhuc ex ista non habes propositum tuum. nam licet uerum est quod ego concedo christum fore hominem nullo tamen modo concedere quod esset deus et homo. In predicta autem auctoritate solum conaris probare quod est deus seu filius dei eternus. non autem quod sit homo.

### Paulus

**I**n predicto psalmo deus alloquens ipsi christo filio suo sic uicit. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam. etc. Constat autem quod si christus de quo ibidem agitur esset purus deus et non homo. nullo modo ueniret ei postulare aliquid a deo cum secundum hoc est omnino equalis patri habens ipsam eandem potentiam que est ipsa dei essentia. unde necesse est quod ista uerba. scilicet postula a me. etc. intelligantur secundum naturam humanam secundum quam ipse christus est uerus homo cui competit quicquid a deo petere aliquid quod non habet. et sic ex predicta auctoritate habeo intentum.

**C**apitulum Tertium in quo ostenditur idem per auctoritatem. ps. in psalmo. Deus iudicium tuum regi da. etc.

### Saulus

**V**ideo quid sentis circa predictam auctoritatem. sed uolo quod ostendas michi aliam auctoritatem si habes ad propositum tuum fundandum.

### Paulus

**H**abeo aliam auctoritatem eiusdem. ps. in psalmo qui incipit Deus iudicium tuum regi da. ubi manifeste agitur de christo

qui ibidē dēstruatur saluator populi. p̄sertim humiliuz ⁊ pauperum. de quo dicit Saluos faciet filios pauperū. ⁊c. ⁊ animas pauperū saluas faciet ⁊ hmōi. de quo quidē xp̄o saluatore ibidē dicitur. Sit nomē eius in secula. ⁊ ante solem p̄manet nomē eius. quam auctoritatē tibi supra allegaui in decimo capitulo predicte distinctionis ad probandum generationem eternam esse in diuinis. circa quod lar ge altercauimus. ⁊ finaliter in predicto capitulo fuit tibi ostensuz q̄ ex p̄dicta auctoritate p̄sertim secūdū hebraicam ueritatē sumpta oñditur maifeste q̄ filius dei de quo in illo psalmo agitur fuit ante secula ⁊ manet in eternum non obstantibus multiplicibus tuis cauillatōibus ibidē cōrentis. ⁊ sic ex eodē psalmo hētur q̄ saluator ille promissus de quo ibi agit. qui uerus homo ⁊ filius hoīs est. est uerus deus ⁊ filius dei eternus. quod est intentū. nec hic oportet replicare illa que fuerūt inter nos altercata circa expositionē illius psalmi in predicto cap. x. ne fiat repetitō unus ⁊ eiusdē que fastidiosa est. ⁊ ideo remitto te ibi ubi predicta plene inuenies.

### Saulus

**H**abeo mentē tuam circa expositionem p̄dicti psalmi circa quā nolo amplius replicare. quia satis fuit in p̄dicto cap. inter nos discussum. sed si aliaz habes auctoritatem indica michi.

**C**apitulum Quartū in quo oñditur idē p̄ auctoritatem ps. in psalmo. Eructauit cor meū.

### Paulus

**I**n psalmo qui incipit Eructauit cor meū uerbū bonū psalmista loquitur ad l̄ram de xp̄o qui inter ceteros unctos a deo qui rōe unctōis xp̄i uocari possunt excellentior est. et ideo de ipso dicit. Anxit te deus deus tuus oleo letitie pre consortibus tuis. ubi psalmista paulo ante alloquens ipsi xp̄o sic dicit. Sedes tua deus in seculū seculi uirga directōnis uirga regni tui. que quidem uerba de nullo uerificari possunt nisi de uero deo. ut est manifestum. nullus enī habet sedē diuinā in seculum seculi nisi ipse deus. ⁊ sic per illa uerba. ps. testatur q̄ ille xp̄us cui alloquitur est uer⁹ de⁹.

ent etiā dicit. sedes tua in seculum seculi. ubi ex hac auctoritate habes ueritatē a me intentam .

### Saulus

**I**ste psalmus exponitur a doctoribus nris multipliciter. scilicet de diuersis regibus sub quoz quolibet filij Israhel fuerūt in prospero statu. Vnde cum fuerūt sub Salomone ualde prospere uiuētes. ut habetur. iij. Reg. uel de Asuero in cuius tempe Mardocheus et alij Judei fuerunt honorati uel etiā de rege Dauid in cuius tempe Dauid debellauit multas gentes cōuicinas terre promissionis. ut hētur. ij. Reg. Vnde ipsi proprie dicebat psalmista. Accingere gladio tuo sup femur tuū potentissime intēde prospere procede et regna. et ideo psalmus non necessario exponitur de xpo de quo agimus. de quolibet enī predictoz regū potest dici. et ideo in primo uersu dicitur. dico ego opa mea regi. indefinite loquēdo. scilicet nō appropriādo alicui p̄dictoz regum uel forte alicui aliorum qui prospere gerant.

### Paulus

**L**icet in primo uersu psalmista loquitur indefinite cū dicit. dico ego opera mea regi. intelligendū est anthonomati ce. scilicet p̄ excellentiā respectu ceteroz regum. quod p̄t̄ ex hoc q̄ subdit uerba que de nullo ceteroz regū nec de aliquo alio puro homine dici possunt unde tibi predixi. eidem enī regi de quo loquitur dicit. sedes tua deus in seculum seculi quod nullo mō posset uerificari de Dauid nec de salomōe nec de Asuero nec de aliquo alio puro hoīe. unde uirtute illoz uerboz oportet restringere materiā principalē illius psalmi ad xpm qui uerus deus est habens sedē dei in seculum seculi. et uerus homo quia unctus oleo letitie pre confortibus unde dictum est. Item translatio caldaica. scilicet. Ionathe que apud uos equiualeat textui illud uerbū psalmiste. speciosus forma pre filiis hominū sic transtulit. Pulchritudo tua rex messia maior quā filioz hoīs. et sic p̄t̄ q̄ psalmus iste de messia loquitur de quo testatur q̄ est uerus deus et uerus homo mō predicto.

### Saulus

**Q**uedam continētur in hoc psalmo que non possunt appli-

carum messie tuo. Dicit enim ibi. Astitit regina a dextris tuis. Similiter. Audi filia et uide et inclina aurem tuam. etc. et in fine psalmi concludit. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. constitues eos principes super omnem terram. Constat autem quod nichil horum potest uerificari de messia tuo quia nullam habuit reginam ad dexteram suam assistentem. similiter nec filiam disciplinam audientem. nec etiam habuit filios quos principes constituisset. Unde expositio tua nullo modo tolleratur a littera.

### Paulus

**T**u nosti quod doctores tui coeter tenent quod synagoga Israelis dicitur esse dei sponsa. Unde liber Canticoz apud eos exponitur de deo sposo et synagoga sponsa. et de ea exponitur illud canticoz. iij. cap. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te. quod licet de synagoga patrum antiquorum aliquid contineat ueritatis. de ecclesia tamen christi que una est unitate fidei potius hoc uerificatur. et quia ista ecclesia uera sponsa christi est et ei coniuncta et cum eo regnat seu regnatura in eternum. ideo potest dici regina. et de illa uerificari illud Astitit regina a dextris tuis. quia in bonis potioribus astitit christo scilicet in presenti in bonis gratie et in futuro in bonis glorie. Et quia sicut ista ecclesia eo quod est coniuncta christo sicut sponsa sponso dicitur regina. sic eo quod recepit eius legem seu disciplinam euangelicam dicitur esse filia. et ideo de ea dicitur. audi filia et uide et inclina aurem tuam. et quia ista ecclesia succedit synagoge antique in fide. quia eadem est fides patrum et fides discipulorum christi. licet in credendo de preterito uel de futuro quandoque uarietur. In ceremonialibus autem legis antique que iam cessant post christum omnino sunt diuersae ut supra dictum est. Ideo dicit. Obluiscere populum tuum. scilicet iudaicum et domum patris tui. scilicet templum antiquum in quo sacrificia offerebantur. que post christum cessauerunt ut dictum est. et sequitur. Et concupiscit rex decorum tuum seu speciem tuam. quia cultus ecclesie pulchrior est et delectabilior christo cultui synagoge. Hoc autem quod dicitur in fine psalmi. pro patribus tuis nati sunt tibi filij. similiter intelligendum est de christo cui loco patrum suorum secundum humanam naturam. scilicet patriarcharum et prophetarum nati sunt filij spirituales scilicet apostoli et alij discipuli qui patriarchis et prophetis successerunt. qui constituti sunt principes super omnem terram in spirituali

bus. qui quidē filij xp̄i principes cōstituti. reduxerunt ad memoriā facta regis xp̄i in generatōibus sibi succedētibus usq; in finē mundi. ideo subditur. memores erūt noīis tui domine in generatōe ⁊ generatōez. propterea populi confitebūtur tibi in eternū. ⁊c. propterea populi. s. fideiū cōfitebūtur tibi in eternū ⁊ in seculū seculi. Ita enī laus que procedit ex memoria seu cognitōne xp̄i. non cessabit in hoc seculo nec in futuro ubi potior erit. unde omnia cōtenta in hoc psalmo nō discrepāt a proposito meo sed poti⁹ adaptātur. ⁊ iste tres auctoritates p̄dicte debēt tibi sufficere quo ad psalteriū. licet ibi sint multa alia.

**C**apitulum Quintū in quo ostenditur idem p̄ auctoritatem psalme in nono cap.

### Saulus

**H**abeo mentem tuā circa auctoritates per te allegatas de psalterio sumptas. sed allega michi auctoritatem alterius prophete si habes ad intentū tuū probandū.

### Paulus

**I**lle propheta euangelicus. s. Isaias misterium diuinitatis ⁊ humanitatis xp̄i nō p̄termisit. sed ipsūz clare prophetauit. Vnde ysa. ix. cap. agens de messia seu de xp̄o sic dicit. Puer natus est nobis ⁊ filius datus est nobis. cuius imperium sup humerum eius ⁊ uocabitur nomē eius admirabilis cōsiliarius deus fortis pater futuri seculi seu sempitern⁹ princeps pacis. Ex qua auctoritate manifeste habes qd xp̄us de quo loquitur est uerus homo temporaliter natus. ⁊ hoc cuz dicit. puer natus ē nobis. habes etiā ex eadē auctoritate qd sit uerus deus. ⁊ hoc cū dicit. Deus fortis pater futuri seculi seu sempiternus princeps pacis. predicta enim nomina non possunt uerificari nisi de uero deo. ⁊ sic p̄ istā auctoritate onditur meū propositum.

### Saulus

**H**ec auctoritas per te allegata exponitur proprie a doctōribus nr̄is de Ezechia rege. in cuius tempe dedit deus pacē in iherusalē ⁊ iudea deuicto Sennacherib. unde hētur. iiii. Reg. qua rōe uocatur a deo princeps pacis. eo qd fuit princeps. in cui⁹ tpe pax miraculose uiguit. Vnde secundū istā



127  
uera expositionem doctorum nostrorum, nomina que ponuntur in hac auctoritate ad solum deum pertinentia, non sunt nomina ipsius pueri nati, sed dei uocatis ipsum puerum principem pacis sic enim exponenda est littera predicte auctoritatis, puer natus est nobis et filius datus est nobis, scilicet Ezechias cuius impium super humerum eius in quantum fuit rex impans, quem quidem puerum deus admirabilis et fortis et pater futuri seculi sempiternum uocauit principem pacis, et sic nomina ad deitatem solum pertinentia que in hac auctoritate ponuntur referenda sunt ad deum uocantem, Istud solum quod dicitur principem pacis, est nomen pueri nati, scilicet Ezechie, et hic est sensus planus huius auctoritatis, secundum quem nichil facit ad propositum tuum.


### Paulus

**B**ene scio quod hec expositio tua est Rab. Sa. et quorundam modernorum expositorum tuorum qui semper intendunt obfuscare sacras scripturas que de christo uera testimonia tradunt, Vnde si bene scrutatus fueris sententiam huius auctoritatis manifeste repies quod hec tua expositio est omnino inualida, tum quia irrationabilis, tum quia inconsona littere, tum quia contra mentem antiquorum tuorum qui fuerunt maioris auctoritatis quam ipse Rab. Sa. quem tu allegas, primum patet, nam nulla ratio est qua deus tot nominibus uocaretur in uocatione pueri huius nati, fuerunt enim multi alij qui ante suam natiuitatem fuerunt uocati suis proprijs nominibus a deo seu ab angelo, ut Israhel Isaac et Iosias, nunquam tamen in eorum uocatione deus uocatur pluribus et uarijs nominibus, suffecisset enim dicere uocauit eum dominus principem pacis, Vnde nulla apparet ratio quare alia nomina ad deum pertinentia ibi adiungerentur.

### Saulus

**H**ec ratio tua similiter facit contra tuam expositionem, non enim uidetur esse aliqua ratio qua tot nominibus ille puer natus uocaretur, suffecisset enim dicere secundum tuum propositum, Puer natus est nobis et uocabitur nomen eius deus, Vnde multiplicatio nominum illius pueri nati superflua uidetur etiam secundum tuam expositionem.

### Paulus



Secundum meam expositionē quodlibet nomen illi<sup>9</sup> pue-  
 ri significat aliquod notabile in ipso. In hoc enim quod vi-  
 citur. Puer natus est nobis. designatur ipsius magna hui-  
 litas in natura humana. sicut puulus humilior est quā ce-  
 teri maioris etatis. In hoc autē quod dicitur. Et filius da-  
 tus est nobis. designatur in ipso puero nato esse aliā natu-  
 rā secundū quā non fuit natus temporalis. sed datus nobis.  
 In hoc autē quod sequitur. Et factus est principatus sup  
 humerū eius ostenditur quod ille puer natus accepit supra se iu-  
 gum legis obseruāde. licet non esset ad hoc obligat<sup>9</sup>. Vnde  
 in translatoe Caldaica ista uerba. 7 fact<sup>9</sup> est principatus  
 sup humerū eius transferūtur sic. Et recepit supra se legē  
 obseruandā. In hoc quod sequitur. Et uocabi<sup>9</sup> nomē ei<sup>9</sup> ad-  
 mirabilis. designatur quod sua natiuitas de qua pdixerat. pu-  
 er natus est nobis. fuit maxime miraculosa. quia de uirgi-  
 ne sine semine uirili. In hoc autē quod dicitur. 7 cōsiliari<sup>9</sup>  
 designatur quod ipse puer natus erat datur<sup>9</sup> consilia salutife-  
 ra supaddita pceptis decalogi. In hoc autem quod dicitur  
 deus exprimitur eius deitas. In hoc at quod dicitur fortis. de-  
 claratur eius fortitudo que in sua passione fuit abscondita.  
 In hoc at quod dicitur pater futuri seculi. designatur quod ipse ha-  
 bebat inducere oēs electos ad celestē gloriā que est in futu-  
 ro seculo. In hoc at quod dicitur princeps pacis. designatur quod  
 ipse datur<sup>9</sup> erat suis uerā pacē. s. eternā que non posset esse  
 cū peccō mortali. Juxta illud. ps. nō est pax ossibus meis a  
 facie peccōz meoz. Similiter 7 pacē supnā que supat omnē  
 senū. Et sic uides quod oīa que in hac uocatōe cōtinētur sunt  
 propria 7 notabilia 7 nō supflua in uocatōe illi<sup>9</sup> pueri na-  
 ti. Quedā enī ptinēt ei proprie ex duplici sui natura. qdaz  
 uero ex effectibus eius 7 alijs que ptinēt ad redēptōz nīaz  
 p ipsum factā. Vnde multiplex noīatio pdicta propria et  
 notabilis est in puero nato de quo agitur. 7 sic pz irrōna-  
 bilitas tue expositōis. Quod at expositio tua sit insona-  
 līe patet ex hoc. nam post pdicta uerba pallegeta sequitur  
 statim in līra. multiplicabit<sup>9</sup> eius impiū 7 pacis eius si erit  
 finis. q̄ ōba nullo mō pnt uerificari de Ezechia. cuius pax  
 habuit finē in breui tempe. ut pz in sua historia. iij. Reg.  
 7. ij. Paralip. Similr quod sequitur statim. Sup solium  
 Dauid 7 sup regnū eius sedebit ut cōfirmet illud 7 corro-

boret usq; in seculū. ridiculū est hoc exponere de Ezechia  
cuius imperiū ⁊ regnū ⁊ pax fuit breuissimū ut notū est  
De xpo at mō oīa ista uerificātur cuius ecclesia in qua se/  
det ⁊ regnat nō solū celestis sed etiā terrena cōfirmata est  
a xpo usq; in eternū.

### Saulus

**H**abeo mentē tuā circa hoc. sed quia dixisti q̄ doctores nri  
antiqui predicta uerba ysa. nō exponebāt de Ezechia s; de  
messia. uolo ut michi oīdas qui sint illi doctores.

### Paulus

**T**ranslatio Caldaica. s. Jonathe que fuit ordinata ex ore  
Rab. Heliezar ⁊ Rab. Josue qui fuerunt p̄ magnū tempus  
ante destructionē templi predictam auctoritatez expresse  
transtulit de messia. Translatio uero. lxx. interpretum simi  
liter intelligit p̄dicta uerba dicta de messia. sed loco istaz  
dictionū admirabilis consiliarius deus fortis pater futu  
ri seculi princeps pacis hoc solum posuerūt magni consiliū  
angelus.

### Saulus

**T**ranslatio. lxx. interpretū facit contra te. p̄termisit enīz  
noīatōes exprimētes diuinitatem. ⁊ sic de mente sua patet. q̄  
licet illa uerba intelligātur de messia nō tamen debz credi  
q̄ ipse sit deus.

### Paulus

**R**atio quare. lxx. interpretes subtraxerūt noīatōes exprime  
tes ueritatē xpi in hac auctoritate talis est. nam ipsi trāstu  
lerūt sacrā scripturam ueteris testamēti Ptholomeo regi  
qui erat gentilis. ⁊ licet unuz deū credebatur sicut ueri philo  
sophi. nondū credebatur misteria xpi sicut nec illi. Et iō ubi  
cūq; fiebat mentio de diuinitate xpi sicut in hoc passu p̄ter/  
miserūt. ⁊ qñq; aliter transtulerūt ne forte Ptholomeus  
crederet eos dicere q̄ xps secundum q̄ homo esset deus. ⁊  
ut secreta fidei nō aperirēt gentili qui nondū erat lumine  
fidei illuminatus. Et scias qz Rab. moi. Egiptius qui fuit  
maximus inter doctores tuos modernos considerās seriez  
lre ⁊ etiā Jonathe translatōez supradictam que equiuale  
tēxtui apud uos. in quadā eplā sua ad iudeos affricanos cō  
mendās messiam ab eis spectatū. allegat predictā auctori



tate ysa. ubi dicitur. et uocabitur nomen eius admirabilis  
consiliarius. et c. dicit hec sex nomina pueri nati. Hec ille. et sic  
habes propositum meum ex doctoribus tuis magis autenticis

**C**apitulum Sextum in quo ostenditur idem per auctoritatem  
Jeremie. xxij.

### Saulus

**H**abeo mentem tuam circa predictam auctoritatem Isaie. sed si ha-  
bes aliquam auctoritatem alterius prophete ostendentem diuini-  
tatem messie. prout tu opinaris indica michi.

### Paulus

**H**abeo auctoritatem Jeremie qui messiam tunc uenturum fo-  
re testatur uerum deum. Jeremie enim. xxij. ubi ad litteram agi-  
tur de messia sic legitur. Ecce dies ueniet dicit dominus et  
suscitabo David germen iustum et regnabit rex. et sapiens erit  
et faciet iudicium et iustitiam in terra. in diebus eius saluabi-  
tur Iuda et Israel habitabit confidenter. et hoc est nomen quod  
uocabunt eum dominus iustus noster. Hec ille. Circa quod at-  
tendere debes quod ubi nos habemus in hac auctoritate. dominus  
iustus noster. in hebraico habetur nomen quatuor litterarum. scilicet the-  
tragramathon. quod quidem nomen ut nosti in tanta reueren-  
tia habetur apud hebreos quod non est licitum ut ore proferatur per  
easdem litteras quibus scribitur. sed loco talis nominis proferatur  
aliud nomen compositum ex alijs litteris a quatuor predictis que con-  
sonant Adonai. scilicet dominus. et ideo solum sacerdotes sacrificia in  
templo ministrantes illud nomen proferebant. prout iacet in  
littera. et hoc tempore sacrificiorum et in templo et non alibi. Unde  
hij honores et reuerentie illi nomini debebantur. eo quod inter  
nomina diuina solum istud significat infinitatem sui esse  
seu sue essentie absque aliquo respectu ad aliquam creaturam  
seu aliquem effectum. Unde coheret tenetur quod illud nomen incom-  
municabile est alicui creature. et ideo antiqui tui sunt illud uerbum Exo-  
dij. Hoc est nomen meum in eternum. dicunt hoc est nomen meum  
scilicet michi soli proprium et nulli alteri attribuendum. de eius nomine  
maxima sollemnitate et indiuiduitate et incommunicabilitate Rab-  
moi. in libro de dilectione alias directione. prout per cap. lxxij. et  
lxxij. large tractat. Ex quibus sequitur quod cum messias teste  
Jeremia uocandus erat huiusmodi nomine thetragramathon. cose

quæ est q̄ ip̄e messias ess̄; uer̄? deus. cū illud nomen nulli creature pure sit coicabile. ut dictū est.

### Saulus

**L**icet uerū est quod dicitur de solennitate p̄dicti nōis eo q̄ ē nomē propriū solius dei. ex hoc tamē nō tollitur quin ap̄ proprietur q̄nq; aliquib; puris creaturis. Legitur. n. Gen. xxij. q̄ Abrahā uocauit nomē loci illius. s. in quo imolare intendebat ysaac filiū suū. Dominus uidet uel domin? uidebit. 7 ubi translatio tua habet in hoc loco domin?. in hebreo habetur nomē dei thetragramathon. Itē Exo. xvij. Edificauit moyses altare 7 uocauit nomē eius domin? signum meum. In quo loco ubi dicitur dominus. in hebreo habetur nomē supradictum. Item Judic. vj. Et edificauit ibi Bedeon altare dñi 7 uocauit eum Adonai pax. ibi etiā ponitur predictum nomē. Item Ezech. ult. cap. de ciuitate Iherusalem legitur. Nomē ciuitatis. ex illa die dñs ibidez in quo loco ponitur nomē supradictū. Ex quibus manifeste habes q̄ p̄dictū nomē licet sanctissimū 7 soli? dei propriū; tamē q̄nq; quasi p̄ modū appropriatōis de puris creaturis dī. ut p̄ in quatuor passibus supradictis.

### Paulus

**E**x istis allegatōibus tuis non habes q̄ aliqua creatura pura uocetur proprio nōie diuino. s. Thetragramathon licet in p̄dictis nōiatōibus includatur illud nomē. Circa quod attendere debes q̄ a nōie proprio alicui? rei q̄nq; denotantur alie res que nō sunt eiusdē nature cū re a cuius nomē acceperūt denotatōes. sed referūtur ad eam certo mō. vbi grā. sanitas corporis aīmalis proprie dicitur habitus seu dispositio. per quē opa corporis aīalis procedūt salubriter. sed ex hoc nōie dicitur aliquid sanū quod conseruat uel efficit sanitatē p̄dictā. ut cum dicitur cibus san? uel medicina sana. similiter dicitur aliquid sanū quod significat predictā sanitatē. ut cum dicitur color sanus uel urina sana. Constat autē q̄ cibus neq; medicina uel color 7 hmōi nō sunt sanitates. sed referūtur ad sanitatē p̄dictis modis. Vnde in proposito ex hoc q̄ ille locus fuit uocatus ab Abrahā Gen. xxij. Dñs uidet uel uidebit. nō sequitur q̄ ille locus uidet sit dominus. sed q̄ in illo loco de? uideret meritū; ipsius

Abrabe in imolatōe filij. ut colter tui expositores dicunt. Similr cū dicitur Ezech. ulri. q̄ nomē ciuitatis est dominus ibidē. nō ex hoc sequitur q̄ nomē ciuitatis sit dominus sed q̄ deus hīaret ibi ut in suo tēplo. Similr ex hoc quod dicitur Exo. xvij. de altari edificato a Moise. Et uocauit nomē eius dñs signū meū. non sequitur q̄ illud altare esset dñs seu uocaretur dominus. s; q̄ illud altare ēet in mēoria illius signi. quod deus fecerat in uictoria Amalechitar. Similiter ex hoc quod dicitur Judic. vj. q̄ Bedeon uocauit nomē illius altaris. dominus pax. nō sequitur q̄ illud altare esset in memoria q̄ deus dederat sibi pacē ab hostibus. Possunt etiā aliter intelligi ista duo proxime p̄dicta s̄m translatōnem Caldaicā. que apud te est autentica. Transtulit enī Aquilon illud uerbū Exo. xvij. Et uocauit eum dñs signū meū. sic et coluit ibi dominū qui fecerat signū. Similiter transtulit illud Judic. vj. Et uocauit eū dñs pax. sic et coluit ibi dominū qui dederat ei pacē. et sic patet q̄ s̄m istā translatōe illa noīa diuina nō sunt noīa altariū p̄dictoz sed sunt ipsius dei qui in illis colebatur. Ex quibz patet q̄ ex predictis allegatōnibus tuis non habes aliquid contra me.

### Saulus

**S**icut tu exponis auctoritate p̄ me allegatas sic ut ille res nō noīentur noīe diuino. sic ego possū exponere auctoritatem p̄ te allegatā taliter ut messias nō noīetur noīe diuino prout tu intēdis. Nō illud quod dicitur Jere. xxij. de messia. Hoc ē nomē quo uocabūt eū dñs iustus noster. exponatur sic. q̄ dominus ipse uocauit messia iustus noster. eo q̄ erit iustus p̄ excellentiā. uel quia p̄ eum dominus nos iustificabit. non enī est aliqua ratio quare auctoritates per me allegate ad aliū sensū p̄ter illum quem prima littera sonat magis sit exponibilis quā auctoritas tua.

### Paulus

**L**icet possent assignari rōes uere quibus auctoritas p̄ me allegata non est exponibilis sic ut messias nō noīetur proprio noīe diuino sicut tu uis. obmissis tamē hōmōi rōibus causa breuitatis per tuos doctores possū tibi r̄ndere. q̄ ex ista auctoritate Jere. cōcluserūt q̄ messias uocandus erat

proprio nomine diuino. s. Tetragramathon sine alia expositione seu interpretatione. quod tibi debet sufficere ad intentum meum concludendum.

### Saulus.

**O**stende michi rogo si est aliquis de nostris qui hoc quod tu uis sentiat.

### Paulus

**I**n glo. sup librum Tren. cap. primo queritur quo nomine uocatus esset messias. ubi aliqui dicunt quod uocatus esset consolator seu parclitus. ad quod allegant dictum. Tren. primo cap. Quia elongauit a me manabem. i. consolatorum uel parclitum qui conuertit animam meam. Et sequitur ibidem Rab. alba dicit. Adonai est nomen eius exprimendo. ubi dicitur Adonai nomen domini Tetragramathon cum suis quatuor propriis litteris. ad quod allegat predictus doctor tuus illud Jere. et hoc est nomen quo uocabunt eum dominus iustus noster. Ex quo patet manifeste quod antiqui tui intellexerunt auctoritatem per me allegatam eo modo quo supra tibi dixeram auctoritates uero per te allegate exponuntur a tuis prout tibi dixi. ut patet ex dictis.

### Saulus

**L**icet ille doctor Rab. alba quem tu allegas uideatur intelligere illam auctoritatem Jere. sicut tu. non tamen omnes in hoc concordant. quia in eodem loco ponuntur alia nomina ipsius messie ut manabem uel parclitum seu Ynnon. per illud. ante solem Ynnon nomen eius. et homini. Unde ex illo doctore singulari non habes intentum.

### Paulus

**V**erum est quod diuersa nomina imponuntur per tuos doctores ipsi messie. si bene aduertis illa nomina non sunt incompatibilia seu sibi inuicem contraria seu contradicentia. Nam sicut de deo multa nomina dicuntur in scripturis. ut cum dicitur dominus creator pius misericors et homini. sic etiam messias multis nominibus denotatur diuersis respectibus. Unde ex hoc quod ille alius doctor dixit Manabem est nomen eius. i. consolator. non tollitur quin sit uerus deus. cum uera consolatio non nisi per deum fit. Juxta illud psalmi. l. Ego ipse consolabor uos. Similiter ex

hoc quod dicitur. Pannon est nomen eius. i. filius uel filius  
ut supra tibi ostendi. non tollitur quin sit uerus deus. Ipse  
enim messias uerus est deus et uerus filius dei. unde ibidem  
ostensum fuit. et ideo ex diuersitate nominum messie per tuos  
doctores inuenta seu allegata non tollitur quod autoritas Jere.  
supradicta exponatur eo modo quo Rab. alba supradictus ex-  
posuit. secundum quam expositionem habetur quod messias uocandus  
est nomine diuino. scilicet Thebogramathon. quod nulli creature  
pure conuenit. ut supra dictum est.

**C**apitulum Septimum in quo idem ostenditur per uisionem fac-  
tam Ezechieli in primo cap. sue prophetie. et per uisionem fac-  
tam Danieli in cap. vii.

### Saulus

**Q**uamquid habes auctoritate alterius prophete ad tuum  
propositum fundandum.

### Paulus

**E**zechielis primo cap. sue prophetie ubi ponitur illa reue-  
latio magna de rotis et de animalibus et de throno dei super  
sedentis. quod quidem cap. prout coiter tradunt doctores tui  
continet magna seu maxima de mysteriis diuinis tantum  
quod erat illicitum apud eos exponere illud cap. in publicis seu  
pluribus hominibus. sed tantum uni discipulo intelligenti et dis-  
creto. prout habetur in illo libro talmudico qui dicitur Ha-  
guiga primo cap. quod Rab. moi. Egypcius large tractat  
in suo libro de directione. prout per capitulum

**I**n cuius capituli expositione uarij uaria senserunt. specialiter  
circa animalia et rotas. quidam enim exposuerunt illa secundum  
monarchias principales mundi. de quibus sacra scriptura  
facit mentionem. scilicet Caldeorum Medorum Grecorum et Romanorum. Alij  
uero et melius exposuerunt predictam uisionem correspondere  
ad mysteria christi seu messie qui tunc erat futurus. sed quic-  
quid sit de uarietate istarum expositionum de qua ad presens  
non est tractandum. tamen secundum omnes illud quod dicit pro-  
pheta in fine uisionis quod super capita animalium uiderat similitu-  
dinem throni saphirini. et super similitudinem throni quasi aspe-  
ctum hominis desuper. per istum hominem omnes intelligunt deum presiden-  
tem toti creature. Ex quo patet quod ille ad cuius nutum animalia

illa mouebatur et quiescebat ibat et reuertebatur. quod non nisi de deo potest verificari. apparebat tamen propheta in forma hois. in quo designatur quod deus sumus qui toti creature presidet erat humanus seu in forma humana uidentus. in quo propositum meum comprobatur.

### Saulus

**E**x illa uisione Ezechielis quam allegas non habes propositum tuum propter multa. Primum quia ut uicis et uerum est illa reuelatio est tam occulta et misteriosa. quod nulli licuit eam exponere publice seu palam. sed eius expositio tradebatur a sapientibus antiquis singulariter. scilicet ab uno magistro ad unum tantum discipulum idoneum et ad intelligendum diuina bene dispositum. et in hoc concordant omnes doctores nostri tam antiqui quam moderni. Constat igitur quod ex tali uisione tu non posses sumere argumentum ad tuum propositum probandum. cum illa que per predictam uisionem significatur sunt nobis maxime abscondita et ignota. Unde si ex illa tuum propositum quod ignotum est nobis probare intenderes. manifeste procederet ad probandum ignotum per ignotius. uel saltim per aliud similiter ignotum. Secundo quod per illum habentem aspectum hois et super thronum sedentem de quo in uisione predicta fit mentio. non est necesse ut intelligatur ipse deus. potest enim per illum intelligi aliquis angelus. qui ex ordinatione diuina haberet presidere illis animalibus et rotis et etiam toti mundo. Angeli enim frequenter in scripturis leguntur apparuisse in forma humana. ut per Gen. xvij. cap. et Judi. xij. cap. Tertio quia dato quod per illum hoies sedentem super thronum significaretur aliquis uerus homo uel etiam ipse messias. non tamen ex hoc sequeretur quod ille homo esset uerus deus prout tu uis. sed sufficeret ut per ipsum intelligeretur aliquis homo excellentissimus ceteris hominibus et etiam omnibus angelis. non tamen ex hoc sequitur quod sit deus. Quarto quod in uisione illa non legitur quod aliquis homo sederet super illum thronum. scilicet similitudo quasi aspectus hois. et sic ille presidens non designatur esse uerus homo. sed similitudo hois. Cum autem messias de quo agimus etiam secundum te est uerus homo. sequitur quod non loquitur de illo propheta. Magna enim differentia est inter similitudinem hois et uerum hominem.

### Paulus

**D**icit uerū est q̄ illa uisio in primo cap. Ezechielis cōtēta apud tuos doctores reputetur ualde occulta. 7 etiā ei<sup>9</sup> expositio publicari prohibeatur. hoc tamē intelligitur quātū ad eius integram seu cōpletā expositiōē. nō autē quantū ad aliquid sui. ut puta ad prophetā cui uisio fuit facta qui est. s. Ezechiel sacerdos. hoc enī exp̄sse traditur in l̄ra. S̄l̄r quantū ad temp<sup>9</sup> in quo facta fuit uisio. qz exp̄sse traditur q̄ fuit in tricesimo anno etatis ipsius prophete 7 in quinto transmigratiōis 7 in quarto mense 7 in quinta mensis 7 huiusmodi. S̄l̄r 7 de loco quia fuit in transmigratiōe supra flumē Tobar. Ista enī nō sūt occulta sed expresse tradita. S̄l̄r apud antiquos tuos hētur pro exp̄sso nō tacito nec secrete q̄ p̄ illū hoīez sedentē sup thronū intelligitur ipse de<sup>9</sup> prout supra dixi. Adde quantūcūqz cetera que cōtinentur in hac uisione ut de aialibus 7 rotis 7 figuris 7 motibus eoz. 7 alia hmōi sint secreta seu occulta. nō tamē sūt occulta alia supradicta. de quoz numero est q̄ p̄ hoīez sedentes in throno intelligatur ipse deus. quod uerbum solū allego ad p̄s̄n̄ oāsiōē propositi mei. ut iā dictū est.

### Saulus

**N**escio unde habes q̄ s̄m doctores n̄ros p̄ hominem illum intelligatur uerus deus.

### Paulus

**D**octores tui in expositiōe huius uisionis sup illud uerbum in eadē uisione contentū ubi dicitur sic. Et manus hominis sub pennis eoz. s. animalū. querunt cuius sint iste man<sup>9</sup>? ad quod respondēt q̄ sunt man<sup>9</sup> dei sancti 7 benedicti que extendūtur sub pennis animalū ad recipiēdos penitentes. Hec ille. Ex quo habes manifeste q̄ homo de quo loquitur propheta in illa uisione est uerus deus 7 ex hoc p̄z respōsio ad s̄m. s̄l̄r ad tertū. Ad quartū uero dicēdū q̄ propheta Ezechielis in primo cap. cōtēta facta fuit p̄ quādā imaginariam uisionē. cuius significatiōē Ezechiel intellexit alias non esset propheta nec ipse Ezechiel ex hoc uiceretur propheta. Intelligentia enim opus est in uisiōe Danielis non est ipsa res p̄ uisionē significata. sed est aliquid eam representans seu significans. 7 ideo in hac uisione cōiter utitur propheta dictionibus similitudinē significatibus. ut cum

dicatur. Et ex medio eorū similitudo quatuor animalium non enim dicit q̄ uiderat quatuor aīalia quia in imaginaria uisione nō erant illa quatuor animalia realiter existētia sed eorum similitudines. 7 sic cum dicitur q̄ uiderat super thronū similitudinē hoīs hoc refertur ad suā imaginariā uisiōz. in qua nō erat aliquis uerus homo. sed aliquid uerum hominē rēp̄sentās. qui quidē homo erat ipse de⁹. ut dictum est etiā secundum doctores tuos. 7 huic sententie cōcordat Daniel in. vii. cap.

### Saulus

**D**oce quomō Daniel cōcordat huic sententie tue.

### Paulus

**D**aniel in p̄dicto cap. s. vii. narrat quandā uisionem ualde notabilē quaz habuit de quatuor bestijs terribilibus que apud oēs significāt quatuor monarchias regnoz hui⁹ mūdi supradicās. 7 ibidē dicit. Aspiciebā donec throni poīti sūt 7 antiqui dierū sedes. 7c. que uerba apud omnes intelligūtur de deo patre. Et infra de messia subdit. Et ecce in nubibus celi quasi filius hoīs ueniebat 7 usq̄ ad antiquū dieruz pueniet. 7 dedit p̄tātē 7 honorem 7 regnū. 7 omnes poplī tribus 7 lingue seruiēt ei. potestas ei⁹ potestas eterna que non auferretur 7 regnū eius quod non corrumpetur. que quidē uerba omnes expositores tui cōiter exponūt de rege messia. Et sic patet q̄ sicut Ezechiel in sua uisione supradicta designauit quasi hominē presidentē toti creature. sic et Daniel in sua uisione p̄dicta designauit filiū homīs cui datum erat regnū eternū 7 incorruptibile. Constat autē secundū tuos doctores prout iam exposui q̄ homo uisus ab Ezechiele designabat uerū deū. similiter 7 filius hominis. a Daniele uisus secundū eos designat regem messiam. 7 sic patet q̄ omnia consonāt huic ueritati. s. q̄ rex messias secundum supradictos prophetas est uerus deus 7 uerus homo quod est intentum. In alijs etiam locis hoc idēz testatur scriptura.

### Saulus

**A**llega etiam alias scripturas si habes hoc testantes.

### Paulus



De libro duodecim prophetarū allegabo tibi duas aucto-  
ritates tantū. licet possem tibi allegare plures. ⁊ hoc cau-  
sa breuitatis. Micheas enī. v. cap. loquēs de xp̄o tūc uentu-  
ro sic dicit. Et tu Bethlehē terra effrata nequaquā mīma  
es ī prīcipib⁹ Juda. ex te. n. egredietur qui fit dñator ī Is-  
rahel. ⁊ egressus eius ab antiquo a diebus eternitatis. Hec  
ille. In hoc etiā quod dicit de messia q̄ de Bethleem egres-  
surus erat denotatur humanitas xp̄i. secundū quā ex toto  
tempe ⁊ loco egressurus erat. Ex hoc autē quod subdit. Et  
egressus eius ab antiquo a diebus eternitatis. denotatur ip-  
sius natiuitas eterna. que nō a tempore nec in loco incepit.  
⁊ sic habes intentū meū ex p̄dicta auctoritate.

### Saulus

**N**on cōstat q̄ ista autoritas loquatur de messia. unde qui-  
dam exposuerūt eam de Ezechia.

### Paulus

**A**b. Sa. tuus expresse exponit eam de messia ⁊ manifestū  
est q̄ nullo mō possit exponi de homīe puro qui tantum in  
tempe nascitur. sed de hoīe xp̄o qui natus est temporaliter ⁊  
eternaliter. que quidē natiuitates seu emanatōes in predi-  
cta auctoritate exprīmūt mō p̄dicto.

### Saulus

**A**llega michi secundā auctoritatem quam dicitis te habere  
de duodecim prophetis.

**C**apitulum Octauū in quo ofīditur idem p̄ auctoritates  
prophetaz Mich. v. ⁊ Zach. xij. cap.

### Paulus

**Z**ach. xij. cap. de deo saluāte Iherusalem legitur. Effundā  
sup domū David ⁊ sup hītatores Iherusalem spirituz gr̄e  
⁊ potestatis ⁊ aspiciēt in me quē confixerūt ⁊ plangēt sup  
eum. ⁊c. Constat autē q̄ ad nullū ptinet infundere spiritū  
gratie nisi ad solum deū. Nit enī. ps. Gratiā ⁊ gloriā dabit  
dominus. Et ideo quod dicitur. effundā sup domū David  
⁊ sup habitatores Iherusalem spiritū gratie. intelligendū  
est esse dictū in persona dei. Vnde cū inmediate in eadez se-  
rie subditur. Et aspiciēt in me quē confixerunt. oportet q̄  
intelligatur de ipso deo in quē aspiciēt iudei ⁊ quē confixe-

runt. s. in sua passione. Et sic patet q̄ illa uerba non possunt simul saluari nisi de aliquo infundere gratia. s. deo. qui etiam fuit lancea confixus. quod de nullo alio potest intelligi nisi de nro saluatore. qui inquantum deus infudit gratia. et inquantum homo confixus est. Et sic ex illa auctoritate habes intentum. s. de diuinitate xpi et etiam de eius humanitate et passione.

### Saulus

**D**octores nostri exponunt istam auctoritatem Zach. aliter et uerius. Dicunt enim q̄ duo messie sunt uenturi. unus. s. de tribu Effraim qui fuit filius Ioseph. et iste uocabitur messias filius ioseph. et prout dicunt interficiendus est in persecutioe gog et magog. Secundus uero messias est de tribu Iuda. et iste dicitur filius Dauid. qui quidem filius dauid saluatoris est populū Irahel perpetua saluatoe. Unde de primo messia. s. filio Ioseph uerificatur uerba predicta. s. Aspiciet in eum quem confixerunt. non enim dicit lra. Aspiciet in me sed aspiciet in eum. et ideo ex predicta auctoritate non habes intentum.

### Paulus

**Q**uod presupponunt doctores tui de duobus messijs falsissimum est et fictitium. non enim in tota sacra scriptura habes fundamentum sed oppositum. nam quocumque de genere seu stirpe messie agitur in scriptura semper dicitur esse de dauid seu iuda. uumquam autem de effraim seu de ioseph. et tuus Rab. moi. Egypcius in libro Iudicum titulo de messia ubi epilogat dicta omnium antiquorum apud te autentica. in hac materia expresse dicit q̄ messias uenturus credendus est fore de genere dauid nullam faciendo mentionem de alio messia. sed hoc finxerunt. tantum ut euaderent a predicta auctoritate. que euidenter testatur deum esse confixum. Item quod dicitur in lra non legitur. aspiciet in me sed aspiciet in eum est manifeste falsum. In omnibus enim biblijs antiquis et correctis legitur. et aspiciet in me. et etiam in translatione Caldaica. s. Jonathe que equiualeat textui sic legitur. unde cauillationes tue nichil tibi proficiunt in hoc passu.

### Saulus

**P**ost illa uerba que allegas immediate sequitur. Et plaget

sup eum quasi planctū unigeniti. quod facit contra te. Nō enim dixit. plangēt sup me sed super eum. Ex quo patet q̄ ille qui infundit gratiā non est ille qui est confixus. prout tu intendis deducere.

### Paulus

**L**icet ille qui gratiā infundit. s. deus est ipse met in p̄sona qui confixus est. s. homo xp̄us. prout uerba p̄ me allegata testatur. non enī s̄m unā naturā ista duo ei cōueniunt. qz infundere grām cōuenit ei secundū diuinā naturā quā hēt ab eterno. 7 esse confixū seu passuz cōuenit ei s̄m humanā naturā quā ex tempe assumpsit. 7 ideo ad innuendū istud misteriū. s. de duplici natura in ipso messia. notanter propheta cum dixisset. aspiciēt in me quem confixerūt. statim subdit. Et plangēt sup euz. ut designet aliā naturā esse secū dum quam confixus est a natura. secundum quam gratiaz infundit.

**C**apitulū Nonū. in quo ostenditur idem per dicta anti-  
quoz talmudistarū. 7 in eodē imponitur <sup>salomone</sup> primē p̄ti huius tractatus fims. f. 9. cā. et vl.

### Saulus

**V**ideo omnia per te allegata ex dictis prophetarū ad tuum intentū. s. de diuinitate messie fundandū. 7 uellem scire si forte habes aliquā auctoritatē antiquoz nostroruz hoc te stantē. Ipsi enī post prophetas scripserūt. 7 ea que ipsi prophete obscure tradūt. quandoqz clarius interpretati sūt. 7 ideo oportz ut de illis aliquid alleges. ut michi de hoc magis satisfacias.

### Paulus

**S**i dicta antiquoz tuorū bene scrutatus fueris multa reperiēs p̄dictā ueritatē. s. de diuinitate xp̄i testātes. licet non ita explicite sicut doctores n̄ri tradūt. eo q̄ antiquis p̄ribz misteria diuina nō ita lucide tradebātur. 7 quia longū estz narrare omnia que de hoc tradunt antiqui. allegabo tibi duas uel tres auctoritates que debēt tibi sufficere. Primaz repies in glo. sup psalterio que dicitur Medras tillini sup illud uerbū psalmi. Quia apud te est fons uite 7 in lumie tuo uidebim<sup>9</sup> lumē. ubi sic dicit. Rab. Yohanam. Quidā

homo ambulans in nocte tenebrosa incendebat lucernam. et cum per eam per aliquam moram temporis aliquantulum illuminaretur extinguebatur lucerna. et sic iterum incendebat et iterum extinguebatur. Dixit ergo ille homo. usquequo laborabo. incendiendo lucernas que modice duratōis sunt. melius est ut spectem ortum solis ut possim ire ad lumen eius. Et sequitur. Sic contingit Israel. qui captiuitatis in Egipto et per Moysen et Aaron redemptus. ut habetur in Exodo. sed postea subiugatus fuit sub Assera Chananeo. a cuius iugo liberatus fuit per Barath et Delboram. Judi. iiii. Postea subiugatus fuit sub Madianitis. a qua subiectio liberatus fuit per Bedeon. Judi. vii. Consequenter per alias nationes conuicinas a quibus liberatur et a deo per iudices. Juxta illud Judi. i. cap. Suscitauitque dominus iudices qui liberarent eos a deuastantium manibus. Postea transmigrati sunt in Babilonia. et redempti sunt per Esdram et Nehemiam. Rursus subiugati sunt per Romanos. Dixit ergo Israel. Usquequo laborabimus in hominum redemptioibus et subiectioibus successiuis. amodo non querimus illuminari nisi per ipsum in sua persona et hoc est quod dicitur. Benedictus qui uenit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Hec in glo. Attende igitur o Saulle quod iste doctor uoluit ponere differentiam inter ultimas redemptiones ab Israel spectatas ad redemptiones preteritas. in hoc quod redemptiones precedentes fuerunt facte per prophetas seu homines uirtuosos. et redemptio ultima spectanda erat per ipsum met deum. Cum autem ista redemptio ultima ab omnibus spectatur esse per messiam. sequitur quod ex mente istius doctoris est. quod ille messias est uerus deus. de quo exponitur illud dictum. Deus deus deus et illuxit nobis.

### Saulus

**N**on bene probatur ex dictis illius doctoris quod messias sit deus. sed sufficit quod redimat uirtute diuina.

### Paulus

**S**crutare bene rationes illius doctoris et meum propositum clare repies. Si enim redemptio per messiam facta uel secundum te fienda esset redemptio per purum hominem facta. sed tamen uirtute diuina. nulla ratio esset qua hec redemptio ultima diceretur esse facta per ipsum deum plusquam alie. Moyses enim et alii iudices seu redemptores non nisi uirtute diuina hec operati sunt. ut est

manifestū. Vñ nulla esset differentia iter eos nisi forte s̄m  
magis 7 minus. quod s̄m p̄m̄ diuersificat sp̄m. 7 iō ma  
nifestū ē s̄m p̄dictū doctorē q̄ redēptōes p̄cedētes sc̄e sunt  
p̄ puros hoīes. licet uirtute diuina. Sed ultima redēptio  
credēda est fieri p̄ ipsū deū in p̄sona. de quo exponit. In lu  
mie tuo uidebim⁹ lumē. 7 in hoc etiā cōcordat hic doctor  
cum alijs.

**Saulus**

**A**llega michi alium concordantem.

**Paulus**

**I**n glosa magna super Benesi que dicitur Veresith Rabba  
Alba q̄rit. Quid ē v̄bū Danielis. s. ij. cap. ubi de deo dicitur.  
Ipse reuelat profūda 7 abscondita 7 nouit in tenebris  
cōstituta 7 lux cū eo ē. Et respōdit. Hec lux ē lux regis mes  
sie. de quo in psalmo. In lumie tuo uidebim⁹ lumē. Hec il  
le. Ex quo habes satis manifeste q̄ lumē diuinum quod sp̄  
cū deo ē. imo 7 uer⁹ lumē quod de⁹ est. ē lux messie. Et ti  
bi sufficiāt ista ex multis que in scripturis antiquoz tuo  
rum continentur.

**Saulus**

**A**llega michi rogo tertiā auctoritatē alicuius antiqui doc  
toris nostri. quia ut nosti. In ore duorum uel trium stat  
omne uerbum.

**Paulus**

**I**n quodā antiquo libro qui intitulatur ab illo antiquo et  
famosissimo doctore nomie Rab. Nehuma filio Alchana.  
qui quidē liber noīatur Vahir. quod interpretatur lucidum  
seu lucidariū sup illud uerbū. prouer. x. Justus ē fundamē  
tū sempiternū. Sic queritur. quid ē quod dī. Justus ē fū  
damentū sempitnū. Ad quod r̄ndetur. Quēdā iustū hēt seu  
hēbit de⁹ sanct⁹ 7 b̄ndcūs in seculo suo qui ē sibi vilcūs. eo  
q̄ sustinet mundū uniuersū. 7 ē fundamētū ei⁹. 7 gubernat  
mūdū. 7 facit mūdū gubernat. 7 cetera m̄lta s̄ilia. de quo  
iusto cōcludit. Et ip̄e ē fūdamētū oīm aīaz. Et hoc ē quod

†  
p̄u. 10.  
oo  
So

9. el iusto. dī. Just⁹ ē fundamētū sempitnū. Hec ille. Attēde igr̄ Sau  
9. quādā lē. q̄ de nullo hoīe puro quātūciqz iusto p̄dicta possēt ueri  
ficari nisi cū hoc sit uerus deus. 7 iō habes q̄ etiā p̄ scruti  
Antonom. maffiaz. 11.  
Occidentiaz

niū scripturarū doctorū uīroz antiquoz I quibz putat̄ h̄re  
ultā eternā. repiuntur testiōnia ueritatis xp̄i nr̄i seu messie  
sicut 7 in dictis prophetaz repitur: ut supra dictū est,

### Saulus

ps. 118.

Job. 39.

Coz.<sup>m</sup>

ca.

**R**ecogitatis testiōnis q̄ in supradcis p te dicta sūt 7 michi  
proposita: dicere possū illud. ps. Testiōnia tua credibilia fa-  
cta sūt nimis. oīa enī cōsonāt uero seu ueritati fidei catholi-  
ce: quā p̄dicās. Et iō dico cū Job. xxxix. Qui leuiter locut̄  
sū quid r̄ndere possū. manū. n. meā pono s̄ os meū. Verū/  
tamē qz iuxta illud. ps. Mirabilia sūt testiōnia tua. sūt. n.  
altissima 7 profūda: iō restat̄ ut scrutetur ea aīa mea. nō iāz  
dialogice cōcertādo: ut pri<sup>o</sup>. sed q̄rendo de quibusdā ampli-  
orē informatōz seu declaratiōnez. ut sic ex tali scrutinio de-  
claratō p̄monū tuoz sequatur. que me illuēt 7 intellectū  
det puulis. s. mei s̄ilibus. Vñ sicut prima ps fuit dialoga  
quasi iter duos disputatiue acta: sic ista secūda sit didasco-  
lica quasi inter mḡm 7 discipulū ad ipsi<sup>o</sup> discipuli erudi-  
tōez tractata. 7 sic de cetero nō Saulus. s; Discipul<sup>o</sup> uoca-  
bor. sic 7 tu doctor seu mḡ in sequētibz uocari debes.

### Paulus

ps. sup<sup>o</sup>

vd.

**I**lle solus laudetur qui docet hoīez scientiā. ad quē fidei p/  
tinet donū dare. in quo cōfidēs pete frater quicquid uolue-  
ris. 7 r̄ndebo p̄m grāz: quā michi deus m̄strabit. Vñū ta-  
mē oportet p̄supponere. q̄ in sequētibus auctoritates noui  
testam̄ti accipias: sicut 7 ātiq̄as accipiebas. utriūqz. n. ē a  
deo datū seu reuelatū. Sicut 7 auctoritates scōz nr̄oz quoz  
eloquia sunt igne caritatis examinata recipias: qui primo  
Talmudica dicta que in multis igne infernali succensa (ut  
forte in sequētibus apparebit) temerarie recipiebas. Et sic  
ad uota tua implenda deo uoce procedemus.

**P**rima Pars Scrutinij huius scripturarum.  
siue Capistri Judeoz finit & Sequitur  
**S**ecunda et ultima.

**I**ncipit Secunda pars tractatus de Scrutinio scripturarum. Et est Didascalica, cuius prima pars que quasi cōtinuatua est eorū que dicta sunt ad dicenda sex cōtinet capitula. In capitulo Primo ponitur a discipulo argumētatōes contra ea que dicta sunt de deitate xpi. Et petit

discipulus earum solutiones ad infidelium maiorem confutationem. ca.

2. In Cap. Secundo ostenditur q<sup>o</sup> difficultas fidei prout est incarnatio uerbi nō pertinet usz quaqz scrutari ad eos qui nouiter ad fidē ueniunt.

3. In cap. Tertio soluiūtur argumētatōes p̄dicte.

4. In cap. Quarto ostenditur q<sup>o</sup> p<sup>o</sup> Scrutiniuz scripturarū cōmunicatio ideomatum dei et hominis in christo sufficenter cōprobatur. a ff. 193. b.

5. In cap. Quinto ostenditur q<sup>o</sup> non licebat Iudeis docere plures homines nec p̄dicare de certis capitulis ueteris testamenti in quibus misteriaz sancte trinitatis et incarnationis uerbi cōtinentur.

6. In cap. Sexto redditur ratio quare antiquis p̄dicte misteria non explicite sed implicite tradebātur et ibidez ponitur a discipulo quoddā exordii ad ea que sunt in hac pte ulterius tractanda. a ff. 199. b.

Capitulu Primū In quo ponitur a discipulo quedā argumētatōes contra ea que dicta sunt de deitate xpi. et petit discipulus earū solutōes ad infidelium confutatōem. ca.

## Discipulus.

**E**rimiter credens ea que p te michi tradita sunt circa deitate xpi seu messie prout scripturarū testimonia per te iam allegata manifeste testatur. Adhuc uellē inforuari de quodā quod est mirabile: et de quo infideles olim socios meos audiui murmurare. qui etiā hodie de hoc mur-

murat. s. posito etiam prout uerissimum est. licet ipsi opposi-  
 tum credant qd xpus in lege promissus non purus ho sed ue-  
 rus deus et uerus homo est. adhuc illi de quibusda locutoi-  
 bus la ueris catholicis conceduntur et predicantur. de quarum  
 uitate no dubito. Ipsi tamen de his scadalifantur et contra  
 eas sepe obloquuntur sic dicentes. quomodo illa q de ipso xpo di-  
 cuntur. nullo mo ad deitatem pertinet. sed solu ad humani-  
 tatem. attribuuntur deo. utputat paliter nasci. et pati. et mori  
 et c. hmoi. Contra quam uitate mgti eoru multipliciter con-  
 sueuerunt arguere. Vno mo sic. Dicunt eni q sicut nulla pro-  
 positio e uerior. quam illa in qua idem pdicatur de seipso. ut  
 cu dicitur. homo est homo. Ita nulla propositio est a ueri-  
 tate remotior. quam illa in qua idem negatur de seipso. uel  
 illud quod e maxime distans et diuersu pdicatur de subiec-  
 to a quo maxime distat et diuersificatur. Sed in ista pro-  
 positoe. deus est homo. pdicatu significat rem corruptibi-  
 lem et tempale et corporea. que maxime distat ab hoc quod  
 significatur p istu terminu deus. ergo ista propositio. deus  
 est homo. est maxime a ueritate remotior. Preterea dicunt  
 q fides nra asserit quedam que sibi inuice cotraria sut. non  
 solu maxima admiratoe digna. sed etiam sut talia que nullo  
 mo ab aliquo sensato sut simul coecessibilia. quod sic decla-  
 rant. Dicunt eni q in diuinitate ubi est tantu unica natura  
 indiuidua et simplicissima. cum hoc tamen a fidelibus nris  
 no conceditur q una psona diuina pdicetur de alia. ut dice-  
 do. pater e filius. et cotra. et tamen in xpo in quo sut nature  
 summe distates et diuerse. s. humana et diuina pmittitur  
 imo et conceditur q humana natura possit predicari de deo  
 saltem in concreto. sic ut dicatur q deus est homo. Item dicunt  
 q propositio homo e deus repugnat manifeste ueritati sacre  
 scripture. secundu quam nome diuinu. et spealiter illud qua-  
 tuor ltraru quod dicitur Thetragramathon. de nulla crea-  
 tura posset uerificari. Juxta illud Exo. iij. Hoc est nomen  
 in eternu. Vbi etiam nri doctores dicunt q illud nome sic est  
 propriu nome diuinu. quod e omio incōmunicabile alteri.  
 Per ista autē propositoez homo est deus. manifeste coica-  
 tur nome dei alteri. s. homini. et sic hec propositio deus est  
3. Mēs imple grā

4. Et fute glorie nob

pigno det

allelia.

**C**apitulum Octauū in quo ostenditur q̄ licet in hoc sacra-  
mento memoria passionis christi celebratur nichilomin⁹  
dulcedo seu delectatio spiritualis in recte ipsum sumente  
causatur.

### Discipulus

**P**lacent michi ea que viciis circa dulcedinem huius sarca-  
menti. sed est unū quod animū meū in contrariū mouet.  
· 7 est hoc. Constat autem q̄ hoc sacramentū institutū fuit  
· *Luc. 22.* a xpo in memoriā sue passionis. iuxta illud Luce. xxi. hoc  
· facite in meā cōmemoratōez. Vnde 7 in collecta (quā alle-  
· gasti) dicitur. Deus qui nobis sub sacramēto mirabili pas-  
· sionis tue memoriā reliquisti. Memoria autē passiois nul-  
· lo mō dicenda uidetur dulcis seu delectabilis. sed potius a-  
· *Eccl. 20.* mara. Vnde Eccle. xl. O mors quā amara est meōria tua.  
· Ex quo uidetur sequi q̄ in hoc sacramento non ē delectabi-  
· lis dulcedo spūalis. sed potius meōria passiois supradicte.  
· que est tristabilis 7 amara.

### Magister

**L**icet tristitia s̄m se coiter non sit delectabilis. possz tamē  
esse causa delectatōis dupliciter. Vno mō s̄m q̄ est in actu  
inquantū facit memoriā rei dilecte. de cuius absentia ali-  
quis tristatur. 7 tamē de sola eius apprehensione delecta-  
tur. Vnde 7 in officio de corpe xpi legitur ab ecclesia. q̄ is-  
tud sacramentū fidelibus est de absentia xpi solatium sin-  
gulare. Alio mō tristitia potest esse causa delectatōis s̄m  
q̄ est in memoria propter subsequētē euasiōē. Vnde s̄m  
q̄ homo apprehendit se ab aliquibus tristibus 7 doloro-  
sis euasisse. accrescit ei gaudiū materia. 7 iō quia p̄ meōriā  
passionis xpi fidelis credit se euasisse ab eternis supplicijs.  
Idcirco per hanc memoriā debet in eo accrescere maximi  
gaudiū materia. eo q̄ propter triumphū xpi in sua passioe  
liberati sumus ab eternis supplicijs. Vnde Aug. in octauo  
confessionū dicit q̄ quantomagis fuit periculū in p̄lio: tā-  
tomagis erit gaudiū in triumpho. Considerantur etia; in  
hoc sacramento quedam representationes abscondite que  
sunt maxime delectabiles. 7 p̄ consequēs dulcissime.

**C**apitulum nonū in quo redditur ratio quare representa-



2<sup>c</sup>  
 3. di.  
 f. 9. ca.

tiones coiter sunt delectabiles. 7 consequēter ostenditur q̄  
 representationes in hoc sacramento abscondite, in rite su-  
 mente sunt maxime delectationis seu dulcedinis spūalis. 7

### Discipulus

**P**eto ut michi declares primo representatōes rerū que sunt  
 delectabiles, 7 deinde que sunt ille representatōes abscondite  
 que in hoc sacramento considerātur! que sūt maxime delec-  
 tatōis 7 dulcedinis ut dicitis.

### Magister

**S**ecundū Pbr̄m in primo rethoricē omnes representationes .1. Rhetor.  
 rerū sunt delectabiles. 7 etiam illarum rerū que in se non  
 habent rōez delectatōis. sicut cum aliquis homo per imita-  
 tionem representat equū uel aliquod animal: est quoddaz  
 iocosum 7 delectabile. 7 sic de similibus representatōibz imi-  
 tatiuis 7 alijs, cuius ratio est quia gaudet anima in colla-  
 tione unius ad alterū. conferre enī unū alteri est proprius  
 7 naturalis actus rōis. ut pbr̄s dicit in sua poetria. Vnū .7. et. 10. Ethic.  
 quodqz autē in sua opatione nō impedita delectatur. ut in  
 .vij. 7. x. Ethicorū,

### Discipulus

**I**ntelligo quod dicitis circa primū. s. quare representatōes sūt  
 delectabiles. sed peto ut secundū michi declares. s. quomō-  
 in hoc sacramento considerātur aliquę representatōes ab-  
 scondite! que (ut dicitis) sunt maxime delectationis seu dul-  
 cedinis.

### Magister

**I**n hoc sacramento recolitur seu representatur meōria pas-  
 sionis xpi. ut dictū est. Similiter 7 in eodem representatur  
 seu prefiguratur beata fruitio. in qua anima beata diuina  
 fruitōe repletur. Vnde 7 in ultima collecta officij de cor-  
 pore xpi dicitur. Sac nos quesumus domine diuinitatis tue  
perpetua fruitione repleri. quam p̄ciosi corporis 7 sanguinis  
tui corporalis p̄ceptio prefigurat. Et sic patet q̄ sicut in hoc  
 sacramento recolitur seu representatur p̄ modū memorie p̄-  
 teritorz passio xpi: sic in eodē representatur p̄ modū prefi-  
 guratōis futura fruitio beata. 7 sic sunt ibi due representatō-  
 nes. que sunt cause delectatōis. 7 quia ista representata s̄m

se sunt maxime dulcedinis: In primo enim representatur  
suum meritum totius generis humani. s. passio xpi: In se/  
+ cundo uero representatur seu pfiguratur suum premium. s. fru/  
itio beata: Consequens est qd iste representatōes non solum sint  
delectabiles inquantum representatōes: sed et maxime delecta/  
tionis seu dulcedinis ex parte representatar. Que quidem (in/  
quantum abscondita) dulciora redduntur. iuxta illud Prover.  
ix. cap. Panis absconditus suauior est.

.ps. 9.

**C**apitulum decimum in quo proponitur quedam alia ad/  
miratio a discipulo circa hoc sacramentum. prout est sacrifici/  
um. et ibidem soluitur a magistro.

**Discipulus**

**P**lacent michi res tue per quas michi ostendis quare mi/  
racula contenta in hoc sacramento seu ea (que in ipso sunt re/  
presentata) sunt abscondita, et etiam quare circa illud coeter  
non sunt publica miracula sicut olim circa archas federis  
uet. test. fieri consueuerunt, quas quidem res credo esse suffi/  
cientes ad obstruendum os loquentium iniqua. Sed adhuc unum  
est ualde mirabile in oculis meis. s. qd in sacrificiis antiqui  
testamenti (que ex carnibus animalium occisorum fiebant: ut pz  
Leuit. primo. et in pluribus locis: tamen ad eorum reueren/  
tia: et potius ipsius dei (cui offerebantur) non erat licitum ipsa  
offerri: nisi tantum in templo dei. quod erat unicum. et non in  
alio loco. Unde Deut. xij. cap. Caueas ne offeras holocausta  
tua in omni loco quem uideris. sed in eo quem elegerit  
dominus. in unam tribum tuam offeras hostias. etc. Cum aut  
hoc sacramentum sit a patre audiuit sacrificium. quod quidem  
sacrificium in infinitum seu incopabiliter sacrificia antiqua  
in dignitate et excellentia excedit: uideretur ad ipsius reue/  
rentiam pertinere. ut non offerretur nisi tantum in unico lo/  
co. quod etiam esset magis conforme huic qd ipse xpus (cui  
passionis memoria in hoc sacramento celebratur) non (nisi  
in uno loco) per suam passionem oblatus est. Constat enim qd  
xpus uenit ad implendum legem. ut habetur Math. v. cap.  
Que quidem impletio et si intelligatur solum in moralibus  
non autem in ceremonialibus seu iudicialibus sicut supra in  
sup. 1. p. di. 8. prima parte dis. viij. est tractatum. qua res sacrificia uete/

.Leuit. 1.  
et al

.Deut. 12.

.ps. 9.

.sup. 1. p. di. 8.

ris legis (que ceremonialia erāt) tempe noue legis euacuata sunt, illa tamen (que ad sacrificiorū uenerationē seu reuerentiam pertinere uidentur) de uictamine naturalis rōis esse uinoscūtur. ⁊ per consequens (tamquā moralia) in noua lege dominare debēt. cuius oppositū uideo in ecclesia sancta dei exerceri. offertur enim hoc sacratissimū sacrificium in omni loco indistincte. quod uidetur esse quodāmodo cōtra ipsius uenerationē. ut dictū est.

### Magister

ex

1. In hac tua admiratōe p̄supponis quedam uera. ut cum dicitur q̄ hoc sacramentū est sacrificiū. quod uerū est. Nam nō solum hoc sacramentū nōiatur uaticū rōe refectōis spūs/alis. ut dictum est. sed etiā nōiatur sacrificiū. In eo enī rep̄sentatur passio xp̄i. que sūmū ⁊ acceptissimū sacrificiū uespertinū uinoscitur. quod quidē sacrificiū in infinitū excedit cetera sacrificia ut dicit. Presupponis etiā q̄ sacrificia antiqua non nisi in unico loco offerri debebāt. quod uerū est. presertim post edificatōes templi. Presupponis etiam q̄ xp̄us uenit ad implendū legem. quod uerum est. ut ipse testatur in euangelio. prout tu allegasti. sed ex p̄dictis nō concludis intentū. s. q̄ hoc sacrosanctū sacrificiū non debz offerri nisi in unico loco. Hoc enim non est de uictamine naturalis rōis. prout tu estimas. sed s̄m q̄ deus ubiqz est ⁊ ubiqz domiatur. ubiqz potest ei sacrificium offerri. Vnde ⁊ Exo. xx. cap. post datōz legis decalogi ubi primo fit mētio de sacrificijs deo offerendis sic legitur. Altare de terra facietis michi. ⁊ offeretis sup eo holocausta. ⁊ pacifica uīra oues ⁊ boues. in omni loco in quo memoria fuerit nomis mei. ueniam ad te ⁊ benedicā tibi. Ex quo patet q̄ etiā de lege diuina primo non fuit prohibitū q̄ in omī loco offerretur sacrificia. sed hoc fuit tantū durante templo ordinatū. ut ab idolatria prohiberetur. uel etiam existente tabernaculo in deserto oportebat rōe predicta. ut ad ostium tabernaculi p̄sentaretur sacrificia. ut hētur Leuit. xvij. Tēpore autē noue legis quando p̄ orbē terraz fides xp̄i diuulgata est. ubiqz cōuenit sacrificare deo. Juxta illud Malach primo. Ab ortu enī solis usqz ad occasum magnū est nomē meum in gentibus. ⁊ in omni loco sacrificatur ⁊ offertur

Sacrificiū uespertinū

Exo. 20.

Leuit. 17.

Malach. 1.

nomini meo oblatio munda quia magnū est nomen meuz  
 in gentibus. Huius enī ratio manifesta est. Nam sicut cuz  
 lex diuina unī tantū genti dabatur. s. Israheliticē. unicum  
 templum tantū assignabatur a deo sacrificandū. sic cū lex  
 diuina ampliata est ad omnes gentes. congruū est. ut in oī  
 loco deo dedicato licet ipsi deo sacrificare. Vnde de hoc ad/  
 mirari non debes. sed quia in hac tua admiratōe tetigisti  
 aliquid de impletōe diuine legis per xpm. Idcirco tibi oī/  
 dami q̄ in hmōi sacrosancti sacrificij institutōe xpus excel  
 lenter legem impleuit.

**C**apitulum undecimū in quo declaratur. q̄ tripliciter in  
 telligi debet impletio legis per christum. 7 q̄ xpus legem  
 impleuit in institutōe huius sacramenti. prout est sacrifi/  
 tium. 7 ibidē tractatur de triplici causa sacrificiorum an  
 tique legis. Et de errore Rab. moi. circa reddendā causam  
 sacrificiorum.

**Discipulus**

**D**e hoc ualde desidero informari. non enī uideo hoc sacri/  
 fitiū in aliquo conformari sacrificijs antique legis. Vnde  
 nec intelligo quō in eodē xpus legem impleuit.

**Magister**

**C**irca hoc attendere debes. q̄ xpus multipliciter legē imple  
 uit. 7 spetialiter tribus modis. quoz duo ponūtur in glo.  
 sup illud uerbū supra allegatū. Non ueni soluere legez. sed  
 adimplere. Math. v. ubi glo. sic dicit. Impleuit xpus legez  
 faciendo quod iubet. uel supplendo quod deerat. Terti<sup>o</sup> at  
 modus est. cum illa que prophetice de xpo dicebātur futu/  
 ra. xpus in suo aduentu impleuit. ut cū dī de introitu xpi  
 ī Ibrl m. hoc totū factuz ē. ut adimpleretur quod dictū ē p  
 prophetā. Exulta satis filia sion. 7c. Math. xxj. Et ad istū  
 tertū modū reduci potest illud. quod per uarias figuras  
 significabatur futurū in xpo. que omnia per ipsum seu in  
 ipso fuerūt impleta. que quidē triplex impletio. manifeste  
 apparet in institutōe huius sacramenti. quod est ueruz sa/  
 crificiū. ut dicitur est. In hoc enī impleuit christus legem.  
 Primo modo. s. faciendo quod iubet. Nam oblatio sacri/  
 fitioruz est de iure naturali. prout in secunda secunde. q.

.s. thōs .22. q. 89.

lxxxv. Et inde est q̄ in qualibet etate, et apud quaslibz ho-  
 minū natiōes semp fuit aliqua sacrificioꝝ oblatio, quod ar  
 est apud omnes naturale est, huius autē ratio est. nā sicut  
 in rebus naturalibus inferiora naturaliter suis superioribz  
 subdūtur: ita etiā naturalis ratio dicitur: ut s̄m inclinatio-  
 nem naturalem homines ei (quod ē supra omnes) subiectoꝝ  
 et honorem exhibeāt s̄m modū hominū cōuenientem. qui  
 quidē modus ē: ut sensibilibus signis utatur ad exprimen-  
 dū interiorem conceptū. sicut ex sensibilibus cognitionem  
 accipit inuisibiliū. Unde ex naturali rōe procedit q̄ homo  
 sensibilibus rebus utatur offerens eas deo in signū subiecti-  
 tōnis et honoris. ad similitudinē eoz qui dominis suis ali-  
 qua offerūt in recognitiōez dominū. Ex quo patet q̄ obla-  
 tio sacrificij p̄tinet ad ius naturale. Ex quo potest inferri  
 q̄ Rab. moi. ille egiptius (qui solēnissimus doctor inter he-  
 breos reputatur) manifeste errauit in reddenda rōe sacrifi-  
 cioꝝ ueteris legis in tertia parte sui libri. de directiōe p̄plex-  
 orū cap. xxxij. et xlvj. Nam s̄m eum in p̄dictis causis nul-  
 la ratio assignanda est ad sacrificioꝝ ueteris legis oblati-  
 oꝝ: nisi solū ut pplus retraheretur ne idolis sacrificaret.  
 que quidē ratio licet in parte uera est. ut potest haberi Le-  
 uit. xvij. non tamen uerū est q̄ ex ipsa sola rōe sacrificia  
 deo accepta fiebant. Noe enī cum egrederetur de archa ubi  
 nulla erat idolatria. nec idolatrie deo sacrificauit. quod sa-  
 crificiū legitur deo fuisse acceptū in odorē suauitatis. ut  
 hētur Gen. viij. Similiter et munera Abel accepta deo fue-  
 rūt: licet protunc nondū orta erat idolatria. ut habetur  
 Gen. iij. cap. Ex quo patet manifeste q̄ non solum sacrifi-  
 tia erant offerenda deo. ut populus ab idolatria retrahere-  
 tur. ut p̄dictus Rab. moi. estimabat: sed etiā ut popul⁹ sub-  
 deretur deo. ostendēdo hmōi subiectionez p̄ signa sensibilia  
 prout rō naturalis dicit mō supradicto.

### Discipulus

Scrutando ueteres scripturas quedam uidētur facere pro  
 opinione Rab. moi. supradicta. quam peritiores hebreorū  
 secuntur. Nū est q̄ non legitur deam precepisse populo Is-  
 rael: ut sacrificarent sacrificia. nisi postquāz idolatruūt  
 in fabricatiōe uiculi. ut patet Exo. xxxij. cap. et Leuit. p̄rio

Coz<sup>m</sup>

vō

Coz<sup>m</sup>Coz<sup>m</sup>

Cōf. 173 Rab. moy.

errate

1. 3. p. sup. 11. de directione  
perplexoz. ca. 32. et 26.

Leuit. 17.

q̄. 8. ex. de Noe.

17 de m̄p̄ibz Abel. q̄. 2.

3. 8.

Exo. 32.

Leuit. 1.

Am

90

7 in sequentibus capitulis. Ex quo patet qd sacrificia fuisse ordinata solum ad retractionem a cultu idolorum. Si enim non solum ad hoc sacrificia fierent sed ad ostendendam subjectioem deo per signa sensibilia: prout tu asseris: sequeretur qd ante (quam plus laboretur in idolatria) debuissent percipi, hoc idem uidetur Jere. dicere. vij. cap. Non sum locutus cum patribus uestris. 7 non precepi eis in die qua eduxi eos de terra egypti. de uerbo holocaustorum 7 uictimarum. 7c. Que quidem uerba Jeremie necessario intelligantur dicta ante lapsum populi in idolatria. que 7 similia allegantur per ipsum Rab. moi. 7 eius sequaces ad suam opinionem persuadendam. Unde peto ut michi illa declares confortando ad ueritatem tuam propositam.

hie. 7.

Rab. moi. uis qd sequeres

dit

### Magister

Si bene scrutatus fueris ea que in scripturis antiquis circa sacrificia oblata seu offerenda dicuntur: clare reperies qd Rab. moi. non bene allegauit in supradictis 7 hmoi similibus. Ad cuius declarationem scire debes. qd causa sacrificiorum (que in lege ueteri precipiebatur) non est unica tantum s. ut per illa homines retraherentur a sacrificiis idolorum. sicut Rab. moi. predictus erronee estimauit, sed fuerunt alie cause principaliores. quarum una est ut per sacrificia reputaretur ordinatio mentis in deum ad quam excitabatur sacrificium offerens. in hoc enim recognoscebat offerens qd oia sua habebat a deo tamquam a primo principio, similiter 7 ea ordinabat in deum: tamquam in ultimum finem in honorem dei sui offerendo. Unde 7 David dicebat prout Paralip. xxix. cap. Tua sunt omnia 7 que de manu tua accepimus dedimus tibi. Unde 7 in oblatione sacrificiorum recte facta protestabatur homo qd deus esset primus principium creatiois rerum 7 ultimus finis. ad quem essent omnia referenda, 7 ideo prohibebatur i lege sub anathemate offerre sacrificium nisi soli deo Exo. xxj. tamquam in hoc peccato incurreretur crimen lese maiestatis. Quod aut assignatur alia ratio sacrificiorum ex hoc qd per hmoi homines retraherentur a sacrificiis idolorum licet concedatur esse partialis causa seu minus principalis: non tamen est totalis causa nec principalis. Quod sic patet. nam etiam tempore quo idola non colebantur nec reperiebantur in mundis laudabile 7 meritorie deo offerebantur munera seu ob

David. 1. Paral. 29.

1. Cor. 1. testatur.

apoc. ego sum Alpha. et. Omega.

Exo. 21.

90

lationes et etiam sacrificia. ut patet de Abel. Gen. iij. cap. Nam secundum sanctum Thomam secunda secunde. q. lxxij. in prima etate non fuit idolatria propter retentionem memorie creationis mundi. ex qua adhuc fuit cognitio in mente hominum. et licet hec sententia non teneatur ab hebreis. sufficit quod ipse met Rab. moi. in suo Deut. lib. primo. ti. de idolatria cap. primo expresse dicit. quod idolatria incepit in mundo a tpe Enos et non ante. Constat autem quod Abel fuit mortuus antequam Seth nasceretur. qui quidem Seth fuit pater ipsius Enos. que omnia habentur expresse in predicto cap. s. Gen. iij. Cum ergo Abel obtulit munera deo accepta antequam idolatria in mundo insurgeret. ut patet ex dictis. quod etiam ipse Rab. moi. concedere habet. sequitur manifeste. quod ratio sacrificiorum deo acceptorum et oblationum non est accipienda solum ex retractioe ab idolatria. Idem etiam Rab. moi. dicit in suo Deut. in li. de iudicibus cap. de regibus cap. xi. quod rex messias habet edificare templum et congregare dispersiones Israel. in quo templo fierent sacrificia et iubiles eo modo quo in lege mosaica continentur. et ipse met in eodem cap. dicit quod tempore sui messie omnes gentes convertentur ad legem mosaicam confitentes. quod mendacium hereditauerunt patres eorum s. in colendo idola. Ex quo patet manifeste secundum eum. quod tempore sui messie non erit idolatria. et tamen ipse met asserit. quod tempore sui messie erunt sacrificia legalia. Ex quo manifeste habetur. quod sacrificia non solum precipiuntur propter retractionem ab idolatria. ut ipse erronee docet. His dictis ad primum quod pro opinione Rab. moi. allegas dicens quod non legitur deum precepisse populo Israel. ut sacrificarent. nisi postquam idolatrauit in fabricatioe uiculi. Dicendum quod hoc est falsum. manifestum est enim quod quando deus eduxit populum de Egipto. precepit eis de agno pascale imolando. quod fuit celebratum in ipsa nocte. in qua de Egipto exiuerunt. et hoc fuit primum preceptum quod legitur datum fuisse filiis Israel a deo per Moysen. Qui quidem agnus pascale uictima uocatur. Unde Exo. xij. de predicto agno pascale dicitur. Cum dixerit filij uiri que est ista religio. dicetur eis uictima transitus domini est. Ex quo patet quod sacrificare uictimam fuit preceptum populo Israel ante fabricatioem uiculi. quod est contra predictum Rab. moi. nec ualet quod ipse Rab. moi. dicit in predicto

ex. de Sato Abel.

q. 2.  
22. q. 62.

q. 2.

q.

Rab. moi.

idz

coz

coz

ad 7. 50.

7. preceptum

Exo. 12.

E

• exo. 11.

exo.

Ad. 2<sup>m</sup>  
So.

cap. xliij. q. primū preceptū datū Iſraheliticis non fuit de agno pascali. eo q. fuit ex certa rōe tunc expresse. ſ. ut eruerentur a plaga primogenitor. ut habetur Exo. xi. 7 etiam quia hoc preceptum fuit in terra Egipti. non autem cum educerentur de terra Egipti. ut ipse dicit. nam primū est manifeste falsum. ut lra testatur. Nullum enim preceptū legitur datū fuisse populo Iſrahelitico ante preceptum de agno pascali. 7 sic tenet Rab. sa. 7 omēs expositores hebrei Idem licet p agnū pascalem disponere deo euaserūt a plaga primogenitor. Istud tamen pceptū per totum tempus legis ueteris fuit obseruandū. prout expresse habetur Exo. cap allegato. fuit etiam hoc preceptū datū in terra Egipti. 7 in ipsa eductōe de Egipto obseruatū. 7 sic cauillatōes predictae sunt nulle. Ad secundum uero quod allegas de uerbo Jere. dicentis. quia non sum locutus cum p̄ribus ūris. nec p̄cepi eis in die qua eduxi eos de terra Egipti de uerbo holocaustomatū 7 uictimaz. Dicendū q. hoc est uerū. nāz in exitu de Egipto quando deus p̄cepit agnū pascalem celebrare. non precepit eis facere holocausta 7 uictimā. sed solum uictimā. Agnus enim pascalis uictima erat. ut dictum est. non autē holocaustū. Postea uero cum lapsi sunt in idolatriam. deus p̄cepit eis holocausta 7 uictimas deo offerri a populo. ne talia offerrentur idolis. que est secunda rō sacrificiorū minus principalis quā prima. nāz prima rō (que sumitur ex protestatōe subiectōis ad deum) stat omni tēpore. etiā cum nulla idolatria in mundo fuisset uel esset. Secunda uero rō sacrificiorū (que sumitur ex retractōe ab idolatria) n̄ hēt locū. q̄si nulla idolatria est in mundo.

### Discipulus

12. q. 102.  
art. 3.

**V**idetur michi q. sanctus Thomas in prima secunde. q. cii. ar. iij. p̄dicatas allegatōes facit ad probandū q. rō sacrificiorū sumitur ex retractōe ab idolatria.

### Magister

1. ar.

2. ar.

**S**i bene scrutatus fueris uerba sancti Thome manifeste reperies. q. non assignat rōez illam de retractōe a sacrificijs idolorū tamquā sit totalis rō 7 principalis ad sacrificandū deo. sed assignat eam tamquā causā partialem eoz que fiunt particulariter circa sacrificia. que particularia/determi



nata fuerūt post fabricatōez vitulī. Vnde sanctus doctor <sup>Coz<sup>m</sup></sup> predictus in loco per te allegato sic dicit. Et ideo de causa <sup>f. 2<sup>e</sup>. q. 102. ar. 3.</sup> ceremoniarū circa sacrificia potest assignari ratio. alio mō: ex hoc q̄ p̄ hmōi homines retrahēbātur a sacrificijs idolorū. Nec ille. Vbi nota q̄ non dixit. <sup>N<sup>le</sup>. 1. a</sup> 7 ideo de causa sacrifici <sup>rō.</sup> candi deo in generali potest assignari alia ratio. quia sacrifi <sup>22<sup>e</sup>. q. 89.</sup> ficari deo prout ipse ponit in secunda secunde. q. lxxxv. est <sup>2. a.</sup> de iure nature quod semp stat. ut dictū ē, sed dicit notāter <sup>f. 9.</sup> de causa ceremoniarū circa sacrificia potest assignari alia <sup>7<sup>e</sup></sup> ratio. <sup>hie</sup> Et sic manifeste ex uerbis eius habes q̄ retractō a sacrificijs idolorū non est causa totalis ad sacrificandum deo. sed solum partialis ad ceremonias pticulares que circa sacrificia fiebant. Similiter fm eū allegatur illud uerbum Jere. ubi dicitur. non precepi eis in die qua eduxi eos de terra egypti de uerbo holocaustomatū 7 uictimaz. ad ostendendū q̄ uaria sacrificia non fuerūt data populo Israelitico ante lapsum in idolatria. per quod non excluditur unū preceptū. s. de agno pascale. quod datū fuit tpe eductōnis de egypto. ut dictū est. Et ut bene habeas causas sacrificiorū ueteris legis: prout p̄dictus sanctus doctor tradit in parte 7. q. per te allegata. Scire debes q̄ p̄dicta sacrificia triplicem habent causam. duas. s. l. ales. quarū una ē prima 7 principalis fm quā sacrificia protestabātur. <sup>7<sup>e</sup></sup> <sup>hie</sup> ordina <sup>7<sup>e</sup></sup> tio mentis in deum. ad quā sacrificiū offerēs excitabatur. <sup>7<sup>e</sup></sup> ut dictū est. 7 ista causa semp habet locum in sacrificijs siue ante lege/ siue in lege. siue post legem. per quā redditur ratio de uarietate ceremoniarū circa sacrificia uet. legis. <sup>2. l. a.</sup> Secūda ē ut p̄ ea hoīes retraherētur ab idolorū sacrificijs. que quidē causa habet locum tantūmodo in tempibus in quibus idolatria p̄ mundū uniuersuz uiguit. Tertia uero <sup>3. figurat</sup> causa sacrificiorū uet. legis est figuralis. s. ut per illa sacrificia multa 7 uaria que in lege tradebātur. unū singulare <sup>ephef. 4.</sup> 7 precipuū sacrificiū. s. illud quo ipse xp̄us obtulit seipsuz deo in odore suauitatis. ut dī ad Ephe. v) figuraretur. tā <sup>7<sup>e</sup></sup> quā p̄fectū p̄ imp̄fecta. Vnde rōes sacrificiorū uet. test. <sup>Coz<sup>m</sup></sup> <sup>f. 22<sup>e</sup>. q. 89.</sup> figurales sumūtur ex uero sacrificio xp̄i. ut in p̄dicta. q̄. plene traditur. 7 ista tertia causa habuit locum a principio mundi usqz ad passionē xp̄i. que figurata fuit per predicta sacrificia. qua quidē passione celebrata ratio figurandi eā

E 2

9. ad p. d. t. z.  
Kab. mo. 1.

cessavit. Ex quibus tribus causis Rab. moi. solam secundam causam assignavit tamquam totalem predictorum sacrificiorum. in quo a veritate deviauit sicut in multis alijs locis.

**C**apitulum duodecimum in quo ostenditur quod christus legem implevit circa sacrificia secundum triplicem eius causam faciendo quod lex iubet. qui est primus modus implendi legem.

**Discipulus**

**E**x quo ergo triplicem causam habent sacrificia scire desidero. scilicet quomodo illarum dici potest quod christus implevit legem instituendo predictum sacrificium. faciendo quod lex iubet. que est primus modus implendi legem. secundum glosam supra per te allegatam.

**Magister**

**S**i bene consideras christus institutionem predicti sacrificii scilicet sacramenti altaris excellenter implevit legem faciendo quod lex iubet secundum omnes tres causas supradictas. Nam si homo offerens ex rebus suis deo sacrificium in hoc protestabatur quod ea scilicet oblata haberet a deo tamquam a principio. et ordinaret in deum tamquam in ultimum finem. quantomagis hoc ostendebat seu protestabatur qui seipsum totum in honorem dei offerebat immaculatum. prout christus fecit in sua passione. que quidem passio in hoc sacrificio cuius memoriale est representatur. ut dictum est. Secunda vero causa offerendi deo sacrificia excellentius fuit per hominum sacrificii institutionem impleta. Nam post huiusmodi sacrificium et eius divulgationem per orbem per predicatores apostolorum et discipulorum christi. homines fuerunt retracti a sacrificiis idolorum. multo magis quam antea. quod patet ad sensum. Nam cultu diuino in templo dei uigente secundum ceremonias mosaice legis. nedium inter gentes idolatria ubique uigebat. sed etiam in populo Israelitico publice colebatur idola. et hoc quo ad decem tribus. semper quo ad tribum Iuda. et si non semper. tamen frequenter. ut habetur. iij. Reg. p. totum. Quantum uero ad tertiam causam scilicet figuralem manifestum est quod christus legem sacrificiorum legalium perfectissime implevit. principaliter per sacrificium sue passionis. quod quidem sacrificium tamquam perfectissimum figurabatur

9. p. 1.  
1. lat  
Alpha. et O.  
1. lat  
2.  
2. R. 0.  
3. lat

2.  
3. di.

f. 13. ca.

per omnia illa sacrificia imperfecta veteris legis. ut dictum est. Et sic sacramentū altaris (quod p̄dictā passionē resp̄sentat) terminū ponit in finez oibus figurahus sacrificijs in lege contentis. Unde ⁊ ecclesia in festo corporis christi in

nocturno  
q̄i. ca. 2.

hymno cantat. Dat panis celitus figuris terminū.

cor. q̄  
Sacrosancta  
Mat. ecclesia.

cū v̄m. p̄. et. m̄.  
d̄. 25. p̄. m̄. r̄. e. d̄.  
L̄. m̄. p̄. n̄. o. a. p̄. p̄.  
n̄. o. f̄.

**C**apitulum tredecimū in quo ostenditur q̄ xp̄us impleuit legē sacrificioꝝ antiquoꝝ supplendo quod in eis deerat. qui est secundus modus implendi legem.

**Discipulus**

**E**nsi. Placent michi rōes tue quibus ostendis q̄ xp̄us impleuit legem sacrificioꝝ faciēdo quod lex iubet s̄m̄ predictas tres causas p̄ te assignatas, ⁊ uellem ulterius doceri circa hoc. s. an xp̄us impleuit legem sacrificioꝝ antiquoꝝ supplēdo quod in eis deerat. qui est secundus modus implendi legem s̄m̄ glosam per te allegatā.

**Magister**

**S**ō. Ex hoc q̄ xp̄us per suam passionē impleuit ea que in sacrificijs veteris legis p̄figurabātur ut dictū est. consequēs est xp̄m impleuisse per suā passionē ea que deerāt in sacrificijs antiquis. Ad hoc enī q̄ res significans seu p̄figurās aliquid perficitur seu verificetur: requiritur q̄ tale significatuz seu figuratū esse habeat in rerū natura. sicut cū ad v̄itātē propositōis aliquid significatur: requiritur q̄ suū significatū in rerū natura sit. Ex quo patz q̄ xp̄s suppleuit quod in sacrificijs antiquoꝝ deficiebat inquantū p̄ suā passionē ea (que in eis figurabātur) impleuit, ⁊ idem dicenduz est de institutōe sacramenti altaris. in quo memoria p̄dicte passionis recolitur. Sed aptē sunt alij modi consecrandi circa hoc sacramentū seu sacrificiū forte excellentiores: quibus considerari potest q̄ xp̄us suppleuit ea que i sacrificijs antiquis deerant.

Sō.

ex. 15.

ad ap.

**Discipulus**

**R**ogo ut michi aperias illa que dicis. ut magis possem intelligere defectuz sacrificioꝝ veteris legis: ⁊ perfectionem huius sacrificij q̄ ea (que deerāt in antiquis) suppleuit.

**Magister**

e ;

1. A.  
2. A.  
Ad 4<sup>o</sup>.  
Si bene scrutat<sup>o</sup> fueris ea<sup>4</sup> que in propheticijs scripturis de sacrificijs dñi antiquis: manifeste reperies q<sup>d</sup> sacrificia antiqua non erāt deo grata neq; accepta ex parte rerū in eisdem sacrificijs oblatarū, sed solum erant accepta ex parte offerētū. quādo sic erāt dispositi q<sup>d</sup> illa ex fide uera 7 obedientia deo offerēbāt. Sacrificiuz uero xp̄i in quo seipsum deo obtulit in odorē suauitatis non solum fuit deo gratū ex parte offerentis. s. xp̄i qui ex sūma obedientia 7 pfectissima caritate seipsuz deo obtulit: sed etiā ex parte ipsi<sup>9</sup> rei oblate. que fuit ipse met xp̄us, quo secunduz dei potentiam ordinatā nulla res gratior esse posset. neq; equaliter grata. Et idē dicendū ē de sacro altaris ipsum xp̄m passuz 7 oblatū realiter cōtinēte.

ps.  
Capitulum decimūquartū. in quo ostenditur. quod dictū est in proximo precedēti capitulo per auctoritatem. ps. in psalmo qui incipit. Deus deoz dominus locutus est. nō obstatē cauillatōibus hebreoz. 7 finaliter cōcluditur q<sup>d</sup> xp̄s instituendo hoc sacrificiū impleuit legem sacrificiorū supplendo quod deerat. qui est secundus modus ad implenduz legem.

### Discipulus

Scire ualde desidero scripturas que hoc (quod modo assero) testentur.

### Magister

ps.  
In psalmo (qui incipit. Deus deoz dominus locutus est. 7c.) manifeste habetur differentia inter sacrificia ueteris legis 7 sacrificiū noue legis. In ipso enī psalmo postquā ps. loquēs in persona dei reddit populū ad dicenda attentū dicēs. Audi popule mi 7 loquar. 7c. cōiter ostendit eis q<sup>d</sup> sacrificia antiqua non erant deo accepta seu grata. s. s̄m ipsa oblata. Dicit enī. non in sacrificijs tuis arguā te. q. d. non arguam te de obmissione sacrificioz seu holocaustomarū. nā ipsa non sunt michi accepta. de quo dicit. non accipiā de domo tua uitulos neq; 7c. i. non acceptabo. Et infra. Numquid manducabo carnes thauroz. 7c. q. d. manifestuz ē q<sup>d</sup> ista (que michi offerūtur in sacrificijs antiquis) non p̄tinēt ad me s̄m seipsa. nō enī p̄ter ad me manducare carnes neq;

.12. ca.

potare sanguinē. sicut idolatre insipiente de suis falsis diis estimabāt. Et ex hoc patet imperfectio sacrificiorum antiquorum ex parte ipsarum rerum oblatarum. quia ad deum secundum se non pertinebāt ut dictum est. Et sequitur statim perfectio sacrificii noue legis. quod aliorum imperfectionem suppleuit. et hoc cum dicit. Immola deo sacrificium laudis. nam sacramentum altaris proprie dicitur sacrificium laudis. tum quia christus in eodem contentus summe laudandus est. intantum quod maior est omni laude. Eccle. xliij. Et sic dicitur: sacrificium laudis an anthonomatice. Tum quia memoria passionis (que in pre dicto sacramento recolitur) maxime obligat homines ad gratiarum actiones deo: que ad laudes dei pertinent. cum per ipsam passionem homo fuit a dampnatione perpetua liberatus. de illis enim (quibus deus misit uerbum suum et sanauit eos) legitur in psalmo. Et sacrificent sacrificium laudis. et sic ex auctoritate huius psalmi habes defectum seu imperfectionem antiquorum sacrificiorum: quibus carnes thaurorum et sanguis hircorum immolabatur. que secundum se non erant deo accepta. et perfectionem sacrificii laudis deo acceptissimi. Unde manifestum est quod christus instituendo hoc sacrificium laudis (quod ex se est deo acceptissimum. et est maxime laudis dignum) suppleuit defectum sacrificiorum antiquorum: in quibus ista manifeste deerant.

**Discipulus**

**Q**uare sacrificia antiquae legis non essent deo accepta nisi se oblata: nisi solus ex fide et obedientia offerentium ex multis sacre scripture locis haberi potest. Unde primo Reg. xv. Numquid uult dominus holocausta et uictimas. et non potest ut obediatur uoci domini. Similiter Math. vi. Quod uisignu offeram domino. et c. Numquid offeras ei holocausta et uitulos anniculos. numquid placari potest domini in milibus arietum: aut in multis milibus hircorum pinguium. Ex quibus auctoritatibus et similibus satis habetur. quod sacrificia antiqua non erant deo accepta ex parte rerum oblatarum. Sed quod tu ulterius addis quod per illud (quod dicitur in psalmo. Immola deo sacrificium laudis. intelligitur sacrificium noue legis. solet ab hebreis impugnari sic. Nam uictio (que in hoc psalmo ponitur. ubi dicitur. Sacrificium laudis est omnino

f. ro.  
Et. 23.  
2. ro.  
p. 19.  
5. 6.  
9. ita.  
hebr. ob.

Leuit. 7.

Gen. 1.

Leuit. 1.

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

10.

11.

12.

13.

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

eade dictio que poitur Leuit. vij. ubi dicitur. Si p gratia actioez fuerit oblatio. in quo loco agitur de tertio genere sacrificiorum uet. legis. s. de hostia pacificorum. Nam primu genus est holocaustu. quod totu consumitur in altari. ut habetur Leuit. primo. Secundum uero genus e pro peccato. quod non totu in altari consumitur. ut habetur Leuit. iij. Tertium uero genus est hostia pacificorum. que est duplex quia uno mo offertur pro gratia actione de preteritis beneficiis. et alio mo pro uoto uel sponte pro futuris spectandis beneficiis. Et istud tertiu genus uocatur i hebraico. todda. que quide dictio sm translatioez nroz qnqz signat gratia actione. qnqz confessione. qnqz uero laude. Unde cum dicitur in psalmo. Immola deo sacrificium laudis. in hebreo habetur. Immola deo sacrificium todda. quod exponitur ab hebreis de tertio genere sacrificioz supradicto. quod e distinctu a primo et secundo genere sacrificioz. non autem de sacrificio noue legis. Et ideo scire uellem si hec expositio sua que ad lraz uidetur ronabilis posset probabiliter euacuari.

### Magister

Sd.

Verum est q hec dictio todda in hebraico posita tribus modis solet transferri in latino sm Jero. sed omnes tres modi ad unu quodammodo red eunt. s. confessionem. hoc enim proprie significat hec dictio todda in hebraico. s. quia confessio hois ad deum qnqz est de beneficiis iam acceptis. Unde cu dicitur in psalmo. Confiteatur domino misericordie ei. et sequitur. Quia satiauit anima inane. et iterum in eode psalmo. Quia contriuit portas ereas. In quibus locis et similibus confessio facta a deo intelligitur. cum quis confitetur se recepisse a deo aliquam misericordiam seu beneficium. et tunc talis confessio potest etiam dici gratia actio. eo enim ipso q homo confitetur beneficium recepisse ab aliquo. intelligitur eidem gratia actionem reddere. Unde Seneca in suis epistolis. Qui grate beneficium recipit premia eius pensioz soluit. Est etia alius modus confitendi deo. s. cum quis considerata dei summa excellentia seu bonitate ipsum prout potest laudat. de quo dicitur in ps. Confitemini domino qm bonus. i. confitendu est domino qm est bonus. s. p essentia.

Sd. 1 ep.

2.

ff.

7

que est summa bonitas excedens omnem laudem. Est etiam alius modus confitendi deo. scilicet per confessionem peccatorum. secundum quam homo confitetur deo proprium defectum seu fragilitatem. quod etiam pertinet ad laudem dei. Unde Josue. vii. Ipse Josue dicebat Acham qui transgressus fuerat preceptum diuinum. Sili mi da gloriaz domino deo Israhel et confitere atqz indica michi quid feceris: ne abscondas. Cui Acham respondit ibidem. Vere ego peccaui domino deo Israhel et sic feci. Et sic patet quod ille qui peccata sua debite deo confitetur deo ipso dat ei gloriaz seu laudem. In quo loco ubi dicitur confitere. in hebreo habetur. da ei todde. Qui quidem modi proprie concurrunt in sacrificio noue legis a christo pro nostra salute instituto. In hoc enim sacrificio rite celebrato homo confitetur se a deo recepisse beneficium redemptionis. quod est summum inter cetera beneficia diuina. et sic pertinet ad gratiarum actionem. Similiter et in eodem sacrificio consideratur excellentia diuine preteritis. secundum quam in ipso sacrificio miracula continentur ineffabilia. de quibus potest dici illud. ps. Confitemini domino. et sequitur. quis narrabit magnalia domini. Similiter et in primo sacrificio considerare debet sacrificans seu ipsum sumens proprium defectum et fragilitatem. quod ad confessionem pertinet peccatorum. Cum enim quis summam excellentiam diuinam et eius misericordiam (prout potest) in hoc sacramento considerat: consequens est suum defectum et fragilitatem agnoscere. et quia omnia predicta in laudem dei maxime redundant. Idcirco hoc sacrificium proprie dicitur sacrificium laudis. de quo proprie intelligi debet uerbum. ps. supradictum. scilicet. Immola deo sacrificium laudis. Ex quibus bene consideratis patet quod impugnatio hebreorum in hoc passu non habet locum. et sic eorum expositio per te dicta est omnino irrationabilis. quod sic patet. Nam. ps. reprobas sacrificia antiqua ex eorum materia dicit. quod non erant per se deo accepta. nec per se deo pertinentia. De quo dicit. Numquid manducabo carnes thaurorum. et c. quomodo potuit laudare tertium genus sacrificiorum per te supradictum: quod erat de eadem materia. scilicet. de carnibus thaurorum et sanguinibus hircorum. nulla enim ratio est quare tertium genus sacrificiorum legalium esset deo acceptum magis quam prima duo genera. cum omnia predicta tria genera conueniebant in materia. quare propheta dicit deo non esse accepta. et ideo necesse est quod sacrificium

Antea  
et nota

tiū laudis (quod deo dicit esse imolandū tamquā deo accep-  
tum) non sit de eadez materia. s. de occisis animalibus bru-  
tis. s. m. quā materiā sacrificia antiqua reprobauit. ut vic-  
tuz ē. sed oportet q̄ hoc sit sacrificiū noue legis quod per se  
deo est maxime acceptū. Vnde expositio (quā tibi proposue-  
ram) est catholica et uera tamquā consona ratōni et etiā se-  
quēti littere.

### Discipulus

Video q̄ expositio tua ē rōnabilis. Nulla enī rō apparet  
quare prima duo genera sacrificiorū reprobaretur. eo q̄ es-  
sent de rebus corruptilibus et non p̄tinētibus ad dei obse-  
quiū s. m. se, et tamē cum hoc approbaretur tertiū gen<sup>o</sup> sa-  
crificiorū quod cum primis duobus cōueniebat in eadem  
rōe. s. m. quā prima duo genera reprobātur. et uellez ut ul-  
terius michi declarares quō expositio tua cōsonat hijs que  
in l̄ra sequūtur. prout tu asseris.

### Magister

Continuātur hec uerba propheticę. s. Immola deo sacrifi-  
ciū laudis s. m. p̄dictā expositionez (que uera est et catholica)  
hijs que sequūtur. sic. Nam statim sequitur. Et redde altis-  
simo uota tua. per hec enī uota intelligenda est bona uo-  
luntas offerentis que ex ipso est p̄ grām dei. iuxta illud. ps  
In me sunt deus uota tua. Vel per hec uota intelligantur  
ea que fideles fouent in baptismo. uel in religione supero-  
gando. quia ad hoc q̄ immolatio sacrificij laudis profitu-  
at in salutē eternā. oportet q̄ ista uota reddantur. et sequi-  
tur. Inuoca me in die tribulatōis. s. in p̄nti uita que dies  
tribulatōis est. eruam te. s. mitigando pressuras hui<sup>9</sup> uite  
per manifestā liberatōez. sicut patet de tribus pueris. uel  
per occultā. sicut de martiribus qui eruūtur a deo. ne ī tor-  
mentis succumbāt. et sic honorificabis me. quia sic deo im-  
molās sacrificiū laudis proprie deus honoratur. ut in fine  
psalmi cōcluditur. Et quia p̄ hoc sacrificiū laudis imolātes  
non honorificāt deum si sint in mortali peccato. Ideo sub-  
dit. Peccatori autē dixit deus. quare tu enarras iustitias  
meas. et c. q. d. Cur credis q̄ tibi sufficiat enarratio iustitie  
per uocem sine hoc q̄ iuste uiuas. et assumis testamentum  
meū per os tuū. In quo increpat sacerdotē celebrantem in





peccato mortali existentē. qui in hoc nouū peccatū committit. inquantū assumit testamētū dei assumendo in ore suo uerba cōsecratōis in psona xp̄i. uel assumendo sanguinē noui testamenti. et hoc est quod dicit. et assumis testamentū meū per os tuū. et cōter exemplificat de peccatis grauib⁹ in quibus hoīes occurrūt occulte. false estimantes q̄ talia latent deo. Vnde dicit. Tu uero odisti disciplinā. tale enim odiū in corde cōsistit. similiter et proiecasti sermones meos retrorsum. eos in corde tuo uilescendo. Similiter dicit de furto et adulterio et susurratōe. que quidē p̄dicta cōter occulte cōmittūtur. ac si cōmittētes existiment q̄ deus nescit occulta. sicut et homines occulta latēt. Vnde subdit. Existimasti inique q̄ ero tui similis. et ignorando ea que latent. sicut tu abscondita ignoras. quod falsum est. nam arguas te. et statuas contra faciem tuā. s. ostendendo tibi. q̄ peccata tua. licet occulta perfecte nouerim. Vnde tales exhortādo subdit. Intelligite hec qui obliuiscimī deum. et c. q. d. Vos qui occulte peccata cōmittitis estimantes false q̄ deus talia ignoret obliuiscimī deū. q̄ deus ista non consideret. Vbi quertimī. nequando rapiat. et c. Vnde p̄dicta proprie diriguntur ad offerentes sacrificiū laudis supradictū. qui non solū mūdare se debēt a pccis publicis. s. etiā scrutari occulta. unde Coz. ij. Probet autē seipsum homo et sic de pane illo edat. et c. In hoc enim quod dicit. probet se proprie intelligitur loqui de occultis. que probatōe indigent. Juxta illud. proba me deus. et scito cor meum. et sequitur. Sacrificiū laudis honorificabit me. Ad quod sciendū q̄ cū honoz s̄m p̄m in primo Ethicoz sit exhibitio reuerentie i signū uirtutis. sequitur q̄ quāntū illa reuerētia exhibita sit maioris uirtutis signū. tanto honoz crescit. et ideo quia in immolatōe sacrificij laudis rite celebrata exhibetur reuerentia deo. tamquāz omnipotenti secundum maxima miracula in eodē contēta. Similiter et tamquā oīa scienti. inquantū occulta cordis scrutatur. ut dictū est. Similiter et tamquā sūmo bono s̄m redemptōez humani generis p̄ propria passionē. que in eodē recolitur. Idcirco proprie dicitur Sacrificiū laudis honorificabit me. quia in hoc sacrificio sūmus honoz diuinus (qui in hac uita ex dei opibus p̄cipi posset) consideratur. Et quia in hoc sacrificio est uia ad uī

dendū deum beatifice: In qua quidē uisione salus consistit.  
Ideo subdit. 7 illic est iter. 7c. i. in illo sacrificio laudis est  
uia per quā ostendam illi. i. sic sacrificanti salutare dei. i.  
salutē eternā. Adides ergo ex supradictis quomō xp̄us insti-  
tuendo hoc sacrificiū impleuit legem sacrificioꝝ. supplēdo.  
quod in eis deerat. In ipsis enī sacrificijs antiquis nec deo  
simul honoz attribuatur. nec in ipsis similis honoz diui-  
nus erat considerabilis. nec etiā in eis erat uia ad salutem  
dei ostendendā. quod fuit intentū. Et attende q̄ licet p̄dictā  
uerba. pa. ab aliquibus sanctis doctoribus aliter exponan-  
tur: ex hoc tamē non excluditur quin p̄dicta expositio sit  
uera tāquā consona catholice ueritati 7 l̄re.

### Discipulus

Placet michi p̄dicta expositio. quia exprimit differentiaz  
inter sacrificia antiqua 7 sacrificiū laudis. s. noū legis. in  
hoc q̄ antiqua ex ope opato non erāt deo accepta. Sacrifi-  
tiū uero laudis. s. noū testamēti in ipso ope opato deo est  
acceptissimū. 7 sic patet q̄ xp̄us impleuit legē sacrificioꝝ  
non solū faciendo quod iubet. qui est prim⁹ modus implē-  
di. sed etiā supplendo quē deerat. quod est secūdus modus  
Nunc autē uellem. ut ostendas michi quō xp̄s instituendo  
hoc sacrificiū impleuit legem faciendo illa que prophetice  
circa hoc dicebātur futura. qui ē terti⁹ modus implēdi legē  
prout supra proposueras.

Capitulum decimūquintū. in quo ostenditur q̄ in insti-  
tutōe huius sacri seu sacrificij xp̄us legem impleuit implē-  
do ea que de hoc fuerūt in antiquo testamēto prenuntiata  
seu prefigurata.

### Magister

De gestis quedā fuerūt in uaticinijs prophetice antiquit⁹  
expresse tradita. sicut est de introitu eius in Iherusalem so-  
leni. de quo Zach. ix. Ecce rex tuus uenit tibi iustus 7 sal-  
uator pauper 7 equitās sup azinā. 7c. 7 sic de quibusdā si-  
milibus. Quedā uero nō ita plane prophetātur. sicut ē mi-  
steriū incarnatōnis. quod in prophetice traditur obscure  
7 figuratiue propter magnitudinē misterij. 7 errores uitā-  
dos. ut dictū fuit supra. 7 quia in hoc sacrificio misterij

.3. di.  
.19. cam

incarnatōis xp̄i includitur. qui quidem xp̄us deus et homo  
in eodē realiter coniunctur. Idcirco in propheticiis scripturis  
non sic expresse mysteriū huius sacrificij traditur. s; enig/  
matice seu figuratiue. Vñ Gen. xiiij. de Melchisedech qui  
sacerdos dei altissimi erat legitur. q̄ cū procederet ad bñ/  
dicendū Abrabe de victoria inimicōz ueniētī. q̄ eduxit pa-  
nē et uinū. in quo figuratur sacrificium eucharistie. quod  
sub sp̄ibus panis et uini cōficitur. et a xp̄o (qui est sacerdos  
in eternū) principaliter cōsecratur. Vnde et ps. loquēs de sa-  
cerdotio xp̄i eterno dicit. Jurauit dominus. tu es sacerdos  
in eternū secundū ordinē Melchisedech. quia sicut Melchi/  
sedech obtulit panem et uinū. ut dictum est. sic xp̄us in sa-  
crificio eucharistie sub sp̄ibus panis et uini cōsecrat corp̄  
suū et sanguinē. in quo sacrificio xp̄us est sacerdos princi-  
palis et hostia oblata. quod quidē mysteriū sic figuratū tra-  
ditū in p̄dictis auctoritatibus Gen. et Psalterij. licet he-  
brei ex toto non intellexerūt. sic nec alia mysteria xp̄i cog-  
nouerūt ad plenū. nichilominus quidā de eoz glosatoribz  
antiquis. aliquid de hoc quasi sōmpniādo senserūt. unde in  
glo. magna sup Gen. que dī Veresith rabba. sup illud Gen.  
xiiij. Ac uero rex Salem eduxit panē et uinū. et sic dicit.  
hoc est. ac si diceret scriptura. Tu es sacerdos in eternū s̄m  
ordinē Melchisedech. Nec ille. Ex quo patet. q̄ s̄m eū sacer-  
dos in eternū (qui non erat realiter ille Melchisedech. sed p̄  
eum figuratus) habebat panem et uinū in sacrificio offerre.  
quod proprie adaptatur proposito n̄o. Itē in psalmo qui  
incipit. De<sup>o</sup> iudiciū tuū regi da. In quo quidē psalmo s̄m  
uerā expositōez l̄alem. de xp̄o agitur. de ipso xp̄o loquēdo  
dictū. s̄m translatoez n̄am. Erit firmamētuz in terra in  
sūmis montiū. in hebraica tamē ueritate sic habetur. Erit  
placenta seu placentula frumenti in terra. quod proprie  
applicatur huic sacrificio. in quo sub sp̄e placentule frumē-  
ti xp̄us cōtinetur. cui cōcordat translatio Caldaica. in qua  
ubi dicitur in sūmis montiū interpretatur in capitibz sacer-  
dotū seu supra capita sacerdotū. Habes igitur manifeste ex  
hac auctoritate cū sua caldaica translatoe. q̄ ipse xp̄us de  
quo dixerat in eodē psalmo. et adorabūt eū omnes reges et  
omnes gentes seruiēt ei. et multa alia que non nisi xp̄o con-  
ueniūt. de eodem subdit. et erit placentula frumenti supra

gn. 12.

panis et  
vinum

ps. 109.

Coz'

glo magna. sup. d. gn. 12.

9°

ps.

metra. 9°

capita sacerdotum. quod cottidie impletur in elevatione  
corpis in sacramento altaris. Item in supradicta glosa. s.  
ueresith rabba sup illud Gen. xiiij. Melchisedech rex Sale  
produxit panē et uinū sic habetur. Magistri dixerūt q̄ legē re-  
uelauit ei. s. mel. reuelauit ipsi Abrahe. que quidē lex dicit  
Venite comedite panē meū et bibite uinū quod miscui uo-  
bis prouer. ix. Ex quo patz q̄ Melchisedech reuelauit Abra-  
he in illa producōne secretū legis. quod includitur in illa  
auctoritate prouer. uenite comedite panē meū et bibite ui-  
num. 7c. quod proprie proposito nro adaptatur. ut patet  
intuēti. Item in hoc psalmo qui incipit. Confitebor tibi do-  
mine. qui immediate sequitur psalmū illum in quo dicitur.  
tu es sacerdos in eternū secundū ordinē melchisedech. legi-  
tur. Memoriam fecit mirabiliū suoz misericors et misera-  
tor dominus. escā dedit timentibus se. que quidē uerba ad  
sensū planum lralem intellecta/clare dicunt q̄ deus datu-  
rus erat escam timentibus se in memoriā mirabiliū suoz  
Christus enī cum hoc sacramentū institueret exp̄sse dixit.  
Hoc facite in meā cōmemoratōez Math. xxvj.

### Discipulus

Ista auctoritas (quā allegas) s. escam dedit timentibus se ex-  
ponitur ab hebreis de manna. que fuit esca data a deo popu-  
lo suo. ut habetur Exo. xvi. ad quod dicit q̄ adaptantur  
uerba. ps. magis quā ad nostrū sacramētū. Primo ex hoc  
q̄ non dicit. ps. escā dabit timentibus se. sed escā dedit ti-  
mentibus se. Ex quo dicit q̄. ps. loquebatur de p̄terito. non  
autē de futuro. Item dicit q̄ manna fuit datum populo eo-  
q̄ deus misertus fuit eis ne in fame perirēt p̄ desertū. quod  
non sic uerificaretur de eucharistia. de qua inproprie (sequi-  
dum eos) diceretur. miserator et misericors dominus. quia  
non p̄ misericordiam hec esca fuit data. sed in memoriā  
mirabilium.

### Magister

Verum est q̄ hebrei hoc exponūt de manna. sed uere intuē-  
ti illum psalmū s̄m suā expositōez lralem. proprie adapta-  
tur proposito nostro. non obstantē eoz cauillationibz. Nā  
hoc (quod dicunt q̄. ps. loquitur de p̄terito dices escā dedit  
non facit aliquā difficultatē. cum prophete sepissime locū

reuelauit ex.

ps. 110.

ps. 26.

Exo. 16.

ps. 7.

ps.



2.  
 16. et ble. ca. 3. di.

*Quid*

tur de futuro ad modū p̄teriti. propter prophetie certitudi-  
 nez. ut patz in innumerabilibus locis sacre scripture. Hoc  
 etiam (quod deus prouidit populo xp̄iano de hoc sacramen-  
 to) p̄tinet ad diuinā misericordiā. secundū quā quia de absē-  
 tia corpali xp̄i in ecclesia merito cōtristaretur populus fi-  
 deliū. nisi per singularem consolationē ipsius p̄sentie in hoc  
 sacramento de absentia xp̄i habetur solatiū. singulare. et  
 de hoc etiā expoitur uno mō illud uerbū xp̄i Math. xxviii  
 Ego autē uobiscū sum omnibus diebus usqz ad consuma-  
 tionē seculi. ad magnā enī diuinā misericordiā pertinet. q̄  
 xp̄us semp principaliter assit sue ecclesie. Vnde si uis expo-  
 sitionē predictae auctoritatis et totius psalmi plene habere.  
 uide postillā nicolai de lira sup hunc psalmū cū additione  
 que ibidē ponitur. et uidebis ibi q̄ ista allegatio ē propria  
 et lī alīs ad propositū. Idem etiā habetur in psalmo qui in-  
 cipit. expectās expectaui dominū. ubi de reprobatoe sacri-  
 ficioꝝ antique legis dicit. Sacrificiū et oblationē noluisti  
 et c. et sequitur in persona xp̄i. laures autē p̄fecisti michi. s.  
 ad obediendū. quia christus in passione factus est obediens  
 usqz ad mortē. Philip. Idem in alijs locis que causa breui-  
 tatis obmittūtur.

**C**apitulum decimū sextū. in quo agitur de multitudine  
 nominū huius sacramenti. que multitudine effectū eius  
 salubriū denotat. ex qua excitari debet deuotio ipsū spūali-  
 ter sumentū.

### Discipulus

la. et sic deus misertus est eis. et sniaz cōtra eos latā reuoca-  
uit. Ione. iij. quis ergo sane mentis cōtempnere ieiunia pōt  
et afflictōes et hmōi: que tanti meriti sūt apud deū. ut etiā  
snia cōdēpnatōis a deo lata reuocetur.

It idz. 9. c.

It Jon. 3.

fides.

spes

penitō penā

### Discipulus

Ex historia Ninuītariū (quā allegas) pharisei et eorū sequa-  
ces arguere nitūt cōtra laudabilitatē ieiunij. dicūt enī  
qd si quis vba de ninuītis i hoc loco dca diligēter scrutetur  
manifeste reperiet qd nō fuit snia dei cōtra ninuītis reuo-  
cata propter meritū ieiunij. sed propter hoc qd penituerūt  
et cōuersi sūt a uijs suis pessimis. Legitur enī ibidem. s. Jo-  
ne. iij. sic. Et uidit deus opera eorū quia cōuersi sūt de uia  
sua mala. et misertus est super malitia qua locutus fuerat  
ut faceret eis et nō fecit. Ex quo sic arguunt. Nō dixit scri-  
ptura. uidit deus ieiunū eorū et saccum et misertus est.  
et c. Ex quo patet qd nō propter ieiuniasseu indumēta sacci-  
nes ninuītariū deus misertus est eis. sed propter cōuer-  
sionē a uijs eorū pessimis. et sic ex hac historia sm eos non  
hētur qd ieiunia laudabilia sint seu meritoria. sed forte po-  
tius oppositum.

pharisei eorūqz sequaces

ro eorū

### Magister

Ieiunū (de quo loquimur) prout. s. est uirtuosum inquan-  
tum est actus uirtutis. est illud quod per rōez ordinatur

B

ro

ad aliquid bonū honestū. Assumitur enī tale ieiuniū prin-  
cipaliter ad tria. **Primū**. s. assumitur ieiuniū uirtuosum.  
1. ad hoc q̄ mens libentius eleuetur ad sublimia cōtemplāda.  
2. **Secundū** uero quantū ad cōcupiscentias carnis reprimen-  
das. per abstinentiā enī; cibi/7 potus secundū ieiuniū tem-  
pescit luxuria. **Tertiū** uero ad satisfaciendū pro peccatis.  
3. **Unde** primū ieiuniū moyses supradictū intelligitur esse as-  
Coz sumptū. Primo mō. ut. s. mens eius eleuaretur ad superna  
ut legem dei recipe mereretur. similiter 7 ieiuniū danielis  
trium ebdomadar. nam post illud ieiuniū reuelationez a  
deo recepit. ut ibidē. **Secundū** uero ieiuniū mosaici assūp-  
tum est. tertio mō. s. ut pro peccatis populi satisfaceret.  
7 ieiuniū uero niniuitarū intelligitur assumi secundo 7 ter-  
tio modo. nam cū ipsi haberēt peccata carnalia ad que re-  
primenda ieiunia (ut dictū est) cōferūt. similiter 7 peccata  
alia quibus p ieiuniū satisfacerēt. Idcirco ieiunia eorū ad  
talem finem ordinata reputāda sunt inter bona opera. de  
quibus dicitur. **Uidit deus opa eorū quia cōuersi sūt de uia  
sua mala. 7c.** Niniuite enī qui prius carnalibus uitijs de-  
diti erant ieiunādo ab illis malis uis cōuertebātur. simi-  
liter 7 pro p̄teritis peccatis satisfaciebant. Et ideo in hoc  
quod dicitur. **uidit deus opa eorū** nō excluduntur ieiunia.  
prout pharisei intelligere uolunt. sed potius intelligenda  
sunt includi inter cetera bona opera eorum. Ieiunia enim  
simpliciter sumpta in quāplurimis locis sacre scripture ad  
bona opera reputātur. inquantū s̄m se intelligūtur ordi-  
nare ad eleuatōez mētis/7 carnis supbiā supprimendā. Vt si  
Johel. 3. **Johelis. ij. ad cōuersionē generalē exhortans dicit. Conuer-  
tum ad me in toto corde uro in ieiunio 7 fletu 7 sacco. 7c.**  
9. Circa quod si amplius scripturas scrutari uolueris. **repiēs  
q̄ ieiunia/7 indumenta saccinea/7 hmōi q̄nq; etiaz in hijs  
qui non sunt uere penitētes cōmendātur a deo. inquantum  
talia inducūt quandā humiliatōez seu attritionē. que sunt  
dispositōes ad p̄niam.**

### Discipulus

Re **Vellem scire. ubi habetur hoc quod dicitis. scilicet q̄ etiaz si-  
ne uera penitentia ieiunia 7 huiusmodi quandoq; cōmen-  
dantur a deo.**

2. di.

18. ca.

## Magister

**S.** De Achab (qui pessimus fuit ut historia sacra testatur. de eo tamen legitur quod cum audisset ab Helia sententiam dei contra eum latam de deletione sua cum sua posteritate quod scidit vestimenta sua. et indutus est sacco. et ieiunavit. etc. et licet ista non fecit ex detestatio peccati. nec amore dei. sed solum quodam timore seruli. s. pene. cum legitur deum dixisse Helie. non uidisti Achab humiliatum coram me. eo quod humiliatus est. in eum non inducam malum in diebus eius. Que quidem historia habetur. in Reg. xxi. Ex quo patet quod per ieiunia et alia que supbiam mentis supprimunt. etiam si non sint ex corde totaliter contrito facta. deus leuat aliquid. saltem de pena temporalis. Unde ieiunia et alia similia (que humiliationem mentis inducunt) non sunt contempnenda seu deridenda. sicut pharisei estimant. nisi forte cum fiunt per exteriora signa. tamen sine hoc quod interius aliquem effectum humiliationis inducant. quod pertinet ad ypocrisim. que est bonitas simulata. et per consequens secundum Greg. duplex iniquitas. de qua falsa humiliatione Proverb. cap. legitur. Est qui nequiter se humiliat. et interiora eius plena sunt dolo.

**C.** Capitulum octauum in quo ostenditur quod auctoritates in quibus rabbini phariseorum fundantur ad reprobandas abstinentias et ieiunia nostre religionis nichil faciunt pro eis.

## Discipulus

**L.** Licet uera sint et michi grata ea que circa ieiunia et abstinentias per te sunt dicta. adhuc restat dicendum contra auctoritates Rab. Mo. supra allegatas. quarum prima est de nazareo Nu. vi. qui propter hoc quod uouerat abstinere a uino et sicera incurrebat peccatum. in tantum quod indigebat propitiatione cum sacrificio et oratione sacerdotis. licet non affligerat se nisi tantum per abstinentiam a uino. Ex quo arguitur quod multo magis peccat ille qui a multis rebus licitis abstinendo se affligit. Alia auctoritas sumitur ab Ecclesiaste. vii. cap. ubi dicitur. Noli esse iustus multum. Ex quo intelliguntur quod supra iustitiam legale/mosaicam (per quam prohibetur certa cibaria et comestibilia) non sunt addende alie abstinentie seu ieiunia. quia hoc uidetur esse multa seu superflua iustitia. De

elara ergo michi has auctoritates. sic ut sciam quomodo non contradicant illis que a te circa hoc supradicta sunt. Sequitur prima auctoritas.

**Magister**

. Aucto<sup>s</sup>. p.

Prima auctoritas supradicta. s. de nazareo manifeste facit contra ipsos allegantem. s. Rab. moi. et suos rabinos phariseos. Nam aspicienti legem nazareorum seu consecratorum (que Nu. vi. cap. continetur) manifeste patet quod nazareus consecratur seu sanctificatur deo per uotum de abstinentia a uino et sicera et alijs ad hoc pertinentibus. Legitur enim ibi sic. Loquere ad filios Israel uir siue mulier qui fecerint uotum ut sanctificentur et se uoluerint consecrare domino a uino et omni quod inebriare potest abstinebunt. et c. Ex quo clare habetur quod uotum predictum de abstinentia a uino et alijs inebriantibus. ad sanctificationem et consecrationem uouentis pertinet. et ideo infra de ipso legitur. Omni tempore consecrationis sue super mortuum non egredietur nec super patrem. et c. et reddens rationem huius subdit. Quia consecratio domini super caput eius est. et est ratio Nam sicut sacerdotes ministrantes olim seruare se debebant a contaminatione mortui. ut Leuit. xxi. Sic nazareus consecratus per uotum abstinentie supradictum a tali contaminatione mortuorum obseruari debebat. que quidem observatio ita stricte precipiebatur nazareo sicut summo sacerdoti. qui etiam pro patre et matre non debebat contaminari. Simplices uero sacerdotes licet a contagio quorumcumque mortuorum obseruari debebant non tamen a patre seu matre defunctis. ut habetur Leuit. cap. supra allegato. et Nu. vi. cap. Ex quo manifeste habetur quod sanctitas nazarei equipatur sanctitati summi sacerdotis ierimonialibus supradictis de contagio mortuorum. Et quia posset contingere quod nazareo minime circa hoc providente talem contaminationem mortui incurreret. Ideo legitur infra. Si autem mortuus fuerit quispiam subito coram eo polluetur caput consecrationis eius. ad cuius reparationem seu reconciliationem debebat offerre sacrificium. prout in lra. et sacerdos debebat deprecari pro eo quod peccauerit super mortuo modo predicto. Unde expiatio ista requirebatur eo quod non diligenter fuerat obseruatus a contagio mortui. cum tamen esset deo consecratus. Ex quibus patet quod uotum nazarei de abstinentia a

. nu. 6.

Juxta M. G. Sacerdotum. et c.

Leuit. 21.

Leuit. 21. et Nu. 6.

. Cor.

. 9.

2

2. di.

ff. 9. et ult. ca.

uino / 7 bmoī cōmendatū ē. 7 laudatū tamquā uirtuossū 7  
 deo sanctificatū seu consecratum. seu tamen negligentia  
 circa obseruationē a contaminatōe (ad quā tenebatur) indi-  
 gebat propitiatōe 7 indulgentia. ut dictū est. quod mani-  
 feste facit contra Rab. moi. Et attendē q̄ in hoc loco male  
 interpretauerūt illud uerbum: eo q̄ peccauerit super ani-  
 mam. dicendo q̄ peccauerit super animam suam in ab-  
 stinendo. quod tamen littera non patitur. que predictum  
 uotū nazarei ad sanctificatōez 7 cōsecrationē ptinere dicit.  
 quod etiā Amos. ij. cap. manifeste oñditur. ubi inter mag-  
 na beneficia (que propheta in psona dei recitat fuisse impen-  
 sa populo Israhelitico. de quibus fuerūt deo ingrati. unde  
 cum dicitur. Et ego ascendere feci uos de terra Egypti 7 ei-  
 duxi uos per desertum quadraginta annis. 7c. Ibidē sub-  
 dit. Et suscitauī de filiis Israhel prophetas 7 de iuueni-  
 bus uestris nazareos. Ex quo hētur manifeste q̄ ad mag-  
 nā gratiā reputare debebat populus Israheliticus diuini-  
 tus sibi concessum q̄ de eis suscitarētur nazarei. Vide igi-  
 tur quāta sit fatuitas pharisaica que nazareos peccatores  
 reputat. Intelligendū est ergo q̄ dicit super animaz. i. sup  
 mortuū a quo sequestrata est anima. sicut in translatione  
 nostra. Nam anima in scripturis sacris q̄q̄ accipitur pro  
 toto homine. ut cū dicitur Ezech. xvij. Anima (que pecca-  
 uerit) ipsa morietur. 7 sic in alijs. Q̄q̄ autē p animaz in-  
 telligitur mortuus. Vnde cū dī. Nu. vj. Inmundi sumus  
 sup animā hoīs. que quidē inmundicia intelligitur ex tactu  
 hoīs mortui mō p̄dicto. Item illa auctoritas (quaz allegat  
 Ecclesiastes. vij. ubi dī. Noli esse iustus multū. nichil fa-  
 cit pro eo. arguit enī a disparibus. Ibi enī agitur de uirtute  
 iustitie que corrumpitur q̄q̄ per excessum. s. cum quis a-  
 feruus punit quā oportet. quod ptinet ad crudelitātē. quod  
 cōiter procedit ex hoc q̄ aliquis de iustitia sua nimis esti-  
 mat. ad quod reprimendū dicit. noli esse iustus multū. hic  
 autē agimus de ieiunijs 7 abstinentia. que ptinet ad tpan-  
 riam. que ē alia uirtus distincta a iustitia. unde sua argu-  
 mentatio in hoc loco non ualet.

Amos 2.

manifesta.

ff. 9.

Ezech. 18.

1. 16. 2. 7. 7. 7.

Capitulū nonū in quo agitur de differentia uictorie ani-

53

tiqnoz patruz/ ad uictoria noui testamenti.

### Discipulus

**A**dhuc uideo quandā differentiā inter statū seu uitā iusto-  
rū seu sanctorū uet. test. ⁊ inter statum seu uitā sanctorū  
nouī test. cuius differentie rōez habere cupio. que quidem  
differentia talis est. Sancti enī antiqui testamenti in hoc  
gloriabātur. q̄ deuz in gentibus magnificabāt. quia supe-  
rabāt infideles. ⁊ eos ultra modū uincebāt seu supprime-  
bāt. ⁊ hoc q̄siq; p̄ armoz potentia. sicut legitur de Abrahā  
Gen. xiiij. qui quatuor reges uicit potentes euz paucis sue  
comitū uiribus. ⁊ hoc sine aliquo miraculo patente. Si-  
militer de Caldeis qui plures debellauerūt grecos. qui ual-  
de plures eis erāt numero. ⁊ magis armis muniti bellicis  
ut hētur Mach. primo. ⁊ sic de alijs quā plurimis. fuerūt  
etiā in illo statu qui mediātib; miracul' uisibilib; aduersa-  
rios uincebant. uel eoz resistebāt tirānidi. Primū patet p̄  
Moisen in mari rubro cōtra Egiptios. Exo. xiiij. ⁊ de alijs  
quā plurimis que in libro Iudicū ⁊ in alijs libris canoicis  
continētur. Secundū patet in Daniele. quē dominus ab ore  
leonū miraculose eruit Dan. vj. Et de tribus pueris qui  
uirtute diuina impetū ignis in fornace ardenti euaserunt.  
⁊ sic restiterūt seu supauerūt p̄secutorum rabiem. ut habe-  
tur Dan. iij. In statu autē nouo specialiter in primitiua  
ecclesia aliter cōtingit. ⁊ quasi per oppositū. Nam apostoli  
⁊ sancti martires tunc temporis non leguntur superasse ad-  
uersarios. sed potius ab eis affligi ⁊ occidi. ut patet in quā  
plurimis legendis sanctorū. Cū autē eadē sit fides utrorūq;  
scire cupio tante differentie rōez.

### Magister

**A**d rōnem huius differentie quā queris ostendēdā oportet  
te reducere ad memoriā quedam supradcā. Ex quibus euz  
alijs quibusdā ueris rōnem differentie quā petis habebis  
manifeste. In supradictis enī. s. in prima parte uis. v. ostē-  
sum fuit q̄ duplex est uictoria. s. corporalis ⁊ spiritalis. aff. 37. b.  
⁊ q̄ uictoria spūalis ē melior seu dignior quā uictoria cor-  
poralis. quod testatur scriptura Proverb. xvij. ubi dicitur  
Melior est patiens uiro forti. ⁊ qui domiatur animo  
suo expugnatore urbium. Cuius excellentie rōnem in p̄dcā

Melior ē serp̄m domare.  
q̄ castra p̄ria expugnare.

q̄. 12.  
Mach. 1.  
Exo. 12.  
Iudicū  
Dan. 5  
Idē.  
Dubi. rō.

p̄. 17.



2e

e. di.

9. ca.

vis plane habes. Unde in uictoria xpi (sm quam hoste hu-  
 manu generis deuicit) non fuit corpalis uictoria que imp-  
 fecta e. sed spualis. patiendo eni 7 moriendo uicit. Victoria  
 eni antiquoru patrum (ut comuniter) corporalis fuit. supe-  
 rando diuina uirtute aduersarioz corpales potentias. Ex  
 quibus habere posses differentie rationem quam petis. Ad  
 populum enim antiquu (qui tamqua imperfectus p corpales  
 promissiones inducebatur ad legis obseruationem). uicto-  
 ria corpalis (que sensibilis est licet minus digna) pertinebat  
 Ad populuz nouu (qui tamqua perfectus per spuales pro-  
 missiones dicitur) uictoria spualis (que dignior est) pertinet  
 Et ideo apostoli 7 alij discipuli uestigia christi sequentes  
 uictoriam spualem sequuntur. que perficitur per uera pati-  
 entiam 7 persecutionem usqz ad mortem propriam. docet  
 te uero mgro Luc. ix. Qui uult uenire post me abneget se  
metipsum 7 tollat crucem sua 7 sequatur me. Circa quod  
 ulterius attendere debes qz utraqz uictoria in testamentu  
 fidei fidelibus est concessa. Sicut enim antiqui uidentes ui-  
 ctorias miraculosas corpales in deum credebant. Vn Exo.  
 xiiij. Uidit Israel manu magna quam deus fecit in Egiptis  
crediderunt in deum 7 in Moysen seruu eius. Sicut tem-  
 pore noui testamenti uidentes populi messie constantiam  
 7 patientia apostoloru 7 alioru discipulorum xpi. qui pati-  
 endo terribilia acerbissima tormenta uiriliter in fide xpi  
 permanebat usqz ad mortem crudelissima. per hoc populi  
 ad assensum fidei inducebantur. ut patet in historia eccle-  
 siastica 7 alijs sanctorum martiru legendis. De qua qui-  
 dem differentia circa testimonia fidei inter patres ueteris  
 test 7 patres noui considerada. apostolus ad Heb. xi. agit  
 ubi de primis dicit. Per fidem uicerunt regna. operati sunt  
iustitiam. obturauerunt ora leonu. extinxerunt impetum ig-  
nis. 7c. usqz ibi. Alij uero exclusiue. que omnia ad statum  
 antiquorum ptinent. ubi omnia illa 7 plura similia legu-  
 tur facta fuisse per sanctos antiquos. ut patet per discursu  
 ueteris testameti. Unde diuina sapientia (que omnia suis tem-  
 poribz 7 locis suauiter disponit) antiqui testamenti patri-  
 bus uictoriam temporalem: sicut 7 bona temporalia con-  
 muniter prestauit in testimoniū fidei. ut ex talibz bonis  
 imperfectis. populus ille imperfectus induceretur ad agendu

Luc. 9.

Exo. 12.

hysto Ecclesiastica.

heb. 11.

Coz. q. d. 5.

7 credendum illa que ad perfectionem vite pertinebant. Consequen-  
 ter postquam apostolus narrauit uictorias 7 alia miracula  
 antiquorum patrum subdit. Alii uero extincti sunt non suscipien-  
 tes. 7c. ubi loquitur de sanctis noui testamenti qui sunt alij  
 a predictis. s. antiquis. Qui quidem sancti presertim in primiti-  
 ua ecclesia non leguntur uictorias temporales habuisse de ad-  
 uersariis. sed potius ab eis affligi 7 occidi. Unde de hijs di-  
 citur non suscipientes redemptionem. s. corpalem ab hostibus  
 ut meliorem inuenirent resurrectionem. s. spiritualem. Unde de  
 istis. s. sanctis noui test. dicitur. lapidati sunt. secti sunt. in oc-  
 cisione gladii mortui sunt. 7c. ubi finaliter de omnibus con-  
 cludit. Hij omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. Si  
 autem quis querat de comparatione alterius uictorie ad alteram  
 s. corporalem ad spiritualem. que. s. illarum sit maior. scrutando di-  
 ligenter apostolorum dicta hanc reperiet comparationem. De  
 antiquis enim sanctis proprie dicitur quod uicerunt regna.  
 Illi enim per ueram fidem uicerunt Egyptum Chananeam Pala-  
 lestinam Idumeam 7 hemoni. que sunt regna particularia.  
 Sancti uero noui testamenti per uictoriam spiritualem non solum  
 regna uicuntur uincere sed mundum. Unde. 1. Joh. v. Hec est  
uictoria que uincit mundum fides nostra. Cuius ratio est. Nam  
 iustus ille qui tormenta mundi usque ad mortem patiendo  
 immobiliter in fide manet non solum unum regnum uel plura  
 regna particularia uicere dici debet. sed uincere mundum. Si enim  
 totus mundus uisibilis aggregatus esset non plus posset contra  
 unum hominem facere quam ipsum multipliciter torquendo inter-  
 ficere. Et ideo sancti noui testamenti superando omnia in te-  
 stimonium fidei que mundus contra illos posset facere totum  
 mundum uicerunt. Unde Christus hemoni nouas uictorias con-  
 mendo dicebat. ne timeamini ab illis qui occidunt cor-  
pus. 7 post hoc non habent amplius quid faciant. Luc. xij. 7  
 si uis amplius de hac materia habere uide in additione super  
 epistolam ad Hebr. xi.

### Discipulus

**S**atis habeo rationem differentie quam petebam in autoritatibus  
 noui testamenti quam modo allegas fundatam; uellem tamen  
 adhuc informari si forte in antiquis scripturis de hac dif-  
 ferentia. s. uictoria antique 7 noue aliquid habeatur.

2  
 .2. di.  
 .9. ca.

### Magister

**S**cripturas scrutando antiquas aliquid de hoc inueniri posset. licet non ita clarescit in alijs contingit. ut dictum est.  
 De uictoria enim antiquorum que corporalis erat. s. per corpales potentiam satis traditur in historijs antiquis. in quibus habetur quod populus dei sepe aduersarios uicebat eos debellando corporaliter et affligendo non uirtute propria. sed diuina. unde ps. de homini uictoria antiquorum dicebat. Non in gladio suo possederunt terram. nec brachium suum saluauit eos. sed dextera tua et brachium. 7c. De uictoria tamen spirituali si palam. sed figuratiue antiquitus traditur. et hoc per sacrificia diuersa et uaria. que in ueteri lege fiebant. ad prefigurandum principaliter sacrificium christi. quod per uictoria spiritalem habetur. ut supra dictum est. De qua figuratioe in prima secunda. 72. q. 102. de. q. cii. plene habetur.

### Discipulus

**L**icet in his (que modo allegas) duplex uictoria intelligatur. hoc tamen est in diuersis auctoritatibus. uellem autem scire si forte in una aliqua auctoritate de antiquis duplex uictoria tradatur.

### Magister

**S**crutanti diligenter scripturas hoc (quod petis) repiri posset. et specialiter in psalmo. lxxvi. qui incipit Voce mea. Ibi enim proprie. ps. in persona fidelium christi (qui in primitiua ecclesia sub tyrannica potestate Romani imperij maxime affligebantur) principaliter loquitur. ut recte intuenti litteram illius psalmi hoc patet. et quia hoc erat contra modum diuinitus consuetum circa antiquos. ut dictum est. qui aduersarios suppresserunt et debellabant. Idcirco. ps. ibidem dicit. Et dixi nunc cepti. hec mutatio dextere excelis. Cuius sensus est. potentia dei (que per eius dexteram coeter in scripturis significatur. Juxta illud Exo. xv. Dextera tua domine confregit inimicum antiquitus manifestabatur per destructionem aduersariorum corporalem. Nunc autem. s. in statu primitiue ecclesie. de qua ibidem. ps. tractat. principaliter manifestabatur dextera dei seu eius potentia per miram patientiam fidelium. qua grauissimas persecuciones usque ad acerbissimam mortem ab aduersarijs per

fidē ueritatis tollerabant. Vnde. de hoc. ps. dicebat. Nunc cepi. hec mutatio dextere excelsi. que una ⁊ eadem est essentialiter. s. diuina potentia. non uniformiter. sed mutabiliter incipiebat manifestari in statu primitiue ecclesie. ab eo modo. quo manifestabatur tempe antiquoz. ut dictuz est. Et sic ex ista auctoritate bene intellecta habes orituram su pradictā quam petis.

### Discipulus

**H**ic psalmus coiter exponitur de fidelibus in captiuitate Babilonica afflictis. prout in postilla Nicolai (qui ad litteram psalmū pdictū sic exponit) habetur. Vnde. Sm suaz expositōez que līalis est non habet locum allegatio tua su pradicta.

### Magister

**U**ide additionē sup postillam in pdicto psalmo. ⁊ ibi manifeste reperies q̄ expositio postillatoris non proprie applicatur līe. ut patet ex multis rōibus. que in pdicta additōe hoc ostendunt. sed proprie applicatur līa statui primitiue ecclesie. ut iam tibi allegaui. in quo statu incepit mutatio dextere excelsi modo supradicto. Vnde si de expositione illius psalmi pleni⁹ uis informari. uide ibi in postilla ⁊ in additione.

### Discipulus

**A**dhuc līa istius uersus non uidetur cōsonare tue sentētie. etenim. ⁊ dixi nunc cepi. hec mutatio dextere excelsi. debuisset enim dicere secundum te. Et nunc cepi mutatio dextere excelsi.

### Magister

**I**n scripturis sacris ut nosti sepe ponitur preteritum pro futuro. ⁊ econtra. Similiter ⁊ uerba seu pronomia prime persone pro tertia. unde Exo. iiij. Angelus loquēs moisi dicebat. Ego sum dominus deus patris tui. ⁊c. unde in hoc loco non est incōueniens. ut uerbum prime persone ponatur loco uerbi tertie.

**¶** Sequitur Distinctio Quinta.

**D**istinctio Quinta de Scrutinio scripturarum  
que in libro Job continetur. declarando mētes  
ipsius Job et socioz. Similiter et helui. in qui-  
bus expositores hebreoz manifeste errauerūt  
Et continet. xij. capitula. *¶* In capitulo pri-  
mo ostenditur q<sup>o</sup> Job in dictis suis seu altercatōibus (quas  
cum soty habuit) non est blasphemus nec hereticus censen-  
dus. sicut Rab. Moi. et omēs antiqui talmudici erronee est  
timauerunt.

2. *¶* In cap. secundo ponūtur quedam dicta ipsius Job. ex qui-  
bus predicti hebrei arguunt Job fuisse hereticū seu blasphe-  
mū. et ponitur quoddam preambulum ad ueram intelligen-  
tiam quorundam que in disputatione Job cum soty con-  
tinentur.

3. *¶* In cap. tertio ponūtur in quibus tam Job quā soty eius  
cōueniebant. et ea in quibus differēbant. et ibidem respon-  
detur ad auctoritates supradictas. que p<sup>o</sup> Rab. moi. cōtra  
Job allegantur.

4. *¶* In cap. quarto arguitur cōtra predictaz responsionez. et  
soluūtur argumenta.

5. *¶* In cap. quinto ponuntur quedā alia uerba ipsius Job. ex  
quibus arguūt supradicta Job negasse resurrectionē futu-  
ram. et ibidem soluūtur argumēta eoz p<sup>o</sup> uerā expositōnez  
uerborū ipsius Job.

6. *¶* In cap. sexto ponūtur quedā uerba dei ad ipsum Job. ex  
quibus apparet q<sup>o</sup> Job loquebatur contra iustitiā diuinā.  
et exponūtur uerba predicta sic. ut ex hijs non intelligatur  
Job fuisse locutū in derogatione diuine iustitie.

7. *¶* In cap. septimo ostenditur q<sup>o</sup> ex hoc q<sup>o</sup> Job natiuitatem  
suam et conceptionem et huiusmodi maledixisset. et etiam  
uitam propriam dicebat se abhorrere. non derogatur p<sup>o</sup>fec-  
tioni ipsius Job seu ipsius uirtuose patientie. Nā talia s<sup>o</sup> m<sup>o</sup>  
partē inferioris rōis dici intelligenda sunt. non autē s<sup>o</sup> m<sup>o</sup>  
partem rationis superioris.

8. *¶* In cap. octauo ponitur quedam obiectio contra ea que  
dicta sunt in precedenti cap. et ibidem soluitur.

9. *¶* In cap. nono declaratur cōuenientia amicorū Job in ip-  
sius impugnatioe. et distinctio eorum inter se.

10. *¶* In cap. decimo exponitur opinio helui. que fuit erronea

14  
7 a deo condemnata contra hebreos qui asserunt q̄ helui  
uictoriam obtinuit de ipso Job.

11 **I**n cap. undecimo ostenditur q̄ sicut tres amici Job erant  
de secta Saduceorū: sic 7 helui erat de secta phariseorū qui  
bus assimilatur tam in suis opinionibus erroneis quaz in  
conditionibus suis.

12 **I**n cap. duodecimo ostenditur q̄ quid in responsionibus  
diuinis superaddi intelligitur quo ad questionem propo-  
sitam de Job pertinere uideatur.

13 **I**n cap. tredecimo ostenditur q̄ ex malis temporalibus  
(que hominibus eueniunt) non semper concludi posset eorū  
malitia.

**C**apitulum Primū in quo ostenditur q̄ Job in uictis su-  
is seu altercatōibus (quas cum solus habuit) non est blas-  
phemus nec hereticus censendus, sicut Rab. moi. 7 omnes  
talmudici erronee estimauerunt.

### Discipulus

**P**lacent michi rōes tue quas assignas ad hoc q̄ antiqui pa-  
tres uet. test. bonis temporalibus adhibebāt. propter confor-  
mitatē ad populū quē ad obseruationē diuinorū preceptorū  
inducere intēdebāt. qui quidē populus ex sui ruditate tēpa-  
libus adhibebat. intantū q̄ nō nisi p̄ t̄pales promissioes  
ad dei obsequiū induci oportebat. Sed circa hoc q̄dā insur-  
git michi admiratio. que talis ē. quomō Job (de quo scrip-  
tura testatur q̄ erat simplex 7 rectus 7 timens deum. 7 rece-  
dens a malo. Job. primo) cum hoc tamen intantū tempo-  
ralibus adhibebat. q̄ ex eorum amissione q̄siq̄ in blasphe-  
miā dei uerba prorumpēbat. prout Rab. moi. in libro de  
directōe parte. iij. cap. xxij. dicit. Non enīz uicendū est q̄  
Job adhesisset temporalibus propter ruditatē populū quē in-  
tēdebat inducere ad fidem seu op̄era legis faciēda. quia  
Job gentilis erat. nec de eo legitur fuisse sub aliqua lege di-  
uina (preter legem naturalem) constitutus. nec fuit a deo  
missus ad aliquē populū de lege diuina informandū. Unde  
admiratiōe dignū uidetur q̄ tant⁹ uir a deo sic approbat⁹  
in blasphemiam diuinam prorumperet. propter tempora-  
lium bonorum amissionem.

7. admiratio. Job. 1.

7.  
2.  
3.

## Magister

**D**icere q̄ Job fuit blasphemus. uel non bene sentiens de deo seu de prouidentia diuina: est ualde erroneū tamquā cōtra ueritatem sacre scripture dictum. manifeste enim testatur scriptura de eo in principio sue historie q̄ fuit rectus et tu mens deum. 7c. Similiter q̄ deus frequenter uocat eū seruū tam in allocutōe cum sathana. ut cum dicitur. Num quid posuisti cor tuū super seruū meū Job. quia non est similis ei in terra. 7c. Job. ij. quā etiā in fine huius historie deus alloquēs ad ipsum Eliphā dicit. Job seruus meus orabit pro uobis. Ex quibus et similibus manifeste patet q̄ Job cōputandus est inter seruos dei. non autem inter blasphemos. Item Ezech. xiiij. deus alloquens prophete dicit. Et si fuerint tres uiri in medio eius Noe Daniel. et Job. ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Ex quo patet q̄ deus reputabat Job inter iustos. qui per suam iustitiā fuerant digni liberare. absit ergo dicere Job fuisse blasphemū et huiusmodi. sicut Rab. moi. erronee asserit in loco per te allegato. Quem quidē errorē ipse Rab. moi. non habuit ex se. sed in hoc sequitur talmudicā seu pharisaicā opinionē. qui in diuersis locis habēt errorē sicut et in multis alijs supra dictis. et deo duce infra dicendis.

## Discipulus

**A**d hoc quod allegas pro defensione iustitie ipsius Job. Rab moi. ubi supra respōdit dicens. q̄ de blasphemia et alijs erroribus suis Job penituit. Vnde in ultima locutione ipsi Job ad deū sicut dicit. Idcirco me reprehendo et ago penitentia in fauilla et cinere. Job. xliij. In quibus v̄bis s̄m ipsum Rab moi. ostenditur q̄ Job penituit de blasphemia diuina et de alijs erroribus per ipsum dictis. Et ideo post predictā p̄nāz deus uocat ipsum seruū in p̄dicto cap. similiter et in prophetia Ezech. et sic etiā antequā temptaretur nec predicta peccata incurreret seruus uocatur. ut in primo et secundo cap. ipsius Job hoc patet. Motiuū autem seu causam p̄nē ipsius Job ipse Rab. moi. ubi supra assignat dicens. q̄ Job opinabatur q̄ prosperitates temporales erant finis ultimus uite humane. et hoc quando ipse Job cognoscebat deum solum ex narratōe seu auditu. non per uia speculatiuā

Rab. moi. ob.

Job. 23.

idē idē Rab. moi.

Job. 83.

culatiua. quod probat ex hoc quod Job dicit deo i cap. xliij  
supradicto. Auditu auris audiui te. et nunc oculus meus ui-  
det te. Unde sicut eum non fuit iob commendatus in principio  
sue historie de intelligentia seu sapientia et homini. sed de sim-  
plicitate et rectitudine uite et timore dei et recessu a malo.  
que conditio possunt competere etiam rudibus. Ex quo dicitur quod  
iob quoniam ex solo auditu cognoscebat deum erat perplexus in pre-  
dictis opinionibus. sed postquam habuit notitiam diuinam per uiam  
speculatiuam. tunc cognouit quod finis ultimi humane uite non  
consistit in prosperitatibus huius mundi. scilicet temporalibus. et ideo pe-  
nituit de his que dicta fuerunt per eum contra diuinam iustitiam  
atque prouidentiam. prout in libro Rab. moi. supradicto per  
te et capitulis allegatis ista plenius habentur.

### Magister

**S**i bene uerba dei ad Eliphaz et socios eius directe scruta-  
tus fueris. sane repies quod deus tamquam uerus seu proprius  
determinator disceptationis seu contentiois ipsius iob et eius ad  
uersarios determinat. quod in ipsa disceptatione seu disputatione  
iob cum illis locutus fuerat rectum coram deo. non autem aduer-  
sarij eius. Dicit enim sic deus ipsi Eliphazi. Irratus est furor me-  
us in te. et in duos amicos tuos. quoniam non estis locuti coram me  
rectum sicut seruus meus iob. Ex quibus manifeste patet quod deus  
approbat uerba ipsius iob in predicta disputatione contenta tamquam  
recta. et condempnat partem illorum tamquam expositam. quam qui  
de iniustitia dei infra paucis interpositis replicat sub eisdem  
uerbis. Constat autem quod si iob in disputando cum aduersarijs pro-  
uidentiam dei negasset seu eius iustitiam contra quod aduersarij  
eum impugnassent. quod tunc falsum esset dicere quod iob fuerat lo-  
cutus rectum coram deo. et socij oppositum. Ex hoc autem quod iob fecis-  
set penitentiam de commissis seu de uictis suis non recte uictis. non se-  
quitur quod fuerat locutus rectum in disputatione precedenti. Opor-  
tet ergo dicere quod in disputatione ipsius iob cum aduersarijs iob  
tenuit quod rectum est. ut littera testatur. et sic patet quod tamen Rab.  
moi. quam magistri sui quos sequitur. scilicet pharisei non recte sed fal-  
se et erronee dicta ipsius iob in disputatione cum socijs tamquam  
heretica condempnauerunt. cum constat hoc esse manifestum contra  
diuinam determinationem supradictam. Item quod asserit ipse Rab.  
moi. de motiuo penitentie ipsius iob quod fuit quia antea cognoue-



2  
4. Di  
F. II. ca.

rat deum p solū auditū. nūc autē p uia speculatiua ē incō-  
ueniēter dictū. tūm qz in hīs que p̄tinet ad cognitōz huma-  
nā de diuinis magis meritoriū est quod hō ex auditu acci-  
pit quā si per speculationē humanā hoc haberet. fides enī  
est ex auditu. ad Ro. x. Tūm quia p speculationē humanam  
nō sufficienter habetur prouidentia diuina esse circa pticu-  
lares actus hoīs. 7 q̄ remuneratio 7 punitio hoīs p̄m ipsi  
us actus sit in alia uita. 7 multominus in resurrectōe fu-  
tura. de quibus iob aliqua docuit. ut infra patebit. Item q̄  
ipse Rab. moi. asserit iob nō fuisse cōmendatū a deo de sapi-  
entia seu intellectu falsū est. Nam cōmendatus fuit de ti-  
more dei 7 recessu a malo in principio historie 7 etiam po-  
stea. ij. cap. dicente deo de iob ad ipsum sathan. q̄ nō erat si-  
milis ei in terra. uir simplex 7 rectus timēs deū 7 recedēs  
a malo. Constat autē q̄ timor dei ē ipsa sapia que in scrip-  
turis cōmendatur. similiter 7 recedere a malo ē intelligen-  
tia que laudatur in scripturis. ut habetur expresse Job.  
xxvii. 7 sic iob (de quo deus testatur q̄ erat timens deum  
7 recedens a malo) necesse ē dicere q̄ erat sapiēs 7 intelligēs.

10. Ro. 10.

Job. 2.

Job. 28.

10. Ro. 10.

**C**apitulū secundū in quo ponūtur quedā dicta ipsius iob.  
ex quibus p̄dicti hebrei arguūt iob fuisse hereticū seu blas-  
phemū, 7 ponitur quoddā preambulū ad uerā intelligentiā  
horū que in disputatōe iob cū sathā cōtinētur.

### Discipulus

**Q**uicquid sit de alijs uellem hīc uerā intelligentiā de auc-  
toritatibus quas ipse Rab. moi. allegat. ex quibus ad līaz  
uideretur haberi q̄ iob credebatur q̄ dīa nō erat inter iustū  
7 impiū apud deū. uterqz enī (ut dicitur simili mō ab eo con-  
sumūtur. Vnde in cap. ix. ipse iob dicit. Vnū est. quod locu-  
tus sum 7 innocentē 7 impiū ipse cōsumit. Itē infra Job  
xxi. cap. uidetur dīe de impijs q̄ aliqui moriūtur in mag-  
na tranquillitate 7 opulentia. 7 aliqui in magna amaritu-  
dine. 7 de utriqz cōcludit. 7 tamē simul in puluere dormi-  
ent 7 uermes operient eos. Ex quibz auctoritatibus uide-  
tur arguere q̄ de mente iob erat q̄ deus indifferēter punie  
innocentē 7 impiū. similiter 7 quoslibet impios indistincte  
quod uidetur cōtra diuinā iustitiā seu prouidentia. Vñ ex

Job. 9.

21.

istis cōcludit q̄ s̄m iob deus nō prouidet de actibz huma-  
nis. quoz utrūqz est erroneū. tamquā repugnās sacre scrip-  
ture in multis locis. in quibus manifeste hētur q̄ deus hēc  
manifesta .j. notitiā de oībz actibz humanis. 7 retribuit unicuiqz s̄m  
opera sua. Vnde 7 in psalmo de primo dicit. Qui finxit sin-  
gillatim corda eorū 7 intelligit oīa opera eoz. De secundo  
uero psalmista deo dicit. Tu reddis unicuiqz secunduz ope-  
opera sua. 7 sic in multis alijs locis. uellez igitur ut michi  
ostenderes quō uerba iob 7 similia possunt intelligi sine de-  
rogatōe diuine iustitie 7 prouidentie.

### Magister

.53. **A**d intelligentiā p̄dictoz 7 similiuz oportet primo scire in  
quo p̄deat huiusmodi disceptatio. s. iob 7 suoz aduersari-  
orū. sic ut opinio cuiuslibet eoz districte hēatur. alias pro-  
cederetur incōfuse 7 indeterminate. Et circa hoc ulterius  
est attendendū q̄ stilus libri iob 7 ipsius modi loquēdi est  
ualde singularis ī obscuritate inter ceteros libros uet. test  
Vnde coiter tradūt hebrei q̄ modus loquēdi istius libri ē  
nō solū poeticus. sed etiā metricē cōpositus. in quibus con-  
cordat Jeronimus. Vnde in prologo huius libri sic dicit a  
uerbis iob in quibus ait. Dereat dies in qua natus sū. usqz  
ad eū locū ubi ante finem uolumīs scriptū est. Idcirco me-  
rephendo/exametri uersus sunt dactilo/spondeozqz curren-  
tes. Et sic patet q̄ liber iste p̄ modū poematis conscriptus  
est. unde p̄ totū hūc librū figuris 7 coloribz utitur. qui-  
bus poete uti cōsueuerūt. Ille autē que metricē traduntur  
nō plane exprimūtur. sicut fit in locutōibz profaicis. sed  
truncate 7 qñqz proprie qñqz inproprie. 7 qñqz breui<sup>2</sup> qñ-  
qz largi<sup>2</sup> quocū oportet proponūtur. similiter 7 in talibz  
una sn̄a sepe replicatur sub diuersis uerbis seu similitudi-  
nibus. Item in similibus qñqz quedā tradūtur que prima  
facie uidētur esse s̄m mentē loquētis. 7 tamen significatōe  
disceptatōis prospecta. oportet ea intelligere nō s̄m mentē  
loquētis seu s̄m mentē aduersarij quā loquēs seu proponēs  
uult inducere ad incōueniēs. prout in quibusdā uidebitur  
Vnde ad habendā uerā intelligentiā de mente ipsius iob 7  
socioz. 7 in quo uel in quibus cōsistit hmōi disputatōis fū-  
damentū: oportet primo certitudinaliter habere cuiuslibz

hebrei  
et h̄o.

sup. Job.

Coz

... q. di.  
f. 3. ca.

mentē p̄ dicta plana cuiuslibet eorū. ⁊ sic de singularibz vte-  
ris cuiuslibet possit sciri quō sint intelligenda. ⁊ in quo ip-  
soz disceptatio consistat.

**C**apitulū tertium in quo ponuntur ea in quibus tā iob quā  
soti eius cōueniebāt. ⁊ ea in quibus differebant. ⁊ ibidem  
respondetur ad auctoritates supradictas. que p̄ Rab. moi.  
contra Job allegantur.

**Discipulus**

**A**n te omnia placeat ut michi declares mentē ipsius iob fū-  
dando eam in suis viciis. ⁊ hoc fundato procedetur ad alia.

**Magister**

**A**d hoc (quod petis) clarius ostendendū p̄supponere debes q̄  
tā Job quā eius amici qui ei aduersabantur firmiter tene-  
bāt q̄ res humane a diuina prouidētia reguntur. sicut boni  
diuina prouidēte iustitia premiātur. mali uero eadē iusti-  
tia puniūtur. quod quidē cōmune cōceptū se habet ut prin-  
cipiū. licet p̄ solā rōez naturalē a philosophis antiquit̄ nō  
fuit repertū. per inspiratōez tamē diuinā antiquis ueteris  
test. p̄ribus reuelatū fuit. ⁊ in sacris scripturis dupliciter  
traditū. tam. s. p̄ historias sacras hoc testātes quā per dog-  
mata diuina que hoc exp̄sse asserūt. Primū patet in quaz  
plurimis locis quibus diuinā iustitiā res humanas prou-  
dentē historialiter testatur. quod p̄ tā in singularibz p̄so-  
nis ut Ben. iij. de punitōe Caīm fratricida. ⁊ de p̄miatiōe  
Noe iusti Ben. vi. ⁊ de p̄miatiōe Abrahe Ben. xij. ⁊ xv. quā  
etiā in quodā uniuersali. ut de punitōe pereuntū in dilu-  
uio Ben. vii. ⁊ de punitōe sodomitarū Ben. xix. ⁊ sic de quā  
plurimis historijs sacris testatibus q̄ diuina iustitia pro-  
uidēte mali puniūtur ⁊ boni p̄miātur. Secūdo mō idē p̄  
p̄ diuina scripturarū sacra dogmata. Vñ Ben. xvij. Abra-  
ham dicebat deo. absit a te ut rem hāc facias. ut occidas iu-  
stū cū impio. nō est hoc tuū qui iudicas oīe terrā. ⁊c. ⁊ in  
datōe legis Exo. xx. Ego sum dñs deus tuus de⁹ zelotes ui-  
sitās peccata patrū in filios. ⁊c. ⁊ faciēs mīaz diligētibus  
me. ⁊c. que quidē prouidentia arta actus humanos iuxta  
sacraz testimoniū scripturarū nō tantū cōsiderat extero-  
ra hoīm opa. sed etiā interiora ⁊ intima. ut unicuiqz red-

q. 4.  
-6.  
-12.  
-19.

1.  
2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
8.  
9.  
10.  
11.  
12.  
13.  
14.  
15.  
16.  
17.  
18.  
19.  
20.

ca.

datur premiū uel pena s̄m propria merita seu demerita.  
 .h̄c. 17. <sup>10.</sup> Legitur enī Jere. xvij. Ego dominus scrutās cor 7 probās  
renes qui do unicuiqz iuxta uia suā. 7 iuxta fructū adinuen-  
 tionū suaz. Vbi propheta postquā ondit q̄ humana notitia  
 nō attingit ad interiores hominū cogitatōes seu actōes cog  
 noscendas: dicens paruū ē cor hoīs 7 inscrutabile. s. ab hoīe  
 qui tantū ea que apparent uidet. 1. Reg. xvj. statim subdit  
 .1. Rp. 16. q̄ hec interiora scrutatur dices. Ego dñs scrutās cor 7 pro-  
 bās renes. in quo intelligūtur cogitatōes 7 affectōes huā/  
 ne quācūqz sint occulte, 7 (ut ondat huius scrutini) diuī  
 ni seu probatōis effectū) subdit. Qui do unicuiqz iuxta ui-  
 am suā 7 iuxta fructū adinventionū suaz. Vbi p̄ uia suaz  
 intelligitur finis quē hō in suis opibus cōstituit. sicut per  
 uia corpālē hō tendit ad terminū intentū, per fructū adin/  
 uentōnū autē intelligātur ipsa opa ab hoīe facta. Vnde ex  
 hac auctoritate 7 quibusdaz similibus hētur manifeste. q̄  
 .9. deus prouidet de actibus humanis ipsos examinās s̄m se.  
 7 etiā s̄m petitōez opantis seu adinueniētis. Ex qua aucto/  
 ritate 7 quā plurimis similibz hētur. q̄ dictū est de prouī/  
 dentia diuina circa res humanas. quod quidez principiū a  
 quolibet fideli credendū ē tāquā quoddā p̄suppositū ad oīa  
 que p̄ fidē tradūtur seu credūtur. Vnde aplūs ad Hebr. xj.  
 .heb. 6. <sup>1.</sup> Accedentē ad deū oportet credere quia est. 7 inquirētibz se  
 remuneratoz est. hoc autē p̄supposito scire debes. q̄ fue/  
 rūt nōnulli qui licet p̄dictū principiū credidissent. erraue/  
 rūt tamē circa premiū iustoz 7 punitōez maloz: ponentes  
 .n. 9. utruqz in hac uita tantū esse. nō autē in futura. quā. s. uī/  
 tam omnino negabāt. asserētes animā hoīs esse mortalem  
 . unde post hanc uita s̄m illos) nulla remanet pena uel p̄mi/  
 um hominī. Coīter etiā eandē erroneā rōez de mortalitate  
 anime humane sequētes resurrectionez negabant, 7 de hac  
 falsa seu heretica secta fuerūt saducei. de quibus Iosephus  
 . Ioseph. 7 li. 20. in libro. xx. antiquitatū refert. q̄ recipiebant tantū quīqz  
 . Antiquitatū libros moisi. in quibus nō fit mentio exp̄ssa de alio seculo  
 . nec de immortalitate anime. sed potius cōicatōnes 7 pūni/  
 tiones s̄m līe sup̄ficialiter omnes sūt tempales, unde sequen/  
 tes pentatheucū sup̄ficialiter tantū. 7 nichil aliud de scrip/  
 turis diuinis in hunc inciderunt errorē. quem errorem cō/  
 futat christus Math. xxj. ut ibidem plene cōtinetur. Vlte

y. di

17. n.

rius autē considerandum q̄ hij tres aduersarij ipsius Job proprie uidentur fuisse de secta predicta saduceorū nephā/da. 7 ideo omnes tribulatōes tempales (que ipsi iob cōtigelunt) attribuebant peccatis seu delictis ipsius. false est i/ mātes q̄ in hac uita nullus affligitur nisi in pena proprij delicti, unde innocētes 7 recti (sm eos) nūquā affligebātur in hac uita. quod patet per dictū ipsoꝝ. Eliphā enī dicebat ipsi iob. Recordare obsecro quis umquā innocēs perijt. aut qñ recti delecti sunt: quin potius uidi eos qui opantur iniquitatē. 7c. Job. iij. Baldach etiam dicebat ipsi iob. Si mundus 7 rectus inceiseris statim euigilabit te etiam peccatū reddet habitaculū iustitie tue Job. viij. Sophar etiā ipsi iob dicebat. 7 intelliges q̄ multo minora exigaris ab eo quā meretur iniquitas tua Job. xi. Et hec snā pluries replicatur in dictis eoz. Ex quibus patet q̄ nō credebāt q̄ aliquis hō ī hoc mūdo tribularetur ut meritū suū augeretur in alia uita, talē enī uitā esse nō credebāt. Job autē (tāquā uer<sup>o</sup> fidelis) firmiter credebāt p̄ diuinā prouidentia actus regi humanos. sed uerū 7 propriū premiū iustoz. 7 uerā 7 propriā punitiōz reproboꝝ nō ponebat ī hac uita que momentanea ē 7 caduca, s; ī uita futura, 7 coīter ex hoc q̄ si bi ī hac uita tribulatōs maxie deueniret nō credebāt sequi q̄ ipse esset iniustus sicut nec sm ueritatē fidei hoc sequitur. Ex quibus patet q̄ Rab. moi. maīfeste errauit asserēs q̄ iob in prouidentia diuina cōueniebat cū Aristotile qui negauit prouidentia diuinā esse in istis inferioribus. nisi solum sm genus/uel spēm. nō autē sm indiuidua 7 pticularis actiones. cuius oppositū in multis dictis ipsi<sup>o</sup> iob maīfeste patet. Dicit enī Job de eo. Nonne ipse cōsiderat uias meas 7 cūctos gressus meos dinumerat. Job. xxxi. 7 infra in eodē se excusans a p̄sumptōe seruoꝝ suoꝝ sic dicit. Si cōtempsi subire iudiciū cū seruo meo 7 ancilla mea cū disceptarēt aduersū me: quid enī faciā cū surrexerit ad iudicandū deus. 7 cū quesierit quid respondebo illi. Ex quibus maīfeste patet q̄ iob credebāt prouidentia diuinā se extendere usq; ad actus pticulares humanos. 7 etiā q̄ iudicium diuinū cōtra se (si a iustitia deuiasset) timebat. Ridiculum enī uidetur asserere q̄ iob negasset prouidentia diuinā in actibus pticularibus humanis. cū exp̄sse tam generatōnez

- Saducei nephandi.  
cor<sup>m</sup>vō. p̄. ip̄m Eliphā  
- Job. 2.2. ip̄m Baldach.  
Job. 8.3. ip̄m Sophar.  
Job. 11.

† 9.

† Job. 31.

15.  
quā formatōez suā: quā oīa (que ipsi deuenerūt) deo (tamquā  
principoli actori) attribuebat. ut patet in multis locis spe-  
cialiter Job. ix. ubi dicit. Manus tue fecerūt me et plasma  
uerūt me. 7c. usq; ad finē capituli. et in omnibus dictis su-  
is ferē clarissime patet q̄ ipse gubernatōez diuinā se exten-  
dere ad actus humanos fatebatur. Ad auctoritates supra  
dictas p. Rab. moi. allegatas (quarū una est illa in qua iob  
dicebat. Nū est quod locutus sum innocentē et impiū ipse  
cōsumit. ex qua intendit probare q̄ iob loquebatur contra  
diuinā iustitiā. Dicendū q̄ hoc ē uerū. sed intelligendum

Job. 9.  
Antipō.  
50

[ est hoc dixisse iob s̄m opinionē aduersarioz. quā ad incon-  
ueniēs intendit deducere. q. d. hoc est quod dixi. s. q̄ si in hac  
uita tantū totū premiū iustoz et pena impiorū cōsisteret  
(ut uos asseritis) sequeretur q̄ innocētes et impij equaliter  
a deo punirētur. cū taz isti quā illi morte tpali que maxia  
penarū tempaliū ē cōsumūtur. et quia s̄m uos nulla pena  
nec premiū hoīs remanet in alia uita: sequeretur q̄ de<sup>o</sup> nō  
iuste procederet in hominū gubernatōe. Et quia cōtra hoc  
posset dici q̄ pena mortis ē coīs oībus propter peccatū na-  
ture. quod ē cōmune: adhuc uidetur irrōnabile q̄ innocenti-  
bus (qui ex proprijs peccatis nō sūt rei) alias paterētur af-  
flictōes preter mortē. cū s̄m uos nulla alia causa est: quare  
alicui infligitur pena: nisi propter peccatū propriū. Cōstat  
autē innocētes penas pati in hoc mūdo. et sic s̄m uos seque-  
tur q̄ tales sine causa punirētur. de quo subdit. Si flagel-  
lat occidat semel. et nō penis innocentū irrideat. Idē dicen-  
dū est ad aliā auctoritatē Job. xxi. ubi dicitur. simul in pul-  
uere dormiēt. 7c. quia hoc dicit iob ad cōfutandū aduersa-  
rios. qui tantūmō in hac uita dicūt esse totalē penā impio-  
rū. cum tamē uidem<sup>us</sup> q̄ aliqui impij cōtinue uiuūt et mo-  
rantur in prospitate tempali. et alij p̄ oppositū. qui tamen  
simul in puluere dormiūt. 7c. quod esset contra diuinā iu-  
stitiā seu prouidentia: nisi in alia uita ista reducerētur ad  
uerā iustitiā. et sic iob impugnat suos aduersarios in hmōi  
locutōibus et similibus deducēdo eos ad incōueniēs ex hoc  
q̄ futurā uitam negabant.

Antipō.

Job. 21.

Job. 21.

[ **C**apitulū quartū in quo arguitur contra predictam re-  
sponzionem. et soluūtur argumenta ]

## Discipulus

Contra expositionē tuā de dictis ipsius iob supradicti? Rab  
 moi. 7 turba talmudicorū possent obicere sic dicētes. uerba  
 iob plane intellecta: intelligi debēt fuisse de mēte ipsius iob.  
 nō autē aduersariorū. nō enī dixit s̄m uos. innocentē 7 im-  
 piū ipse. s. deus cōsumit. sed dicit simpliciter. unū est quod  
 locutus sum. innocentē 7 impiū ipse cōsumit. quod plane so-  
 nat hoc esse dictū de mente iob, Cum autē in expositione tua  
 supaddis q̄ hoc intelligitur s̄m mentē aduersariorū. hoc ē  
 extra textū. Vnde nec uidetur talis sensus recipiendus. nisi  
 aliqua rō seu autoritas nos cogat ad hoc, Idem posset dici  
 cōtra expositionē secūde auctoritatis supradictā,

replica. h. 2. 07  
 1.

## Magister

Ex duobus cogimur exponere uerba iob in hac disputatōe  
 esse fidelissima 7 uera, 7 sp̄aliter ea que ipse dixit circa fu-  
 turā uitā. 7 circa resurrectionē. Primū est auctoritas di-  
 uina que falli nō potest. que testatur q̄ iob fuit locut⁹ rec-  
 tū corā deo in illa disputatōe. non autē sui aduersarij. Job  
 ult. nō estis locuti rectū corā me. sicut seru⁹ meus iob. pro  
 ut supra fuit allegatū. Si enī iob in sua disputatōe contra  
 ea que in fidei ueritate cōtinētur. aliquid asseruissz; non po-  
 tuissent p̄dicta uerba uerificari de locutōe ipsius iob. cū ad  
 uersarijs. Et ultra hoc notandū est q̄ nō dixit deus solum  
 Non fuitis locuti rectū. sicut seru⁹ meus iob. sed addit co-  
 rā me. in quo denotatur q̄ uerba iob intellecta s̄m intīmā  
 sui intentionē (que nuda est 7 aperta corā deo) fuerūt recta.  
 licet possunt iudicari (sicut sonāt) aliter. Deus enī (qui solus  
 nouit corda hominū) testatur q̄ uerba ipsius iob recta fu-  
 erūt corā deo. 7 ideo uerba sua 7 si possūt dupliciter intel-  
 ligi oportet. ut exponātur eo mō quo recta sint coram deo  
 7 hoc est quod nos cogit ad p̄dictam expositionē. q̄ ex uer-  
 bis iob proprie intellectis nos oportet cōcedere ipsuz habe-  
 re spem in aliā uitā. quod ē manifeste consonuz fidei 7 re-  
 pugnās errori aduersariorū. Dicit enī iob cap. xij. sic. Etia  
 si occiderit me in ipso sperabo. uerūtāmē uias meas in con-  
 spectu eius arguā. 7 ipse erit saluator meus. non enī ueniet  
 in cōspectu eius omnis ipocrita. In quibus uerbis manife-  
 ste habetur q̄ iob in hac uita existens habebat sp̄z. ut de⁹

p̄. Job. ult.

Job. ult.

11.

Job. 13.

ipsum saluaret post mortē. quod ē manifeste cōtra errorē  
 sortioꝝ qui uitā futurā ⁊ salutē omnino negabāt. Vñ v̄ba  
 sua alibi dicta (in quibus apparet q̄ ipse parificat innocen-  
 tē ⁊ impiū) oportet ut intelligātur nō s̄m suā mentem. sed  
 s̄m mentē aduersarioꝝ. ⁊ ut insinuaret q̄ uerba p̄dca. s. si  
 occiderit me in ipso sperabo. ⁊c. dicta sint s̄m menteꝝ pro-  
 priā ⁊ nō aliter. Idcirco imediate ante illa p̄mittūtur hec  
 Tacete paulisper et loquar quodcūq; michi mens suggeste-  
 rit. quare lacero carnes meas dentibus meis. ⁊ animā meā  
 leuo in manib; meis. etiā si occiderit me. ⁊c. In h̄mōi enim  
 uerbis ante p̄missis duo exponūtur. Vñ ē q̄ illud (quod e-  
 rat locuturus) ex propria mentis suggestionē procedebat. ⁊  
 de hoc dicit. Tacete paulisp ⁊ loquar quodcūq; michi mens  
 suggesterit. Secundū ē q̄ omīa que patiebatur tā in carne  
 quā in spū. sustinebat propter spem future salutis. Primū  
 p̄ hoc quod dixit. quare lacero carnes meas dētib; meis.  
 quod p̄tinet ad corpales penas. Secūdu uero cū dicit. aiām  
 meā leuo in manibus meis. quod p̄tinet ad afflictōs intrin-  
 secas aīe. unde declarās quare ista sustinebat. statim sub-  
 dit. Etiā si occiderit me in ipso sperabo. q. d. nō soluz alias  
 penas citra mortē. sed etiā ipsā mortē. que ē maxima pena/  
 rī. p̄sertim cū sit uiolenta que p̄tinet ad occisionē. paratus  
 suꝝ sustinere propter spem salutis. Idē dicendū ē ad secundā  
 auctoritatem Job. xxi. s. q̄ illa dicta intelligenda sunt se-  
 cundum mortem aduersarioꝝ quos uult ad incōueniēs de-  
 ducere. ut supra dictum est.

**C**apitulum quintū. in quo ponūtur quedā alia uerba ip-  
 sius Job. ex quib; arguūt. supradicta Job negasse resurre-  
 ctionē futurā. ⁊ ibidem soluūtur argumēta eoz p̄ ueram ex-  
 positionē uerborū ipsius Job.

### Discipulus

**S**unt alia uerba ipsius Job que manifeste uidētur negare  
 resurrectōez futurā. ⁊ ibidē soluūtur. ut cū dicit cap. xiiii.  
 Lignū habet spem. si p̄cisum fuerit. rursum uirescit. ⁊c. Et  
 infra in eodē cōtextu. Homo cū dormierit nō resurget. do-  
 nec attrahatur celū. nō euigilabit. nec cōsurget de sompno  
 suo. In quibus uerbis ⁊ similibus manifeste patet q̄ Job



9. di.

179. ca.

negabat resurrectōez. nec ualet dicere q̄ hec dicebat secun-  
 dum mentē aduersarioz. Nam ut p̄dicta uerba sic p̄mittit  
 Recede ergo paululū ab eo ut quiescat donec optata ueni-  
 at sicut mercenarij dies. In quo loco iob loquitur deo sup-  
 plicās habere refrigeriū penaz considerata breuitate uite  
 humane. ad quod fortificandū inducit differentiam inter  
 duratiōē ligni. et duratiōē hoīs. eo q̄ lignū post sui preci-  
 sionē uirescit. non autē homo post mortē. et sic uult induce-  
 re deū ad miserendū homini propter breuitatē uite sue. ex  
 quo ad ipsā nūquā redit. lignū uero sic. Unde manifestū ē  
 p̄m seriē līe q̄ hoc loquitur de mente sua. nō autē p̄m mē-  
 tem aduersariorum.

Magister

50. **H**ec uerba ipsius iob que allegas intelligi possunt esse dicta  
 de mēte ipsius. Ad quod sciendū q̄ fuerunt aliqui antiqui.  
 qui false asserebāt q̄ hō post hāc uitaz post magna tēporis  
 curricula redeūtibus omniū cōstellatōibus siderū sicut fu-  
 erāt ante. tunc idē hō p̄ naturā similiter rediret ad uitam  
 mortalē et ad oīa offitia uel alia quecūq; pri⁹ p̄ ipsū fiebāt.  
 ut puta q̄ Plato legeret Athenis in eisdē scolis. et easdē lec-  
 tiones sicut ante dū uiuebat. que quidē opinio de resurrec-  
 tiōe est erronea et falsa. Nam p̄m phōz doctrinā ea que corrū-  
 pūtur nō redeūt eodē numero p̄ motū seu mutatōez. ut in  
 secūdo de generatiōe. Est etiā cōtra ueritatē fidei. p̄m quaz  
 resurrectō creditur seu spectatur ad uitā gloriosā immortalē.  
 Unde Job illā falsā resurrectōez negat. quod patet ex hoc  
 quod dicit lignū habet spem. et c. Lignū enī post sui p̄cisioz  
 iterū uirescit in eadē uita. prout ad animā ptinet uegetati-  
 uā. homo uero cū dormit nūquā ad talē uitā resurgit. sed  
 ad uitā immortalē. ut dictū ē. Vñ ex hoc Job uolebat indu-  
 cere deū. ut cōcederet sibi refrigeriū penaz in hac breui dur-  
 atiōe. ex quo nūquā ad uitā similez resurgēdus erat homo.  
 Et sic ex p̄dictis uerbis nō habetur q̄ Job negasset uerā re-  
 surrectionem. que per fidem habetur. sed falsam resurrec-  
 tiōem. ut dictū est. Alij uero exponūt uerba Job p̄dictā. ut  
 ex hys ocludatur uera resurrectio futura. dicētes q̄ homo  
 cū sit nobilissima creatura inter corruptibiles creaturas.  
 rōnabile ē ut nō sit deterioris cōditōis ligno. sed cōstat q̄ si

p.  
 plato.  
 cōfuta. 1.  
 2. de igne et coz.  
 2.  
 2.  
 2.  
 h. 2

lignū p̄cisū iterū producit ramos ⁊ germinat: De corpore autē hominis p̄cisi a uita p̄nti nichil tale uidetur pullulare. ⁊ ideo ne homo sit peioris conditōis ligno cōcluditur. q̄ in hoīe sit aliquid immortale. s. aīa rōnalis. cuius resurrectio spectatur. ⁊ s̄m hoc exponūt illud. lignū habet spem. ⁊c. sic q̄ p̄ modū psuasionis rethorice s̄m quē proceditur in hoc libro iob resurrectionē uerā cōcludit. Vnde ex p̄dictis uerbis Job in hoc loco nō hētur ipsū a fide resurrectōis ueniasse exponēdo ea aliquo p̄dictorū modorū. ad quod cogimur non solū auctoritate diuina supradicta testante Job recta fuisse locutū: sed etiā ex uictis ipsius Job resurrectionē uerā testātibus. Vnde in .xix. cap. uolēs de misterio resurrectionis loqui quod est de maximis seu difficilioribus inter credibilia ut redderet auditores attētos p̄mittit. In libro stilo ferreo aut plumbi lamina uel scelte sculpātur in siliice. Et declarās que sint illa tā magna ⁊ ardua que peteret scribi: modo p̄dicto subdit dicens. Scio q̄ redemptor me⁹ uiuit. ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus sum. ⁊ rursum circūdabor pelle mea. ⁊ in carne mea uidebo deū saluatore meū. ⁊c. que uerba propriissime exponūtur de resurrectōe futura. quā exp̄sse sanctus Job in hoc profitetur. ⁊ ideo oportet q̄ cū alibi de hac materia loquatur: ipsi⁹ uerba sic exponātur ut huic sue uere professioni cōcordēt.

Job. 19.

text.

**C**apitulum sextum. in quo ponuntur quedam uerba dei ad ipsum Job. ex quibus apparet q̄ Job loquebatur cōtra iustitiā diuinā, ⁊ ibidem exponuntur uerba predicta. sic ut ex hijs non intelligatur Job fuisse locutū in derogatōe diuine iustitie.

**Discipulus**

**S**ufficiūt michi p̄dicta ad oñdendū q̄ Job credebatur futu-  
rā uitā. in qua spectatur iustorū p̄miuz. ut uerba sua supra  
allegata. xiiij. cap. Et si occiderit me in ipso sperabo testan-  
tur. Similiter ⁊ q̄ credebatur resurrectōe futurā. ut patet  
ex auctoritate p̄ te ultimo allegata. sed uideo q̄ deus ipsuz  
Job condempnauit. seu rephendit in suis responsionibus in  
duobus locis. primo ubi dicit. Quis est iste inuolues sen-  
tentias sermonibus inperitis. Secundo legitur Job. xl. Nū

Job. 13.

Job. 20.

4. di.  
6. ca.

quid irritū facies iudiciū meū 7 cōdempnabis me. 7 tu iustificeris. Ex quibus patet s̄m ueritatez diuine sn̄ie Job nō solū fuisse locutū sermones inperitos/sn̄ias inuoluendo. sed etiā in derogationē diuine iustitie. quod manifeste patz. cū dñs alloquēs sibi dixit. cōdempnabis me. ut tu iustificeris. Peto igitur ut michi declares quō uerba p̄dicta possūt concordare cum uerbis domini per te allegatis Job ultio. ubi dñs. nō fuistis locuti rectū corā me sicut seruus meus Job.

Peti.

**Magister**

**Sō.** Verba domini que primo allegas. s. quis ē iste inuoluēs sententias sermonibus inperitis si recte exponatur/intelligūtur de helui esse dicta. non autē de Job. prout infra deo dātes si de mente ipsius helui tractabitur erit manifestuz. Ad uerū autē intellectū secunde auctoritatis quā allegas attendere debes. q̄ quia aduersarij Job coiter asserebant q̄ Job erat punitus in ultionē suoz delictoz (quod erat falsuz. ut patet ex historia ipsius Job. in qua ante hmōi disputatōez p̄ponitur q̄ deus dixit ipsi sathan. qui ipsuz Job p̄missione diuina affligebat. Nūquid cōsiderasti seruū meū Job q̄ n̄ sit similis ei in terra. uir simplex 7 rectus 7 timens deum ac recedēs a malo 7 adhuc retinēs innocentia suā. Tu autēz omouisti me aduersus eū. ut affligerē illū frustra. Ex quo patet manifestē q̄ Job nō erat afflictus propter demerita sua. Et ideo Job uolēs excludere falsā impositionē suoz aduersarioz suā iustitiā cōmendabat intantū q̄ petebat disputare cū deo. quod alijs uidebitur redundare in derogationē diuine iustitie. Circa quod notare debes q̄ si cōtingat cōtentio inter duos equales. nō est rephensibile si alter eoz a culpa se expurget. etiāz si ex hoc alter culpabilis in hoīm opinione uideatur. quia hō plus se diligit naturaliter quaz aliū. Sed cū inter deū 7 hoīez sit distinctio infinita i qua cūqz p̄fectōe. potius debet hō pati. ut in se culpa iniuste referatur. quā q̄ in deo putetur esse iniustitia. Domi ad arguendū Job de cōmendatōe indiscreta sue iustitie. proposit excellentiā dei sup hoīes. que quidē excellentia in uerbis p̄dictis manifestatur. Vnde auctoritas illa (quā allegas. nūquid irritū facies iudiciū meū) intelligatur sic. q. d. nūquid sic iustitiā tuā cōmedas. ut irritū. i. nō rectū facies uideri.

1. d.

2. d.

9. ca.

11. le morale q̄dez

b ;

¶ 10

iudiciū meū. sic enī cōmendat iustitiā meā q̄ ego apud alios uidear cōdemnabilis. 7 hoc ē quod dicit. Condemnabis me. ut tu iustificeris. Vnde ex v̄bis supradictis dei ad ipsum Job manifestū est q̄ nō rephendit euz de hoc q̄ pro uideā dei negabat circa hoīes. ut Rab. Moī. erronee estimauit. s; solū de hoc q̄ se iustificabat indiscrete. intantū q̄ hoc posset referri in derogationē diuine iustitie. de qua incauta locutōe seu iustificatōe indiscreta Job penituit. Vñ postquā rephensionē domini audiuit in fine concludit. Idcirco me rephendo 7 ago p̄nāz in fauilla 7 cinere.

.1. n̄  
.2. a

**C**apitulū septimū in quo ostenditur q̄ ex hoc q̄ Job natiuitatē suā 7 cōceptionē suā 7 hmōi maledixisset. 7 etiam uitā propriā dicebat se abhorrere. nō derogatur p̄fectioni ipsius Job seu ipsius uirtuose patientie. nam talia s̄m p̄tē inferioris rōis dici intelligenda sūt. nō autē s̄m partē superioris rationis.

### Discipulus

**S**i Job (prout tu doces) tate p̄fectōis erat q̄ etiā si flagellatō ei inflicta a deo usq; ad mortē iclusiue attingeret. adhuc in ipso remaneret uera spes in deo. prout uerba p̄ te supra allegata sonare uidentur cum dicit. 7 si occiderit me in ipso sperabo Job. xij. quō ergo uir tante p̄fectōis p̄ amissionē rerū tempaliuz; et etiā p̄ afflictōez corpis sui in tantā incideret tristitiā seu anxietatē. ut cōceptionē suā 7 natiuitatē malediceret. 7 etiā uitā propriā abhorreret. que quidē p̄tinēt ad uite p̄fectōez seu ad uirū p̄fectū. in quo spes future uite cōsistit. Secundū enī doctrinā apostoli. Non sūt cōdigne passionēs huius seculi ad futuram uitam que reuelabitur in nobis. Inconueniēs igitur est q̄ uir iustus non ex peccatis propriis sed ad meritū sui augmentū flagellabatur sicut erat Job. prout ex supradictis patet. q̄ uitā sic abhorreret. ut appeteret nūquā fuisse sub hac luce. quod tamē Job appetebat. ut p̄ in. iij. cap.

Job. 13

.Aplh.

.Job. 3.

### Magister

**S**ed ex hoc q̄ Job suā cōceptōez 7 natiuitatē 7 hmōi maledicebat ex quib; odibilē uitā suā demōstrabat. nō sequitur aliquid p̄fectōi sue repugnās. Christus enī qui sup oēs sanctos p̄fec-

.ex. 17.

4. di.

7. ca.

et de uita humane attingit) legitur de morte sua futura tri-  
stari. dixit. Tristis est anima mea usque ad mortem. (Math. xxvi.)

Cuius ratio est. Nam ratio inferior humana, que sensitiuam  
partem sequitur, que quidem sensitua, nichil ad finem refert, ta-  
lis ratio abhorret illud, quod sensui repugnat, Ratio uero su-  
perior est illa, que secundum partem sensitiuam odibilia sunt, si tamen  
referatur ad finem bonum, talia acceptat, ut bona, sicut patet  
de portione amara, que licet secundum sensum horrida est et odiosa,  
cum autem refertur ad sanitatem consequendam, est secundum rationem  
ualde accepta, Unde Christus dispositio, in die passionis circa inimi-  
centem passionem ostendens tristitiam suam de passione declarauit.

quam quidem passionem secundum rationem superiorem semper acceptauit, simili-  
ter modo dicendum est de Job, quod licet flagella sua et afflictiones pa-  
tienter sustinebat, reddens pro eis deo gratias, unde postquam ei  
omnia aduersa aduenerunt, dicit, Dominus dedit, dominus ab-  
stulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini bene-  
dictum, nichilominus tamen secundum dispositionem sensitive partis, quam  
ratio inferior sequitur, ualde uolebat et anxietabatur de hominum  
aduersitatibus, ad quam dispositio ostendenda dicebat, Pere-  
at dies in qua natus sum, etc. ostendendo, quod secundum hominum dispositi-

onem, uita sua erat odibilis et onerosa, Unde uerba Job in hoc  
loco non sunt intelligenda, tamquam uerba impatientis, sed tamquam  
hominis passiones suas sensitivas exprimentis, et secundum eas de se lo-  
quens, sicut etiam et Hieremias, qui sanctificatus in utero legi-  
tur fuisse Jere., nichilominus tamen supuenientibus sibi tribu-  
lationibus, seu persecutionibus magnis, maledixit, non solum diei  
natiuitatis, sed etiam uiro ueniantis patri suo natiuitate sua  
Jere., xx. ut ostenderet se esse in tantis miserijs, quod uita sua secundum  
inferiorem rationem, quam homines ut plurimum sequuntur, odibilis erat  
et onerosa.

Et nota, quod si sit hoc hec expositio, nihilominus in uerbo expositio bene generaliter  
sup hoc passu de eadem in uerbo moraliter uidet.

**Discipulus**

De Christo tristitia ostendente imminente temporis passione, nemo ratio-  
nabiliter dubitare posset, quin hoc esset secundum sensitiuam partem  
humanam, quam ad ostendendum humanitatis ueritatem fieri oport-  
tebat, Christus tamen magna signa ostendit, in quibus manifesta-  
batur, quod ipse passionem suam acceptabat, ut cum eam futuram sepi-  
sime suis discipulis predixit, et crucifigentibus occurrit, et disci-  
pulum increpauit dicens, Calicem quem dedit michi pater non ui-

26.

Ex accomodu

1. a.

2. at

ad apo

ad apo

||

if

Coz q

1. ex. i. hic. ap. hie. 1.

hic. 20.

in uerbo expositio bene generaliter uidet.

Job. 18.

h 4

.hie. 20

ut biba illu Job. xviii, Jere. etia (ut onderet q dba illa in quibus maledicebat uiru qui sua natiuitate denutiavit. n fm ronez superiore dicebatur) eisdem uerbis inmediate ante p misit. Tantate domino. Laudate dnm. quia liberauit aiaz paupis de manu maloz, in quibus uerbis satis ostendebat q ad laude 7 honore dei aduersitates suas (cu cantu 7 gaudio referebat. quod intelligendu e fm ronez superiore, sed de Job qui simpliciter maledicebat natiuitate 7 uitae 7 hmoi scire uellem si ex dictis suis seu ex historia propria ostedi posset q hoc no fm superiore ronez ab eo dicebatur

**Magister**

**Q**uod autem Job tribularões seu plagas suas fm cõsiderati onẽ superioris ptis anime (que ronez sequitur) patieter sustinisset satis hetur ex dictis. nam post oia aduersa que ei aduenert) uxori eũ subuerrere uolenti dixit. Si bona suscepim? de manu domini mala autẽ quare nõ sustineam? Ex quo patet q fm ipsũ equanimiter suscipienda sunt hmoi bona 7 mala que a deo datur seu infliguntur. unde oibus aduersita

.Coz.

.f.

tibus susceptis in benedictione dei oia terminauit dicens.

Sit nome domini benedictũ. Et ideo antequã dispositionez inferioris rois sue sensitua partẽ sequentis expõssisset. notã ter p mittitur in lra. Post hec aperuit Job os suũ 7 maledixit diei sue. q. d. Postquã Job ex plagis 7 anxietatibz sibi illatis deũ benedixit. quod intelligendu est fm ronez superiore: postea maledixit diei. 7c. ad ondendu inferioris ratiois dispositione. Unde ex prima benedictõe. s. dei 7 sequenti maledictõe natiuitatis 7 cõceptõis. 7c. satis habetur distinctio supradicta. Item ex historia Job in hmoi temptatõe satis innuitur propositũ. Nam ut ait mgf in secũda dis.

.Coz.

.Coz. 7. 2. f. 7. az. di. 2.

P

iii. talis nũc in hoie temptatõis ordo est 7 progressus. qualis tunc in primis pcessit pentibus. Ut eni serpes tũc mulieri malũ suavit. ipsaqz consensit. deinde uiro suo dedit. 7 sic cõsumatũ est peccatũ. ita 7 nunc in nobis pro serpente est sensualitas, motus anime pro muliere. inferior portio rois. pro uiro superior rois portio. hec ille. Attende igitur diligẽter q in temptatõe parentũ (in qua cõsumatũ est peccatum) per serpentẽ / mulier, 7 p mulierem uir. prolapsi sunt. 7 sic peccatũ pfecte consumatũ p lapsũ uiri. qui superiore ratõem

.Ad. ppõ.

.f.

.nle

f. 8. ca.

4. di

designat, non sic in temptatōe ipsius Job. In temptatōe. 7. Job mulier psuasa fuit a serpēte seu a sathana temptante. intantū q̄ uiro dixit ipsum intendens a rectitudine decli-  
 nare. adhuc retines innocentia tua. 7c. Job. ij. sed uir mu-  
 lierem exprobrauit dicens ei. quasi una de stultis mulieri-  
 bus locuta es: si bona suscepimus. 7c. Ex qua historia temp-  
 tatōis Job. uir. s. supior rō nō consensit in peccato. l3 muli-  
 eris p̄ quā inferior rō intelligitur consensisset. quē quidē muli-  
 eris cōsensū Job in sua p̄ria propositōe exprimere uolēs di-  
 cit. pereat dies. 7c. quod exponendū est de motu inferioris  
 ptis rōis. ut supra dictū ē. nō s̄t superioris. Et circa hoc con-  
 sidera q̄ licet omnia (que erāt ipsius Job p̄ter animā) deus  
 dedit in manu ipsius sathan. ut patet in. ij. cap. per quam  
 ptatem pmissiuā sathan 7 oīa ipsius Job destruēda proces-  
 sit usqz ad filios 7 filias 7 etiā corpus propriū. ut in histo-  
 ria patet. nō tamē sathan nocere mulieri legitur. retinuit  
 enī eam illesā. ut esset instrumentū ad seducendū uirū. s.  
 Job. quod quidē instrumentū exptus fuerat fuisse sufficiēs  
 in subuersione Ade. ut patet Gen. iij. sed in hac temptatōe  
 Job sathan hoc nō potuit obtinere. etiā per dictū instrumē-  
 tū. s. p̄ mulierē. eo q̄ rō supior (que p̄ uirū designatur) semp  
 remansit illesa. 7 sic p̄dicta expositio nō solū ex v̄bis Job.  
 sed etiā ex ipso intellectu ipsius historie confirmatur.

Job. 2.

Job. 2.

Job. 3.

¶ Capitulum octauū in quo ponitur quedā obiectio cōtra ea  
 que dicta sunt in p̄cedēti cap. 7 ibidē soluitur.

### Discipulus

¶ Si p̄dicta uerba Job in maledictōe diei<sup>1</sup> natiuitatis<sup>2</sup> 7 hu-  
 iusmodi solū intelligūtur (prout tu exponis) s. q̄ fuerit octā  
 tantū modo s̄m inferioris ptis rōez. non autē s̄m supiores.  
 incōueniens uidetur q̄ amici Job (cū essent sapientes 7 l̄ra-  
 ti uiri) contradixissent ipsi Job talī mō loquenti. debuissent  
 enī scire passioēs afflictiuas trustabiles esse simpliciter s̄m  
 sensitiuam partem. Vnde secundū hoc tota disputatio con-  
 tra Job uidetur procedere in equiuoco. Nam amici Job nō  
 tuntur ofēdere q̄ ipse ex impatientia (tamquā loquens ex er-  
 ronea rōne) blasphemiaz incurrisset. quod tamē Job (s̄m te)  
 hoc loqueretur ex solo motu inferioris rōis.

## Magister

Sancti Thome de Job.

Disputatio.

hesis.

r. ly.

1. l. long. 2. m. s. seu Disputatio.

Expositio mea supradicta est sancti Thome sup Job contra quā Nicolaus in postilla arguit opponēdo p̄dictā tuam obiectionē. que quidē obiectio si bene consideras non uidetur ualere. Nam Job et amici eius principaliter disputabant circa hoc quod Job credebatur se esse flagellatum sine culpa. amici uero estimabāt false quod nulla alia uita esset nisi p̄sens. Consequēter habebāt asserere quod nullus patitur penā in hac uita nisi propter peccatū propriū. Unde oportebat eos dicere quod Job erat flagellatus in penam sui et suorum. ut patet ex processu huius disputatiōis. unde eorum disputatio non erat in equiuoco. ut obiectio tua ponit que est postillatoris. sed de directo huiusmodi disputantes sibi inuicē contradicebāt. Disputabāt. n. sub hoc titulo questionis. scilicet utrum Job fuisset iustus tempore sue flagellatiōis an non. In qua questione Job tenebat partē affirmatiuā. aduersarius uero negatiuā. Utrum autē Job exprimeret uitā suā esse odibilem per partem sensitiuam (prout mea expositio que sancti Thome est) ponit an essent dicta secundum superiorem rationem hoc non est de principali materia questionis. unde nec amici de hoc curabāt. sed solū impugnādo iustitiā ipsius Job.

## Discipulus

Elypham.

Indica michi unde habebāt amici Job quod ipse credebatur se esse iustum. ut hoc intenderent principaliter impugnare prout tu dicis. Non enim uideo Job hoc dixisse seu asseruisse antequā Elypham (qui primus fuit inter impugnatores) loqueretur. Unde uidetur quod titulus questionis principalis huius disputatiōis non fuisset circa iustitiā ipsius Job prout tu dicis.


## Magister

52.

7. r. d.

Job. 2.

10. 2.



Quod Job crederet se ipsum sine culpa fuisse flagellatum potuerūt amici sui percipere. tum ex eorum cōuersatione cum ipso antiqua. Isti enim tres uiri qui ad consolandū eum uenerant unusquisque de loco suo. ut habetur Job. ii. presumendum est quod erāt noti ipsi Job. et sciebant uitam et cōuersationem suam. Tum quia ex hijs uerbis (que Job dixerat) Si bona suscepimus de manu domini mala autem quare non sustineamus. posset intelligi quod si bona frequēter dātur a deo



f. 9. ca. 9. di.

sine meritis: ita et mala penalia darentur a deo sine culpa.  
 Equaliter enim dicebat bona et mala a deo dari, tum quia ex hoc tam ardeenter procedebat in maledictionem sue natiuitatis et homini rationabiliter presumebatur. quod Job credebat se esse flagellatum sine culpa, qui enim ex culpa propria punitur: non tantum procedit in querulosas proclamações, tum quia Job in prima sua responsione. cap. iij. dixerat de se. *Uiro cuius abscōdita est uia.* quod uerisimiliter intelligebatur. eo quod ipse se incedere credebat per uiam iustitie prout erat uerum, et tamen cōtingebat illi miserie magne. sicut impijs sepe cōtingit, et sic eius uia erat ei abscōdita, unde ex p̄dictis amici percipientes quod Job crederet seipsū sine culpa esse flagellatum: processerunt ad impugnaciones sue iustitie quilibet secundum modum suum. quod patet in processu disputationis eorum. in quo quilibet eorum conabatur impugnare iustitiam secundum modum propriū cuiuslibet eorum.

Job. 3.

Coz.

**Capitulum nonū in quo declaratur cōueniētia amicorū Job in ipsius impugnacione et distinctio eorū inter se.**

**Discipulus**

Video quod isti tres cōiter conabatur impugnare iustitiā ipsius Job. sed nō uideo aliquā distinctōem inter impugnaciones eorū. sicut quilibet teneat propriū modum in homini impugnacione. et de hoc peto a te aliā declaracionem.

Peti.

**Magister**

Sicut iam tibi dixerā: isti tres de secta sūt saduceorū ponentium totū premiū iustorū et penā impiorū in hac uita tantum. et ideo omnes ueniūt in impugnacione iustitie ipsius Job. erronee estimantes quod nō possit aliter diuina iustitia saluari. quod oportebat eos dicere secundum falsū p̄suppositū suū supradictū. In hac tamen impugnacione quilibet eorū triū inuenit primo unū modum ad saluandū iustitiā diuinā. quādo contingit quod aliquis qui secundum famā cōmunē est iustus punitur. quod potest diligenter eorū dicta scrutari. Eliphā enim qui primo locutus est iustitiā ipsius Job impugnauit. imponēdo ei publicas iniquitates seu iniustitias. Unde in prima ipsius propositōe dicit. *Re cordare (obsecro) quis umquā innocens perit. aut quando recti deleti sūt.* Job. iij. Ex quo patet quod secundum eū ex quo Job

1. Cōue.

2. Diss.

10. Eliphā

Coz. Job. 4.

Coz.

f. Eliphā.

Elyphas . Job . 22 .

Baldach .

Dez . Job . 8 .

Sathan .

Sophat .

sic affugebatur / sequebatur q̄ nō erat innocens nec rectus  
 Et infra ipse Eliphas cap. xxij. dicebat ipsi Job. Nōne prop-  
 ter malitiā tuā 7 infinitas iniquitates tuas: abstulisti enī  
 pign<sup>9</sup> fratruū tuoz sine causa 7 nudos spoliasti uestibz. 7c.  
 ubi multa publica peccata attribuit ei ad crudelitatem et  
 auaritiā p̄tinētia. Baldach uero iustitiā Job impugnabat  
 nō sic opponēdo ei publicas malitias sed occultas. sic q̄ s̄m  
 eū licet opa Job exteriora bona apparerēt / quia tamē occul-  
te nō rectā sed puerisā h̄ret intentionē. Idcirco ei ctingebāt  
 mala. unde in. viij. cap. Baldach imponebat ipsi Job uī-  
tuū ipocrisis dicens sic. Uie hominū (qui obliuiscuntur deuz)  
 7 spes ipocrite / pibit. Arguebāt enī in ipso ex aduersitatibz  
 sibi eueniētibus. licet exteriora sua opa fuissent bona. unde  
 ad p̄dicta uerba sic p̄misit. Nūquid uirescere potest stirps  
absqz humore. q̄. d. ex hoc q̄ tu nō uirescis. sequitur q̄ non  
 habes humore intrinsecus. quod intelligitur de huōre cari-  
 tatis per quē hō s̄m ueritatē uirescit in uirtutibz. s̄m Bal-  
 dach in bonis t̄palibus. que s̄m eū sunt p̄mia uirtutis. et  
 quia hijs t̄palibus bonis manifeste carebat Job. idcirco cō-  
 cludebat ipsum esse ipocritā. 7 in hoc Baldach cōcordabat  
 cū sathan. Cum enī dñs dixisset sathan de Job q̄ erat sim-  
 plex. 7 rect<sup>9</sup>. 7 timēs deū. 7c. Sathan respōdit. Nūquid fru-  
stra Job timet deū. 7c. q̄. d. omnia bona que Job facit non  
 procedūt ex recta intentōe. sed solū ut bona t̄palia ei cōser-  
 ues. Sophat autē 7 si non attribuebat Job aliqua publica  
 peccata. nec etiā ipocrisim. impugnabat attamē iustitiam  
 ipsius Job / ex profunditate diuine sapie s̄m quā deus mū-  
 dū gubernat. dicens. Utinā deus loqueretur tecū 7 apiret la-  
bia sua tibi. 7 ostēderet tibi secreta sapie: 7 intelligeres q̄  
multo minora patiaris ab eo quā meretur iniquitas tua.  
 q̄. d. licet ego nescirē ondere tibi peccata tua publica seu oc-  
 culta. nec forte tu ipsa scis. nichilominus tamē si deus tecū  
 loq̄retur / onderet tibi secreta sapie sue. 7 intelligeres q̄ m̄-  
 to minora exigaris ab eo quā meretur iniquitas tua. hoc ē  
 dicere q̄ te punit citra condignū,

h. uerm. m. a. 1908.

**Discipulus**

**H**ec distinctio quā ponis inter impugnatōnes quas amici  
 Job cōtra eū opposuerūt: licet sit rōnabilis 7 in uictis eoz

fundata: nō tamē sic uidetur p̄cisa q̄ impugnatō uni nō  
 t̄agatur p̄ aliū. P̄pocrisis. n̄ quā Baldach impoīit ipsi Job.  
 etiā Eliphā similiter facit. qui in. xv. cap. dicebat Job. Tō Job. 19.  
 gregatio ipocrite sterilis. ubi notās eū de ipocrisi causam  
 sterilitatis seu pditōis bonoz suoz ipocrisi attribuebat.  
 Sophat etiā ipsi Job dicebat. xx. cap. Hoc scio a principio  
 ex quo positus ē homo sup terrā. q̄ laus impiorū breuis sit. Job. 20.  
 et gaudiū ipocrite ad instar puncti. Ex quo patet q̄ ip̄e im  
 ponebat Job peccatū ipocrisis s̄m q̄ dicebat prospitates su  
 as fuisse momētaneas seu cito transitorias. Ex quibus et a  
 lyaque in dictis amicorū Job possunt inueniri uidetur q̄  
 distinctio tua nō sit p̄cisa ut dictū est.

· Baldach  
 · Elypham

· Sophat

· Magister

· So · Concedo tibi q̄ distinctio tua supradicta de impugnatōni/  
 bus amicorū Job cōtra eū. nō est sic p̄cisa ut unusquisqz so/  
 tiorū ponat impugnatōez suā tantū. et nūquā t̄agat impug/  
 natōez alterius. sed cōsideranda est p̄dicta distinctio sic. ut  
 unus sotiorū quandā primo inuenit impugnatōez. et deinde  
 alij illā eandē inter sua q̄nqz reputāt. ut puta q̄ Eliphā  
 primo impugnavit Job de publica iniustitia et impietate  
 non autē de ipocrisi. similiter et Baldach primo impugna  
 uit eū de ipocrisi. nō autē de publica iniustitia. Consequen/  
 ter Sophar primo impugnavit eū per inscrutabilitatē vi/  
 uine sapie. s̄m quaz credendū esset q̄ minus puniebatur a  
 deo quā peccata sua exigerēt. s; ex hoc nō excluditur. q̄ qui  
 libet eoz obiectōez alterius in suis dictis interponeret. q̄n/  
 qz tāquā uerū. Sicut cū in disputatōibz cōtingit. q̄ opponē/  
 tes diuersis uis impugnēt respondētes. et tamē ipsi inuicēz  
 in oībus impugnatōibz cōcordēt. p̄sertim in hoc libro. in  
 quo nō solū poetice. sed etiā metricē ut dictū est proceditur  
 et sic una sn̄a pluries repetitur et sepe replicatur tam pro/  
 pria quā aliena. Unde si scrutatus fueris uerba Job in ul/  
 timo respōsiois sue loco. s. cap. xxvij. et in sequēti. s. xxviii.  
 manifeste reperies q̄ ad tres impugnatōes p̄dictas dirigit  
 defensionē suā. In eodē enī cap. p̄dictis impugnatōibz per  
 ordinē cōtradicit. unde postquā oēs simul falsificat dicēs.  
 Absit a me ut iustos uos esse iudicē. Consequēter cōtra im/  
 pugnationē primo p̄ Eliphā inuentā dicit. Iustitiā meā

ex<sup>m</sup>

Job 27. et  
28.

Coz<sup>m</sup>

et cōtra Eliphā

(quā cepi tenere) nō deserā. 7c. sit (sicut impius) inimic⁹ me⁹  
7 aduersarius me⁹ quasi iniquus. Ille enī cuius exteriora  
bona sunt iustificat Job. omnes sui inimici dicūtur impij  
rāquā impugnātes publicā iustitiā. Consequēter cōtra im/  
pugnatoēz Baldach dicit que est spes ipocrite. 7c. q. d. Nō

.2. cōt baldach

debetis michi imponere uitiū ipocrisis. scio enī q ipocrita  
nō potest hēre uerā spem que ex meritis 7 grā hētur. q autē  
ipocrita nō habeat ex meritis spem declarat. cū subdit. Cū  
auare rapiat. 7c. q autē ex grā nō debeat spectare declarat  
uicēs. Nūquid clamorē eius exaudiet deus. 7c. Et ut Job  
suis aduersarijs oñderet q erat immunis a p̄dictis duobus  
uitijs. s. publicis 7 occultis que sibi imponebantur subdit.

.Job.

.1. Ecce uos omnes nostis 7 quid sine causa loquimī. nouerāt  
enī eius aduersarij (quibus cōuersatio sua nota erat) q nul/  
la peccata exteriora habuisset. similiter nec interiora. quia

ro. necesse est ut per diuturnā cōuersatōēz p exteriora opa cog/  
noscat̄ur. Vnde saluator cap. de ipocritis dicit. Ex operib⁹  
eorū cognoscetis eos. 7 ideo suos aduersarios inuocat in te/  
stes circa p̄dicta cū dicit. Ecce uos oēs nostis 7 quid sine cā/  
uā loquimī. Ad tertiā uero obiēctōēz per quā uitam suā  
impugnabāt ex inscrutabilitate diuine sapie. sm quaz hō  
debet credere q deus iuste punit. licet causa punitōis in ac/  
tibus humanis ab hoībus nō inueniatur. Ad hoc respōdet  
cōiter in p̄dicto cap. s. xxviii. primo oñdendo excellentiam

Saluator.

.3. Sophat

.Job. 28.

.1. sapie. que intelligēda est diuina. que incōpabiliter transcē/  
dit in p̄ciositate oīa p̄ciosa dicens. Nescit hō precīū eius. 7c

.2. Secundo oñdit occultatōēz eius. cū dicit. Abscondita ē ab  
oculis omniū uiuentiū. 7c. Tertio dicit q solus deus cogno/  
scit eā dicens. Deus intelligit uia eius 7 ipse nouit locū illi/  
us. Quarto dicit q deus qui illā scit seu cognoscit uia ei⁹  
docuit hoīez que sit illa sapia. prout ad gubernatōēz reruz  
humanaz p̄tinet. 7 de hoc dicit. uidit illā 7 enarrauit. 7c.  
7 sequitur. Et dixit homini. ecce timor domini ipsa ē sapi/  
entia. 7 recedere a malo intelligentia. Ex quibus colligitur  
sufficiens respōsio Job ad tertiā obiēctōēz supradictam  
que ex magna profunditate seu sapia dei in gubernatione  
humana procedebat. que quidē respōsio in hoc consistit.

.Cor.

ro. Posito enī (prout uerū est) q diuina sapia excellit cunctas  
res in p̄ciositate prout in primo p̄supposito. Secūdo poīto

4. di.  
F. 10. ca.

q̄ si illa diuina sapia sit abscondita ab oibus creaturis prout in secundo p̄supposito. etia q̄ solus deus intelligit uiam eius prout in tertio p̄supposito. Posito etia q̄ deus reuelauit homini q̄ timor dei est ipsa sapia. s. quantū ad res humanas gubernādas. similiter et recedere a malo sit intelligentia. Consequēter hētur q̄ nō obstāte inscrutabilitate seu profunditate diuine sapie quantū ad se. cum hoc tamē stat q̄ in rebus humanis gubernādis timor domini ipse est sapia. et recedere a malo intelligentia. prout patet ex diuina reuelatōe p̄ ipsum Job allegata. Cū autē de Job testatur scriptura q̄ erat timēs deū et recedēs a malo Job. 1. Sequitur ulterius q̄ nō obstāte inscrutabilitate diuine sapie iudicāndus erat rectus. et sic nō erat puniēdus p̄ demerita sua. Ex quibus omnibus diligenter cōsideratis habes opinionē ipsius Job (que uera est et catholica) s. q̄ premiū iustorū pene impiorū principaliter in alia uita cōsistūt. nō in uita p̄nti. et sic nō sequitur q̄ si aliquis in hac uita punitur q̄ sit iniustus. sicut si aliquis in hac uita prosperatur. nō ex hoc sequitur q̄ sit iustus. prout amici Job false opinabātur. Vñ Rab. moi (qui sniaz Job (tāquā heretica) cōdēpnauit parte et cap. supradictis) manifeste in hoc errauit. Habes etia ex hoc opiniones amicorū eius qui de secta saduceorū (ut dictū est) erant. Vnde simul cōueniebant in hoc q̄ totū premium iustorū et pena impiorū in p̄nti uita erat. non in alia. quaz nō credebant. Ex quo firmiter estimabāt cōcludere q̄ nullus in hac uita puniebatur nisi propter demerita. quod est falsuz. ut patet in historia ipsius Job. de quo scriptura testatur q̄ erat simplex et rectus. et tamē fuit grauitē punitus nullis suis demeritis p̄cedētibus. Ex quo patet error Rab. moi. qui opinionem Eliphaz approbauit. ut patet ubi supra. Qualiter autem opiniones predictorū triū distingui intelligātur habes supra.

Job. 1.

Coz.

9. catholica. q.

Coz. 3. Rab moi.

Coz.

9.

**C**apitulū decimū in quo exponitur opinio Helui que fuit erronea. et a deo cōdēpnata contra hebreos qui asserūt q̄ Helui uictoriā obtinuit de ipso Job.

**Discipulus**

**C**itet ea que dicis circa disputationem Job et sociorū eius

. Job. 22.  
. 31.  
. 32.  
. 37.

Coz.  
peti.

tenenda uidetur tamquam uera: tamen adhuc occurrit michi in eisdem unum quod uidetur inconsonum supradictis. Video enim quod Helui conuenit cum predictis rebus in condemnatione ipsius Job. quod patet in multis ipsius uictis. et tamen Helui uidetur uictoriam obtinere de ipso Job. quod saltem patet ex hoc. Nam Job silentium uidetur imposuisse tribus sociis qui ad ultimas responsiones eius que a cap. xxvi. usque ad. xxxi. inclusiuè continentur. nichil uoluerunt respondere. Ad dicta tamen Helui que a cap. xxxi. usque ad. xxxvi. inclusiuè continentur nichil uidetur Job respondisse. Ex quo patet quod Helui uicit seu conclusit ipsum Job. Unde et expositores hebreorum (ut Rab. Sa. et Rab. moi. et alii) coiter tenent quod Helui in hac uisceptatione triumphum obtinuit. cum tamen cum alijs tribus conuenisset in ipsius Job condemnationem: ut uictus est. Unde de hoc uolo ut me doceas declarando michi opinionem ipsius Helui et eius distinctionem ab opinionibus aliorum.

**Magister**

**S**o. Circa hoc quod petis scire est. quod sicut tres amici Job (ut dictum est) erant de secta saduceorum futuram uitam negantium. et totum premium iustorum et penam impiorum in hac uita tantum esse ponebant. Unde et Job ex sua flagellatione (ut impium) condemnabant credentes quod nullus in hac uita punitur nisi pro propria peccata seu demerita. ut supra largius dictum est. Sic tenendum est quod Helui erat de secta phariseorum. qui licet aliam uitam concedunt ut patet (Math. xxii. supra allegato) tamen credebant quod nullus in hac uita punitur nisi propter propria demerita. ut Rab. moi. (qui proprie phariseus fuit) in parte 7 cap. allegatis expresse dicit. et est consensus in tal mudistarum. Falsitas tamen huius crudelitatis manifeste patet ex ipsa historia Job. que testatur quod Job nichil mali demeruit. ut sic puniretur. sed solum hoc euenit ei pro modo temptationis. ut ipsa littera manifeste dicit in primis duobus capitulis. Quod autem Helui aliam uitam crederet: habetur ex dictis suis cap. xxxi. ubi dicit. ut reuocet animas eorum a corruptione. scilicet animas penitentium. de quibus ibidem loquitur et subdit. Et illuminet in luce uiuentium. quod ad litteram intelligitur de uita futura. Quod autem Helui crederet nullum in hac uita puniri nisi propter propria peccata: satis patet ex hoc quod ipse condemnauit Job.

. heretici.

. Helui uo. de  
Secta phariseorum.  
. 22.

. hysto. ipsius Job. 1. et 2.

. Job. 32.

eliphaz  
baldach  
Sophat } erat de secta saduceorum hereticorum.

. Helui uo. de secta phariseorum si hereticorum

4. di.  
10. ca.

sicut et alij forij. Et adhuc acruis propter demerita que si-  
 bi imponebat. Et notandum licet opinio helui quantum ad ali-  
 quid magis contineat ueritatem in quantum aliam uitam concedit.  
 tamen est magis inconsona sibi ipsi: in quantum cum dicit quod  
 nullus in hac uita punitur sine proprio peccato. Cum enim  
 punitiones et premia huius uite momentanee sunt respectu eorum  
 que sunt in futura: manifestum est quod licet iusti in hac uita  
 puniantur et mali prosperantur: quod ita possunt recopensari ad  
 plenum in alia uita que est impetuum duratura. Unde crede-  
 tes premia et punitiones in futuro seculo non debent condempnare  
 patientes tribulationes in hac uita. Dicitur enim Ecclesiastes  
 xix. Vniuersa eque eueniunt iusto et impio. quod intelligi-  
 tur ad lram de aduersitatibus et prosperitatibus huius ui-  
 te. Et ideo de helui proprie intelliguntur uerba dei dicentis.  
 Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis Job. xxxv.  
 Inuoluit enim helui sententias in quantum sententias ipsius Job asserentis  
 in alia uita esse uera premia et punitiones: inuoluebat cum sententia  
 aduersarioz ipsum Job condempnatum. que quidem sententia non con-  
 sonat ad inuicem. ut dictum est. Quod autem dicitur de expositori-  
 bus hebreoz asserentibus quod helui obtinuit uictoriam in homini  
 disputatoe: uerum est et rationi consonum. Nam expositores hebreo-  
 rum proprie sunt pharisei sicut et helui ut dictum est. sed asser-  
 tio eorum in uerificatione opinionem helui est falsa. sicut etiam fal-  
 se condempnauerunt Job de heresi. ut iam supra dictum est. Nec  
 ex hoc quod Job non respondit helui. et tamen respondit alijs tri-  
 bus. sumi debet argumentum ad hoc. quod Job fuit conclusus ab  
 ipso helui. posset enim ad hoc triplex ratio assignari. Quam pri-  
 ma est quia si scrutatus fueris dicta helui. manifeste repe-  
 rires quod fuit locutus ex arrogantia. intendendo principaliter  
 uilipensionem ipsius Job. Dicebat enim illi. Tace et docebo te  
 sapientiam xxxiij. et infra xxxiij. dicebat. Job autem stulte  
 locutus es sic in alijs locis. qua ratio Job ipsi helui noluit re-  
 spondere. sequens sapientis consilium Prouerb. xxvj. Ne responde-  
 as stulto iuxta stultitiam suam ne efficiaris ei similis illi. Alijs  
 uero socijs qui non sic ex arrogantia uidebatur loqui Job re-  
 spondit. ut ipsorum error patefieret. sequendo consilium sapientis  
 predicto cap. Responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapi-  
 ens uideatur. Secunda ratio est. nam helui intantum elatus est  
 per superbiam quod correctionem Job non desiderabat. sed eius maiorem

.Coz<sup>m</sup>  
Job. 39.

ruinā appetebat, Unde in. xxxiij. cap. supradicto dicebat helui ipsi deo. Pater mi probetur Job usqz in finē. In quibus uerbis (prout coiter exponuntur) helui petebat a deo q̄ nō desisteret a flagellatōe ipsius Job in p̄nti uita. 7 etiā q̄ in alia uita duceretur ad eternā cōdempnatōez. quod ē ualde inhumanū 7 a magna elatōe procedēs, Unde glo. hic dicit. quia aspiras supbie usqz ad maledicendū se extendit Helui cōtra Job deū p̄catur, 7 ideo talia loquēti non uidetur dignū respondere. Tertia uero rō est. nam uerba helui non solū ex arrogantia sed etiā ex ira processerūt. Ex ira enim helui principaliter fuit prouocat⁹ ad loquendū. ut i. xxxij exp̄sse dicitur 7 ideo laudabiliter Job abstinuit a respōsione ipsius helui: intendēs ire locum dare. iuxta illud Eccle. xij. Ne litiges cum homine linguato. 7 ne struas in igne illius ligna.

.Coz<sup>m</sup>  
glo. 4.

.Coz<sup>m</sup>  
rō. 3.

.Job. 32.

.Ecc. 13.

### Disapulus

**U**ideo q̄ de helui proprie possunt intelligi uerba supra per te allegata. Quis est iste inuoluēs sn̄ias prout tu exponis sed adhuc uellem doceri de hoc quod sequitur, sermonibus inperitis. Intelligere igitur uellem qui fuerūt sermoēs inperiti inter dicta helui. de quibus ista uerba possent uerificari.

.Qo.

### Magister

**S**o. **U**ter uerba helui sermones inperiti reperiūtur. dixit enī helui in cap. xxxij. Omnia hec opatur deus tribus uicibus per singulos. qui ē sermo manifeste inperitus. expoitur. n. ab Heb. coiter q̄ tribus uicibus tantū recipit deus peccatores ad p̄ntiam sed nō amplius. nam si quarto reciduat nō recipitur sed reseruatur ad iehennā, quod ē falsum s̄m cōmunē sn̄iaz sanctorū. 7 etiā s̄m historīā uet. test. Peccauit enī Dauid primo in adulterio Barsabee, secundo in homicidio Urie, tertio in fractōne iuramenti facti Jonathe. quarto in numeratōne populi, 7 s̄m quosdam peccauit in morte sacerdotū Nobe, 7 tamē Dauid cōnumeratur inter sanctos. unde seruus dei post in multis locis sacre scripture uocatur, Unde necesse ē dicere q̄ penituit de oībus, 7 sic p̄dicta uerba helui s̄m expositōez supradictā hebreoz que est inter eos cōmuniōz sunt falsa, fuerūt etiā aliqui eorū

.Job. 33.

.Sermo ip̄ig heluy  
.Impit̄.

.rō. b̄t̄y r̄t̄a  
m̄t̄y

.p̄ dauid  
p̄ccauit

.Coz<sup>m</sup>



q. di.  
f. 11. ca.

Et Rab. moi. gerundensis qui p̄dicta uerba exposuerūt de *hesis*  
 resolutōe aīaz: asserētes q̄ anima unī homīis post eius se-  
 pationē a corpe iterū informat corpus alterius hoīis. quod  
 dicūt ter fieri. quod est inperite dictū. nō solū s̄m uerita-  
 tē fidei. sed etiā s̄m naturalē rōez. ut p̄z intuētī. Et licz pre-  
 dicta uerba ab expositoribus n̄ris intelligātur ad insinuā-  
 dum q̄ deus monet pccōres ad p̄nāz toties quoties iudica-  
 uerit expedire utendo numero trino determinato / pro nu-  
 mero indeterminato. hoc tamē nō sonāt uerba eius s̄m ideo  
 magis sentiendū est expositores hebreoz nō errasse intelli-  
 gendo illa s̄m expositionē hebreoz qui de secta pharisaica  
 erāt. sicut ipse helui. ut dictū est: quā s̄m interpretatōz n̄roz  
 qui uerba sua uoluerūt reducere ad uerū intellectū. Item  
 inperite fuit locutus in cōdempnatōe ipsius Job. asserēs q̄  
 nullus in hac uita flagellatur. nisi propter propriāz culpā.  
 quod ē erronee dictum. ut supra dictū est. Vnde helui tam  
 ex dictis suis principalibus / quam ex circūstantijs eorum  
 phariseus iudicāndus est.

f. 11. ca.  
p̄z in f. 11. ca.  
Coz. interrogatiz

q. d. c. nō.

Coz.

**C**apitulū undecimū in quo ostēditur q̄ sicut tres amici  
 Job erāt de secta saduceoz: sic et helui erat de secta pharise/  
 orū. quibus assimilatur tam in suis opinionibus erroneis:  
 quā in conditōibus suis. *falsis hencis*

### Discipulus

Ex multis posset haberi q̄ sicut tres amici Job erāt de sec/  
 ta saduceoz / ut dictū est: sic helui erat phariseus tā in suis  
 opinionibus quā in conditōibz eius. de opinionibz enī patz  
 p̄ sermones inperitos. de quibus statim supra dictū est. de  
 conditōibus uero patet ex hoc. nam nec Job. nec tres amici  
 sui legūtur genealogisari in hoc libro. sed tam ipse quā illi  
 solū a regioibz suis cognominātur. ut Job de terra hus. E-  
lipham Temanites. Baldach Senithes. Sophar Nhoami  
tes. Helui uero nō solū cognoscatur a regione euz dī. Helui  
 filius Barachiel. similiter et nomē cognatōis cum dicitur  
 de cognatōe Ram. et interpretatur altū. in quo Helui assimi/  
 latur phariseis qui gloriabātur de bonitate parentū suoz.  
 quibus dicebatur. Math. iij. Ne uelitis dicere inter uos pa-  
 trē habemus Abraham. Item pharisei assueuerūt intantū

Job. de terra hus  
 Elipham. Temanites.  
 Baldach. Senites.  
 Sophar. Nhoamites.  
 Helui uo. et p̄z hū.

Luc. 18 . iactare de se q̄ ceteros spernebat. ut patet Luce xviii. cap. de parabola xpi. in qua dicitur. Duo hoies ascenderunt in templum unus phariseus. et alter publicanus. et c. quia arrogantiaz s. pharisaica helui secutus est, qui tam Job quam eius aduersarios spernebat. ut patet ex suis dictis cap. xxxii. et infra. Item helui fuit motus ad loquendum ex passione ire. ut patet cum dicitur cap. xxxii. Iratus est furor helui in Job. et infra. et tres amicos eius iratus est. et c. sup uerbu glo. Vane enim

glo. rō *¶* glorie sectatores cum se hoibus preferunt alios de fatuis sensibus. alios de indignis meritis reprehendunt. Hec in glo. Helui autem Job de fatuitate et blasphemia. et sotios de ignorantia reprehendit. et sic manifeste incidit in errore pharisaico.

Luc. 18. qui deo dicebat. grās ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum. et c. Luc. ubi supra. Item helui assimilatur phariseis in hoc q̄ correptionem Job desiderabat. sed potius pro eius ruina deum impetrabat. Dicebat enim helui. Pater mi probetur Job usq̄ in finem. cap. xxxiii. In quibus uerbis petebat helui a deo q̄ non desisteret a flagellatione ipsius in presenti uita. et etiam in alia usq̄ ad eternam condempnationem. ut dictum est. quod ad magnam et crudelem superbiam pertinet. ut in glo. supra allegata. in quo helui assimilatur phariseis qui in suis orationibus et codicibus alijs nunquam orant pro conversione gentilitatis. sed pro eorum finali destructione. Ex quibus iam dictis habetur q̄ opinio eorum (qui dixerunt q̄ liber Job fuit a Moise scriptus) est uersimilis. Nam sup Pentateucum quem Moises scripsit tres diuersae sententiae insurrexerunt. Prima. s. fidelium aliam uitam concedentium in qua uera sunt premia et punitioes. et in hac uita prospera et aduersa iustis et iniustis eque contingunt. et hec fuit sententia ipsius Job. (Alia uero fuit sententia saduceorum qui nullam uitam nisi presentem concedebant: et prospera et aduersa huius uite iuxta merita et demerita hominum esse asseriebant. Tertia uero sententia phariseorum qui duas supradictas inuoluebant. ut supra dictum est.

Job. 32. *¶* helui a deo q̄ non desisteret a flagellatione ipsius in presenti uita. et etiam in alia usq̄ ad eternam condempnationem. ut dictum est. quod ad magnam et crudelem superbiam pertinet. ut in glo. supra allegata. in quo helui assimilatur phariseis qui in suis orationibus et codicibus alijs nunquam orant pro conversione gentilitatis. sed pro eorum finali destructione. Ex quibus iam dictis habetur q̄ opinio eorum (qui dixerunt q̄ liber Job fuit a Moise scriptus) est uersimilis. Nam sup Pentateucum quem Moises scripsit tres diuersae sententiae insurrexerunt. Prima. s. fidelium aliam uitam concedentium in qua uera sunt premia et punitioes. et in hac uita prospera et aduersa iustis et iniustis eque contingunt. et hec fuit sententia ipsius Job. (Alia uero fuit sententia saduceorum qui nullam uitam nisi presentem concedebant: et prospera et aduersa huius uite iuxta merita et demerita hominum esse asseriebant. Tertia uero sententia phariseorum qui duas supradictas inuoluebant. ut supra dictum est.

*Intitio pharisaica et crudelissima*

*Sententia 3. f.*

**C**apitulum duodecimum in quo ostenditur quid in responsionibus diuinis superaddi intelligitur: quo ad questionem propositam de Job pertinere uideatur.

**Discipulus**

4. di.

f. 12. ca.

Cum Job uerā sniam tenuit in pdictis ut tu asseris. et etiā uerba dei dicta Job approbātis testatur cū dicit. Non fui sicut michi locuti rectū sicut seruus meus. Job ult. Respon- sio igitur diuina uidetur esse quasi supflua. suffecisset enī deum approbasse suā sniaz et reprobasse alias. tā triūm fo- rior quā helui, nec uidetur sufficere. quod quidā exposito- res dicūt. s. q̄ omnia que in responsionibus diuinis. que in xxxviii. et xxxix. cap. cōtinētur tradūtur ad immensitatem diuine potētie et sapie ostendendā ut ex hoc maifestetur q̄ Job indiscrete seu fatue se habuerat incipiēdo disputare cū deo. nam hoc nō uidetur cōueniēter dictū. Illa enī que alte- ra ps disputantiū per se cōcedit nō requiritur ut p̄ aliū sibi probetur. Constat autē q̄ Job concedebat potentiā diui- nā et sapiam esse tante immēsitatis q̄ ab hoibus nō esset cō- prehensibile. Unde in cap. xxvi. postquā Job narrauit mē- ta de mirabilibus a deo factis subdit. Ecce hec ex pte dicta sūt uiarū eius. et cū uix paruā scintillā sermonis eius audi- erimus qui poterit tonitruū magnitudinis ei⁹ intueri. Ex quibus patet q̄ Job profitebatur incōprehensibilitatem et immensitatem diuine sapie et potētie. que in diuinis effecti- bus apparet. Quod ergo requirebatur ut de hoc ulterius aliquid sibi diceretur. Rogo ergo ut michi aliquid ulte- rius circa hoc declares.

## Magister

Ad hoc quod petis amplius intelligendū cōsiderare debes q̄ Job in suis proclamatiōibus instanter a deo petebat ut de- oñderet sibi causā sue flagellatiōis. cū ipse credidisset se esse iustum. Unde Job. x. cap. dicebat. Indica michi cur me ita iudices. Ad quod uidetur Job in multis alijs locis tēdere. deus tamē oñdit sibi in his capitulis q̄ interrogatio sua p̄- dicta esset irrōnabilis. et hoc sic. Constat enī q̄ diuina prou- dentia disposuit omnia creata producēdo ea s̄m mensuraz et modū correspondētē cuiuslibet rei essentie et duratiōi. ut exemplificat primo de terrā. q̄ hītarōi hoī cui loquebatur. est deputata. de quo dicit. Ubi eras qñ ponebā fundamēta terre. et c. q. d. illa que ptinēt ad essentiā terre et eius stabili- tatē fuerūt p̄ meā prouidentia fundata et mensurata. te nō existente. nec etiā nūc horū rōez ad plenum cōprehendente.

Job. ult.

ro.

Job. 38. et 39.

ro

Job. 26.

Coz

peti.

Job. peti ab ipso oīpō deo

Coz Job. 10.

dei. demōstrā. 9.

ex. 1. de terra.

text.

*tex<sup>9</sup>* **S**imiliter quod sequitur. Cū me laudaret astra matutina  
7c. intelligendū ē. q. d. per meā prouidentia dispositum est  
ut a principio creatōnis me laudaret astra matutina 7 fi-  
lij dei iubilaret. cuius prouidentie rōnez tu plene non scis.

*tex<sup>9</sup>* **S**imiliter quod sequitur. quis concludit hostijs mare. 7c.  
7 omnes interrogatōes quas deus ipsi Job p̄pōit in p̄dictis  
capitulis (tā de principalibus ptibz mūdi quā de certis cō-  
ditōibus aliquoz a salū) per hūc modū sūt intelligēde. s. q

**o**mnia illa p̄ diuinā prouidentiaz fuit: taliter q̄ in suo esse  
naturali pseuerāt. de quibus fragilitas humana nō suffice-  
ret p̄ singula reddere rōez. nisi solū q̄ oīa p̄dicta 7 quecūqz  
similia p̄ diuinā prouidentia disposita sunt modo 7 ordine  
debitis. Juxta illud quod dicitur de sapia diuina. Attingit

*Sap. 8* a fine usqz ad finē fortiter 7 disponit omia suauiter. Sap.  
*coz<sup>m</sup>* viii. Ex quo sequitur q̄ indiscretum est ut homo querat a

*frōm̄ p̄tēda*

deo rōz sue prouidentie circa singulares p̄sonas seu act<sup>9</sup> hu-  
manos. prout Job petebat ut dictū est. sed firmiter tenen-  
dū est q̄ si sapia seu prouidentia diuina omnia suauiter dis-  
ponit. licet a nobis ipsius rōes sunt incōprehensibiles. sicut  
etiā circa actus humanos credendū est. s. prouidentia diui-  
nā esse iustā 7 rōnabilē: quāuis a nobis eoz rōes non cōsp̄-  
bendantur. Juxta illud apostoli. O altitudo diuitiaz sapi-  
entie 7 sciētie dei. quā incōprehensibilia sunt iudicia eius 7  
inuestigabiles uie eius. Vnde in responsione diuina cōclu-  
ditur quoddā propriū 7 principale circa materia proposi-  
te q̄stionis in libro Job. s. q̄ circa actus humanos nō semp  
ē cā p̄ticularis q̄renda. eo mō quo Job uidebatur petere.

*Coz<sup>m</sup> q*

**C**apitulū tredecimū. in quo onditur q̄ ex malis tempali-  
bus (que homibus eueniūt). non semp concludi posset eorum  
malitia. *B. alq̄ et sepe.*

*2<sup>o</sup> sūt intelli. d. auct<sup>9</sup> duoz q̄  
aug<sup>9</sup> 7 d. ci.  
s. Mala. q̄ huiusmōdo adueniūt. q̄ q̄  
peccata nra meruerē.*

### Discipulus

*13.*  
*Ex Deut. 31.* **S**i circa huiusmodi materiaz scripturas sacras scrutemur.  
manifeste reperitur q̄ ex hoc q̄ mala temporalia alicui eueni-  
unt. sumitur argumētū efficac. q̄ ille cui talia eueniūt est  
a deo elongatus seu derelictus. Legitur enim Deut. xxx. de  
populo Israhelico q̄ ex malis que ei euenisset debuisz ar-  
guere seu intelligere q̄ deus nō erat in eo seu cū eo. Vnde de

f. 13. ca.

q. di.

.deut. 31.

.ibid. 32.

eo ibidē dicitur. Ita ut dicat in illa die. uere quia non ē de<sup>o</sup> mecum inuenerūt me hec mala. Similiter 7 ibidez in. xxxij. cap. deus redarguēs illos qui ex malis temporalibus sibi euenientibus, intelligebāt hoc uenisse ex punitōe diuine iusticie sicut dicit. Utinā sapent. 7 intelligerent. 7c. 7 sequitur. Quō psequēbatur un<sup>o</sup> mille 7 duo fugarūt decē milia: nisi quia deus uendidit eos 7 dominus cōclusit illos. Ex quibus 7 multis similibus clare habetur q<sup>o</sup> ex malis temporalibus que hoibus infligūtur seu cōtingūt) arguendū est effuacaciter. q<sup>o</sup> hoc prouenit ex dei iustitia puniēre taliū peccata. quod uidetur facere pro opinione trium amicorum Job 7 etiam Helus.

Magister

.distia 50.

in eodem ostenditur. q̄ in hmōi. 7c. ut sup̄.

### Discipulus

¶ Habeo q̄ ipocrisis pharisaica grauissimū peccatū. q̄ prout  
tu doces. sed aliquādo p̄ scrutiniū scripturaz repire posses  
q̄ grauius peccat ille. qui sua peccata publicat. quā ille. qui  
occultat ea ceteris paribus. Vnde legi. q̄ propheta quosdā  
increpabat. eo q̄ peccata sua publicabāt. q̄ nō abscondebāt  
ea. ysa. iij. Et peccatū suū (quasi sodoma) pdicauerunt. nec  
absconderunt. ne anime eorum. quod non uidetur omnīo  
consonare predictis.

### Magister

¶ Sē. Cū quis publicat peccata sua. nō curans ea abscondere. hoc  
coiter cōtingit ex cōtemptu dei. q̄ iudiciorū eius. sp̄aliter  
cū quis credit. q̄ deus nō habet notitiā de istis inferioribz  
iuxta illud psalmi. Uidua q̄ aduenā interfecerūt. q̄ dixit  
non uidebit deus. q̄ hoc manifeste aggrauat peccatū. Sed  
si bene consideras. hoc etiā includebatur in pharisaica ipo-  
crisi. ex hoc enī pharisei ipocrite occultabāt peccata sua ho-  
minibus tantū. quia credebant. q̄ deus non esset inspector  
cordiū. Vnde in auctoritate allegata ysa. xxix. Postquaz  
propheta pdixit culpā ipocritarū dicens. Labijs me hono-  
rāt. cor autē eorū longe est a me. Similiter q̄ penaz excecā  
tōis eorū dicens. Peribit enī sapiā a sapiētibus eius. q̄ in-  
tellectus prudentū eius abscondetur. que quidē pena corre-  
spondet culpe illius ipocrisis. ut supra dictū est. statī ibi  
dem propheta declarat. q̄ hmōi peccatū ipocritarū abscon-  
dentū peccata. procedebat ex hoc. q̄ credebant deū nō cog-  
nouisse abscondita humanarū mentium. Vnde inmediate  
ibidez subdit. Ne qui profundi estis corde. ut a domino ab-  
scondatis consiliū. quoz sunt in tenebris opera. Et cōsequē-

ysa. 29.

ibi

ibi

ibid.

*ibi. f.* *ysa. 29.* ter de eis dicit. Et dicunt quis uidet nos? et quis nouit nos?  
 Et attendendū q̄ negatio diuine notitie seu prouidentie q̄  
 includitur in hijs qui peccata sua simpliciter publicat. et si  
 sit ualde grauis: non tamē tante grauitatis est sicut nega-  
 tio illa. que in ipocrisi p̄sertim pharisaica includitur. In is-  
 ta enī peccata occultatur ab ipocrisis. ut p̄ exteriorē iusti-  
 tiā alios decipiāt. et ad errores inducāt. nō autē in alia. Ex  
 quo patet q̄ in pharisaica ipocrisi includitur negatio diui-  
 ne notitie de humanis grauius quā in sodomis qui peccata  
 sua publicant. et sup̄ hoc in ipocrisi pharisaica adduntur  
 alia nephāda que supra tacta sūt.

### Discipulus

*ysa. 29.* Verba ysaię in auctoritate per te allegata. s. xxix. cap: nō  
 uidetur oīo ad inuicē cōsonare. Dicitur enī ibidē. Et clau-  
 det oculos uros prophetas. et principes uros (qui uidet uisi-  
 ones) operiet. quod tu exponis de cecitate pharisaica. que in  
 penā sue ipocrisis est eis inflicta. quod satis cōuenienter ui-  
 detur esse dictū cū cōtinuatōe ad illud. quod statim de eis  
 sequitur. Populus iste labijs me honorat. et c. in quo decla-  
 ratur eorū ipocrisis. Similiter et statim subdit penā eorū  
 cum dicit. Ideo addaz. ut admiratōz faciā populo huic mi-  
 raculo grandi. et stupendo. peribit enī sapia a sapiētibus ei-  
 us. et c. De quibus statim declaratur unū de principalibus  
 eorū motiuis cum dicit. Ne qui profundi estis. et c. et dicunt  
 quis uidet nos? et quis nouit nos? prout tu cōuenienter ex-  
 posueras. de quo increpat eos propheta dicens. Peruersa ē  
 cogitatio uīa. et c. Sed hoc quod sequitur in līra. Nōne ad-  
 huc in modico et in breui cōuertetur libanus in carmel. et  
 carmel in saltū reputabitur. Laudiet in die illa surdi uer-  
 ba libri et de tenebris et caligine oculi cecoz uidebūt. nō ui-  
 detur bene cōsonare cum hoc quod dictū est. Et claudet o-  
 culos uros. et c. Unde peto q̄ istā prophetiam michi decla-  
 res. que uidetur multū facere ad ipocrisim pharisaicā de-  
 clarandā simul cū eorū pena que fuit mēris excecatio.

### Magister

*So.* Recte iudicasti in hoc quod ysaias in auctoritate allegata  
 pharisaicā ipocrisim cū ipsius pena declarat. s. ad illa uer-  
 ba que ulterius sequitur. quorū petis declaratōez p̄suppo-

. 7. ca. <sup>m</sup>

et . 8. ca. <sup>m</sup>

<sup>f. 7</sup>  
 nere pebes. quia <sup>f. 7</sup> secundum doctrinam Augustini, Deus adeo est bo-  
 nus <sup>f. 7</sup> quod non permitteret mala fieri nisi ex eis bona eliceret. p-  
 misit enim primum angelum peccare. ut inde ruine angelorum re-  
 stitutio per christum gloriosius fieret, unde in proposito ex pha-  
 rusaica excecatione (quam in pena sui ipocrisis nebande incur-  
 rerunt) divina bonitas elicit illuminatoem gentium. qui ha-  
 ctenus erant in hys (quae pertinent ad divina) surdi. et ceci. Unde apo-  
 stolus ad Ro. xj. Cecitas ex parte contingit in israhel donec  
plenitudo gentium intraret. de quo Act. xiiij. Quia indignos  
vos iudicatis eterne vite ecce convertimur ad gentes, quo  
<sup>20</sup> prosupposito sensus litterae quae peritioclare habetur. Nam postquam  
 propheta declaravit cecitatem pharusaicam ut dictum est. statim  
 subiungit de illuminatione gentium quae ex praedicta cecitate pharusaica  
 statim secuta est dicens. Nonne in modico et brevi convertetur  
libanus in carmel. et c. Carmel enim mons sterilis et siccus est.  
<sup>ysa. 29.</sup> Libanus vero mons fructuosus et aromaticus, per hoc figu-  
 rativae intelligens ut gens iudaica in qua coeter consueverat  
 fructus spirituales uigere converteretur in carmel. s. in siccita-  
 tem seu sterilitatem, et contra de gentibus, et ut hanc figuram  
 aperte nobis declararet statim subdit. Et audiet in die il-  
<sup>ibi</sup> la surdi. i. gentiles qui nunquam audierunt divinum uerbum. uer-  
 ba libri. s. legis divinae. et de tenebris et caligine oculi cecorum  
 uidebunt. et est eadem sententia et quia ex ista illuminatione gentium  
 apostoli et discipuli christi fuerunt ualde leti. Idcirco subdit. et  
 addet mites in domino letitiam. quod intelligitur de discipulis  
<sup>t. 7. u.</sup> christi quos ipse docuit. Discite a me quia mitis sum. et humi-  
lis corde Math. xj. Et paupes homines in sancto Israhel exul-  
 tabunt. s. ipsi discipuli quos ipse docuit Math. v. Beati paupe-  
res spiritu. Alia autem ratio letitiae supradictae. s. mitium et paupum  
christi. subdit cum dicit. Quonia defecit qui praeualebat. consumma-  
 tus est illusor. et succensi sunt omnes qui uigilabant super ini-  
 quitatem. et c. quae omnia de cetero phariseorum et scribarum plane intelli-  
 guntur prout coeter exponitur. qui in destructione Iherusalem  
 per Romanos occisi sunt. et dispersi. et in captiuitatem usque in  
 presentem diem deducti.

+ diu  
+ Aug

Ro. u.

Act. 12.

Carmel.

Libanus.

ibi. f. ysa. 29.

11.  
ca.

ibi.  
of. 9.

ibi. f. ysa.

**C**apitulū octauū in quo ostēditur. quod pharisei tripliciter  
 incurrerunt excecationem metis. sicut et triplicem ueritatem per suam  
 nebandam ipocrisim corruerunt, quorum duo in hoc cap. ex-

plicatur. 7 ibidem declaratur uerba ysaie. 7c.

### Discipulus

**A**dhuc uolo q̄ michi declares quedā uerba prophete i hac prophetia cōtenta. s. ubi dī. Ideo ecce addam ut ammiratōe faciā populo huic miraculo grandi 7 stupēdo. 7 pibit sapiētia a sapiētibus eius. 7 intellectus prudentū eius abscondetur. Si enī hec uerba de pharisaica cecitate exponantur. supflūū uideretur. iam enī de ipsis uixerat modicū supra. Et claudet oculos uros prophetas 7 principes uros qui uident uisiones operiet. quod sufficit ad osidendā cecitatē suā; supradictā. querendū ergo uidetur. quid hic additur supra p̄dictā cecitatē cū dicitur. Idcirco ego addā. 7c. in quo uidetur aliquid addere sup p̄dictā excecatoez.

### Magister

**S**i bene scrutatus fueris in hoc loco uerba prophete: reperies ipsa propriissime adaptari pharisaice cecitati. inquantū incurrerūt in penā sui ipocrisis supradictā. ut dictum ē ad cuius declaratōnez scire debes q̄ pharisei ipocrite sicut triplicē ueritatē corrūpebāt seu obfuscabāt: ut supra. vj. cap. sic triplicem incurrerūt excecatoez mentis. Primo. s. circa cognitionē tempis aduentus xpi. 7 diuinitatez eius. 7 modū redēptōis eius 7 hmōi. de quibus prophete fuerunt sufficiēter locuti. 7 tamē ipsi tamquā clausos mētis oculos habētes hoc nescierūt. de quo in prima parte uis. prima 7 in multis sequētibus large pictū est. Et de hac excecatione propheta loquitur cū dicit. Et claudet oculos uros. 7c. usq; ibi. Nescio litteras. de istis enī 7 similibus līrati eorum qñq; p̄tendūt se excusari dicētes. q̄ talia sūt signata seu secreta. simplices uero excusant se dicētes. nescio līras prout supra dictū est. Secundo uero incurrerūt excecatoez circa obseruationē legis mosaice: estimātes q̄ lex mosaica erat p̄petuo duratura. etiā quo ad cerimoialia 7 iudicialia. quod falsum est. ut ptz supra in prima parte uis. viij. Et de hoc dicit propheta. peribit sapiētia a sapiētibus eius. Ad quod sciendū est q̄ hmōi cerimoialia tempe duratōis mosaice legis iudicabantur rōnabiliter apud omēs sapientialia ēē. Vnde Deut. iij. postquā dixit Moyses. Scitis q̄ docuerim uos p̄cepta atq; iustitias sicut p̄cepit michi dñs. 7c. subdit

sup. n. ff. 239. b.

sup. i. p. di. 7. 207

. ysa.

sup. i. p. di. 8.

. deut. 2.

Observabitis et implebitis ope. hec eni uestra sapia et intel-  
lectus coram populis. ut audientes uniuersa precepta hoc dicat.

Eni populus sapiens et intelligens gens magna est. que quidem  
sapia manifestum est quod perijt ab eis post christum. Nam sicut per  
observatores legalium tempore legis a ceteris nationibus iudicabatur  
sapientes: in quantum per hominum observatores regebatur a deo: et  
quam populus peculiaris per miracula et reuelationes propheti-  
cas et hominum. ut patet in processu ueter. test. sic post christi aduen-  
tum et diuulgatione euangelij ipsi: cum hominum legalia fuerunt eua-  
cuata: ab omnibus iudicatur per eorum observatores insipientes et  
stulti tamquam laborantes in hijs que nullius sunt auctori-  
tatis seu utilitatis. quod patet ad sensum. cum hodie omnia illa uer-  
tuntur in uersum apud intelligentes. et de hac ignorantia et  
cecitate propheta dicit. Et peribit sapia a sapientibus. s. sa-  
pientia supradicta. que in legalium observatores consistebat. Itz  
predictum uerbum. peribit sapia a sapientibus. uerificatur de eis  
ex hoc quod illud opus talmudicum eorum cum magnis fatuitatibus  
et absurditatibus permixtis compositum. ut large hetur supra  
ysa. xxxiij. et Zach. ix. in additionibus. uide ibi. de quibus  
s. scribis hominum medacissimam doctrinam componentibus intelli-  
gitur illud Jere. viij. Quod dicitis sapientes sumus et lex do-  
mini nobiscum est. uere opatus est stilus mendax scribarum  
ubi propheta uolens reddere causam tante insanie subdit:  
uerbum domini proiecerunt. et sapia nulla in eis. q. d. Postquam  
uerbum domini. s. filium dei proiecerunt: tantum caruerunt uera  
sapientia: quod ad hominum nephandam doctrinam in scriptis ponē-  
dam modo predicto processerunt. et quia illa. s. contenta in predicto  
ope talmudico nephandissima: sunt tante insanie et fatuita-  
tis: quod merito quilibet sensatus admirari debet. quomodo ta-  
lia ab hominibus auderentur transcribi. ideo de hoc proprie  
intelligitur illud in hac prophetia ysa. contentum. s. ideo  
ecce addam. ut admiratione faciam populo huic miraculo gra-  
di et stupendo. et peribit sapia a sapientibus. q. d. hec predictio sa-  
pientie ad tantam deueniet insaniam: quod in admirationes stupen-  
das uertetur. quod manifeste patet aspicienti predictas  
additiones.

### Discipulus

Verum est quod in codicibus illis talmudicis multa tradun-

ysa. 34.  
zach. 9.  
additiones

hie. 8.

hie. 8.

Coz.

ysa. 34.

tur de deo. que si intelligatur sicut sonat: nō soluz falsa-  
 absurdisima sunt. ut cū dicitur Baratoth q̄ deus ī quali  
 bet nocte sup Iherusalem/7 populū Israhel flēdo dicit. Ve  
 michi/ quia destruxi ciuitatem meam/ 7 cōbussī templum  
 meū/ 7 in captiuitatē populū meū redegi. Similiter dicūt  
 in libro qui dicitur Hulin q̄ deus peccauit in faciēdo q̄ lu-  
 na esset minoris quātitatē quā sol. propter quod peccatū  
 expiāduz deus misit. ut in Israhel fieret sacrificiuz de uno  
 hēdo caprarū. ut peccatū dei supradictū expiaretur. Que  
 quidē 7 multa similia in suis codicibz cōtenta. ipi conātur  
 a falsitate/ seu absurditate excusare sic. dicunt enim q̄ ista  
 intelligi debēt methaphorice fuisse dicta: sicut cum deo in  
 scriptura attribuitur motus. ut cū dicitur Exo. xix. Descē  
 dit deus sup montē Sinai. similiter attribuitur deo ī scrip-  
 turis sacris ira. 7 penitudo. que nullo mō cōpetūt pfectissi-  
 me inmutabilitati diuine. ut manifestū est. sed ista/ 7 simi-  
 lia saluātur. exponendo ea metaphorice fuisse dicta. s. q̄ de  
 us se habet non in se. sed in suis effectibus p modū descēden-  
 tis/ seu irati/ uel penitētis 7 hmōi. Vnde 7 simili mō dicūt  
 q̄ sūt intelligēda vba talmudica supradicta/ 7 similia cū  
 de deo dicūt aliqua/ que nullo mō deo cōpetūt. s. methapho-  
 rice seu similitudinarie. 7 nō aliter. 7 isto mō nitūtur de-  
 fendere multa/ que in p̄dicto ope nephanda talmudico con-  
 tinentur. Precor igitur q̄ michi ostēdas quid circa hoc sit  
 tenendum.

### Magister

Si bñ cōsideras illa/ que de deo in sacris scripturis dicūtur/  
 que licet impfectōez importāt. tamē aliquid bonitatis seu  
 pfectōis includūt. moueri enī nō licet pfectōni diuine. cui⁹  
 esse/ pur⁹ act⁹ ē. nulla potētiā admixta. quod licet deo  
 omnīo nō ptineat. importat tñ actū entis. quod ē aliquid  
 pfectōis. Pm q̄ deo attribuitur. omnes enī pfectiones/ que  
 in creaturis sūt in deo p̄xistunt. seclusa quacūqz impfecti-  
 one/ que in eis includitur. ut in prima pte. q. Ira simi-  
 liter lz in creaturis ē passio qdā/ que deo nō competit. quia  
 tamē qñqz laudabilis est. ut cū mouetur a rōe recta. idcir-  
 co deo attribuitur sub rōe pfectōis quacūqz ipfectōe amo-  
 ta. Sed miserū esse (quod intelligi p illud dictū. Ve michi

thōs? i. p. 9



m  
8. ca

uel peccare: que nō solū nō deo, sed nec beatis cōpetit: nullo  
 mō deo est attribuendū. cū nec etiā idolatre suis dijs falsis  
 talia audēt attribuere. q̄ tñ fatuitas talmudica deo teme/  
 merarie attribuitur. ut dictū ē. Itē trātia debet esse inter  
 modū tradendi prophetarū / et inter modū tradendi eorū.  
 qui uerba prophetica exponūt. Prophete enī quia quādo  
 qz de hijs que supra hoīez sunt eis reuelata loquūtur. qñqz  
 uero / ut hoīes more loquūtur humano. in dictis suis inue/  
 niūtur obscuritates. Vñ sup illud psalmi. Tenebrosa aqua  
 in nubibus aeris. glo. obscura doctrina in dictis propheta/  
 rū. expositores tamē qui dicta prophetaz declarare debēt  
 non obscure sicut prophete. sed aperte. sic ut errorea qui cō/  
 tingere possūt in expositōe propheticarū locutionū uitare  
 studeāt. non autē ut in doctrina errores proponāt. Vnde et  
 talmudici qui expositores sacrarū scripturarū se dicūt. nō  
 methaphoricis locutōibus uti debent. sed methaphoras in  
 scripturis sacris cōtētas recte habēt exponere. cuius oppo/  
 sitū i supradcis et similibz talmudica insania frequēter in/  
 ducit. Et attende q̄ nō solū antiqui talmudici in cognitōe  
 diuinorū sepe errauerūt. sed etiā eorū moderni magni Rab/  
 bini. inter quos p̄cipuus ē Rab. moi. egyptius. quē alteruz  
 Moisen esse dicūt. et qui quasi p̄ uisā pharisaicā et expositōz  
 sacre scripture tendere uidetur. cū hoc tamē in multis er/  
 rauerit. que ad cognitionē p̄tinet diuinorū. ut cū asserit om/  
 nia noīa. que de deo et creaturis dicuntur. esse mere equiuo/  
 ca. Ex quo seq̄retur q̄ nullā de deo haberem<sup>9</sup> uerā notitiā.  
 Similiter cū alios errores in suis codicibus ponit piculo/  
 sos. de quibus supra aliquid ē tactū. Item quia humana p̄/  
 fectio p̄cipue p̄sistit in imitatōe diuine p̄fectōis. iuxta illud  
 Leuit. xi. cap. Sancti estote. quia sanctus suz ego dñs deus  
 uester. Idcirco talia in scripturis attribuūtur deo. i quoz  
 imitatōe qñqz hō meritorie proficit. meretur itaqz hō in/  
 odiēdo impios seu irascēdo cōtra eos propter bonū iusticie  
 iuxta illud. ps. Nonne qui oderūt te domine oderā. et super  
 inimicos tuos tabescebam. Et sic ista et similia in scriptu/  
 ris deo attribuūtur. ut ea hoīes imitētur i bonū. Sed mise/  
 rū esse. uel peccare ad quoz imitatōez nullo mō hoīes indu/  
 cendi sunt. nūquā deo attribui debet.

9.  
12.

10.

11.

12.

Rab. moi. egyptius.

13.

9. ad pp̄m de los melos p̄mo falleros  
onales. 14. de ab. de. 1908.

**Discipulus**

. ysa. 32. et  
. Zach. 9.  
. 5. 23.

**L**icet uerū est q̄ pharisei talmudici in credēdis multa falsissima/7 absurda introduxerūt. prout supra dictū est. 7 in tuis additōibus. s. ysa. xxxiiij. 7 Zach. v. plenius tamē cōtinētur i agendis. Videtur enī q̄ xp̄s eoz doctrinā approbavit. Vnde Math. xxiiij. Super cathedrā Moisi sederūt scribe/7 pharisei quicquid dixerint uobis facite. 7c. Ex quo pz q̄ de hijs q̄ agenda erāt, pharisei 7 scribe nō extortēs s; rctē docebāt. licet ipsū ope nō implerēt.

**Magister**

. 1. a.  
. 2. a.  
f. 1. a.  
f. 2. a.

**V**erbū xp̄i supradictū intelligēdū est de doctrina mosaice legis. quam pharisei nō excedebāt. nec corrumpebāt p eoz traditōes. nō autē de lege talmudica. quā fungūt esse secundam legē Moisi datam. Vnde notāter xp̄us dixit. Sup cathedrā Moisi sederūt pharisei. ut designarēt q̄ loquitur de doctrina in lege mosaica uere contenta. non autem de doctrina falsa 7 ficta. s. talmudica.

**C**apitulū nonū in quo declaratur tertius modus excecatois pharisayce. qui cōsistit in hoc q̄ suas proprias inuentiones 7 assertiones ab eisdem abscondūt.

**Discipulus**

**Petr.**

**H**abeo duos modos excecationis pharisayce p te michi ostēdos. sed quia dixisti q̄ tribus modis incurrerant cecitatez sue mētis: iō peto. ut michi declares tertiu modū.

**Magister**

. So.  
. Joh. u.  
. ysa.

**T**ertio incurrūt mentis cecitatē intantuz. q̄ uerba propria sua 7 suos mētis decepti nō itelligētēs. sue proprie inuētōes ab eis abscondite sūt. Est enī supra in prima pte in multis locis ostensū. q̄ p dicta doctoz suoz ueritas catholica q̄nq; oñditur. quod tñ ipsi. met nō itelligūt. sed sicut de Caipha Joh. xi. legitur q̄ nesciens prophetauit. de quo intelligitur p̄dictū uerbū ysa. s. intelligentia prudentiū abscondetur. q. d. prophete nō solū prophetias antiquas de xp̄o dictas p cecitatē mentis nō intelligent. nec solū sapiāz eorū legalem perdent. sed etiam quod ipsi met intelligunt. abscondetur ab eis. Verbigratia. dicunt q̄ patriarche 7 omnes sancti

9. ca.

ante aduentū messie nō intrabant paradīsū. sed erāt in ei<sup>9</sup> suburbio donec ueniret filius Phares. i. xp̄us filius Dauid. ⁊ propter peccatū Ade. ⁊ tamē cū hoc negāt originale peccatū fuisse. nec esse p̄ xp̄m seu messiam expiandū. Et iter multa que ipsi asseruerūt uera ⁊ salubria: que tamen ipsi met nō intellexerūt ut bene agerent. precipua sūt illa que ad terminū aduentus messie ptinet. circa hoc enī fuerunt multipliciter in opinioibus diuisi. Quidā enī uolētes claudere portā inquisitōis huius termini p̄ scripturas asseruerūt: q̄ terminus redemptōis eoz ab hac captiuitate est inscrutabilis p̄ scripturas. ⁊ querūt rōez quare primis. s. in transmigratōe Babilonica existentibus fuit reuelatus terminus sue redēptōis. Jere. xxix. Cum impleti fuerint i Babilone. lxx. anni uisitabo uos. ⁊ tamē secundis. s. qui fuerūt seu sunt in hac captiuitate nō fuit reuelatus terminus sue redēptōis. Ad quod responderē q̄ ratio huius differētie est istā. Nam primis fuit reuelatū peccatū seu peccata pro quibus fuerūt in captiuitate ducti. ut patet Reg. iij. ⁊ Paralip. ij. Et ideo illis fuit reuelatus terminus sue captiuitatis. ut dictū est. sed secundis. s. in hac captiuitate existentibus non est reuelatū peccatū propter quod in hac captiuitate sūt deducti. ⁊ iō terminus sue redēptōis ē eis sicut ignotus.

Alij uero tā antiqui quā moderni assignauerunt terminos diuersos ad hmoi aduentū. qui tamē termini omēs iā trāsierūt in p̄teritū. ut supra dis. iij. cap. iij. plene ē ostensum. Quidā uero eoz asseruerūt q̄ omnes termini p̄terierāt. ⁊ q̄ non pendeat redemptio eoz nisi in sola penitētia. At tē de igitur quō s̄m tres opinioēs supradictas ipsoz propria intelligentia absconditur ab illis. Nā si primaz sequantur opinionē oportet eos cōcedere q̄ peccatum pro quo sunt in hac captiuitate est eis ignotū. ⁊ hoc est uerū prout supra in p̄senti dis. ostensum est. Et cōsequēter si hoc peccatū sibi ignosceret: quod quidē peccatū ē derelinquere uerū xp̄m. ⁊ deū ⁊ hominē: ⁊ suas fatuitates sequi: tunc maifestū est q̄ terminus captiuitatis esset eis notus. s. cuz ab illo peccato cōuerterētur p̄ agnitionē ueri xp̄i seu messie. per hanc enī cōuersionē statim redēptōez adipiscerētur. Si autē secundā opinionē sequerētur oportet eos cōcedere q̄ xp̄us seu messias iā uenit. cū omnes termini p̄ suos magistros assignati

coz. 9.

hic. 29.

coz.

Rp. e. palap. 2.

sup. di. 3.

3. nle

at p̄ notē

ro. 2. 2

2

in p̄teritū transierunt. non enī possent scripture diuine (in quibus quilibet eoz s̄m suā intelligentiā fundatur) a ueritate deficere. Si autē tertiā sequatur opinionē oportet eos cōcedere q̄ nullus eoz est in uera p̄nā. Nam si aliquis eoz in uera penitentiā esset: tūc saltē ipse penitēs esset redēptus p̄ messiam. Ex quibus manifeste hētur q̄ illud (quod ab ip̄sismet intelligitur circa tempus redemptōnis seu aduentus messie) ab ip̄sismet absconditur. et hoc ē quod propheta p̄dixit: et intelligentia prudentū eoz p̄bit. q. d. q̄ ip̄sismet non p̄cipiēt ea que p̄ ip̄sos sunt intellecta. sed ab eis abscondetur. ut dictū est. nobis autē (quibus ueritas propalata ē) intelligentiā supradictorū p̄ eos inuentā: specialiter eorum (que aliquid cōtinēt ueritatis) habere possumus. et ad n̄am eruditionē proficere possūt: si sacras scripturas scrutari conemur: et quedam uero historialia ad hoc pertinentia at/ tente prospiciamus.

ro. 3.  
ii.  
9.  
yfa.

**C**apitulum decimū in quo ostenditur q̄ multa de inuentionibus seu assertionibus phariseorū (quas ip̄si inuētores seu asserentes n̄ime intelligunt) q̄nq; nobis profitiunt ad eruditōez, et q̄ in termīs p̄ eos assignatis ad suā redēptionē aliqua emerferūt ad honorē fidei catholice p̄tinetia.

**Discipulus**

**H**oc ultimū (quod dicit) ulteriorem requirit declarationez. Unde peto q̄ michi amplius declares quomō nobis intelligentia quorundā supradictorū erronee opinantium (ad nostram proficiat eruditōez).

De

**Magister**

**S**ecundū Philosophum in Methaphisica: Veri philosophi in cognitōe ueritatis profecerūt ex opinionibus antiquorū etiā a ueritate deuiantiū. inquantū in talibus erroribus aliquid ueritatis cōtinebatur, cuius simile in proposito contingit. Ad quod sciendū q̄ pharisei et eoz sequaces x̄pm p̄nitio se abitiēdo tribus modis circa inquisitionē termini sue redemptōnis in ip̄so processu tempis se habent. Quidā enim eorū sic sunt in sua excecātōe obdurati: q̄ nec uolūt inquire de peccato pro quo sunt in hac diuturna captiuitate. nec etiā ipsius captiuitatis terminū p̄ scripturas scrutari

So

file

phar. metha.

curant. 7 ideo dicitur q<sup>d</sup> utruq<sup>ue</sup> est eis ignotū. 7 hī assimilā-  
 tur infirmo qui intantū incurrit. sue sanationis desperatō-  
 nem. q<sup>d</sup> non curat de cognitōne sue infirmitatis neq<sup>ue</sup> etiaz  
 de curatōe. Et istis correspondet prim<sup>us</sup> modus errandi su-  
 pradictus. qui inter alios pessimus est. s. dicentū. q<sup>d</sup> pecca-  
 tū (pro quo sūt in hac captiuitate) ē ignotū. similiter 7 ter-  
 minus sue redemptōnis (quoz utruq<sup>ue</sup> licet sit uerum quā-  
 tū ad eos qui utrumq<sup>ue</sup> ignorāt. non tamē quo ad nos qui  
 utruq<sup>ue</sup> p<sup>er</sup> scrutiniū scripturarū cognoscimus. ut ex supradic-  
 ctis in prima parte habetur. Hec tamē ignorātia nō excu-  
 sat eos sed potius accusat. cū sit non solū crassa sed etiā affe-  
 ctata. Sunt alij qui non curāt de inquirendo circa peccatū  
 pro quo in hac captiuitate detenti sunt. uel si curāt. hoc at-  
 tribuūt alijs peccatis antiquis. utputa peccato uituli ī de-  
 fertō fabricati. uel peccatis modernis que nō sūt cōmunia  
 toti eoz uniuersitati. sed singularia. quorū utruq<sup>ue</sup> ē falsuz  
 ut supra ostensum. est. cū de tribus conditionibus hui<sup>us</sup> pec-  
 cati ageretur. Isti tamē conātur scrutari terminuz sue re-  
 demptionis p<sup>er</sup> scripturas. 7 assignauerunt singuli singulos  
 terminos iā p<sup>er</sup>teritos. in quibus terminis uel in notabilio-  
 ribus eorū s<sup>ecundum</sup> quosdā fideles in antiqua sacra pagina lit-  
 teratos 7 a iudaica cecitate ad lumen fidei conuersos. ali-  
 quid bonū magnū spūale ad laudē dei 7 honorē xpiane fi-  
 dei emicuit. quod sic patet. Nam inter terminos assignatos  
 p<sup>er</sup> iudeorū doctores. duo fuerunt p<sup>ri</sup>ncipui. s. terminus assigna-  
 tus p<sup>er</sup> Rab. moi. egyptiū. s<sup>ecundum</sup> quem redemptōne Istrahe-  
 licā dixit esse futurā in anno certo cōputando a creatione  
 mundi. qui quidē terminus iam transiuit in preterituz p<sup>er</sup>  
 cccvii. ānos. prout supra dictū fuit. Constat at<sup>que</sup> q<sup>d</sup> in predi-  
 cto termino ab ipso assignato uel fere. claruerunt in eccle-  
 sia dei duo uiri sancti 7 religiosissimi. s. beatus dominicus  
 7 beatus franciscus. Ex quibus 7 eorū sequacibus in reli-  
 gione doctrina fidei 7 morū in ecclesia uniuersali maxime  
 refulgent. ut est manifestū. Non igitur inmerito estiman-  
 dū est q<sup>d</sup> de tantis uiris 7 ordinibus toto orbe choruscanti-  
 bus aliquid p<sup>ro</sup>pheticū esset p<sup>er</sup> scrutiniū scripturarū reperien-  
 dum. Vnde terminus (quē Rab. moi. egyptius scrutatus est)  
 nō ad redēptōez iudaice pfidie seu p<sup>er</sup>tinatē ē referendus. sed  
 poti<sup>us</sup> ad redēptōne populī dei. s. xpiani. Quis enī numera-

Cōpā. seu  
ex<sup>tra</sup> m<sup>in</sup>istrō q<sup>ue</sup> hui<sup>us</sup>

p<sup>er</sup> p<sup>er</sup>

ex<sup>tra</sup>

p<sup>er</sup>

q<sup>ue</sup>

no

re posset quot animas p ministeriū predicatōis ⁊ doctrine  
 predicatorū ⁊ minorū: tam in dictis quā in scriptis sunt  
 deo coopāte a demoniaca captiuitate redempte: certe nul/  
 lus nisi solus deus: cui soli cognitus est numerus electorū  
 Item post pdictū Rab. moi egiptiū fuit in hispania alter  
 Rab. moi. gerundensis. qui licet nō tam magne auctorida/  
 tis fuit sicut primus: non tamē mediocris auctoritatis fu/  
 it. sed inter eos magnus reputatur. Scripsit enī sup Pen/  
 tatheucū ⁊ sup aliquos alios libros biblie. ⁊ sup suum tal/  
 mūch multa que apud eos habētur tāquā magistralia. qui  
 in expositōe Pentatheuci in parte probemiali cum magna  
 solēpnitate determinauit: q terminus aduentus messie fu/  
 turus erat certissime in anno. **MMMD. cxviii.** a crea/  
 tōe mūdi s̄m cōputatōe; hebreorū. Quē quidē Rab. moi. se/  
 cutus ē in hmōi termini assignatōe Rab. Leui Begner. qui  
 fuit de prouintia prouitie ī sua expositōe sup Danielē. iac/  
 ctans se sup hoc diuinā reuelationē habuisse. prout ista lati/  
 us dicta fuerūt supra dis. iij. Quē quidē terminū omēs iu/  
 dei spēaliter citramarini. tamquā certissimū antequā trā/  
 sisset spectabāt. sed deo disponēte cōtigit eis oppositū. Pro  
 quo scire debes q in hispania specialiter in regnis ⁊ domi/  
 nijs serenissimi dñi regis regis Castelle ⁊ Legionis. a mag/  
 nis tempibus suadēte antiquo hoste iudei magnos hēbant  
 status. intantū q fidelibus in multis preerant. ⁊ officia  
 magna ⁊ publica exercebāt inter xpianos. ⁊ fidelib; ī mul/  
 tis prefitiebātur. Obtinebāt enī in domibus regū ⁊ etiā  
 magnatū officia magna. p que omnes subditi etiam fide/  
 les eos in magna hēbant reuerentia ⁊ timore. quod non in  
 modicū scādālū seu piculum aīarū cedebat fidelīū simpli/  
 cium. De facili enim tales cōsueuerūt ad errores eorū qui  
 eis presunt moueri. Infideles iudei etiam ex hoc occasione  
 psistendi in suis erroribus sumebāt dicentes. ⁊ in suis co/  
 dicibus nōnulli eorū scribētes. q prophetia Jacob patriar/  
 che in qua dicitur. Non auferretur sceptrum de Juda. ⁊c.  
 Gen. xlix. uerificabatur in hoc q iudei in hispania sceptrū  
 domini seu regimīs obtinebant mō supradicto. Sed scru/  
 tanti historias hispanie notum est. q in termino supra/  
 dicto qui cōcurrit cum anno domini. **M.ccc. lviii.** uel circi/  
 ter cōtigit q rex Petrus in carcerem duxit illū qui inter

*a. catde mudi. 418. Rab moi gerundensis*

*note*

*9. 10. 11. 12.*

*Rex Petrus*

10<sup>m</sup>. ca<sup>m</sup>

iudeos erat maximus et ualde magnus in domo regia. que etiam in carcere misit interfici. et alios magnos eiusdem generis cum eo. et extunc non fuit aliquis iudeus qui de domo regia sicut hactenus proficeretur. Consequenter etiam rex Henricus secundus bone memorie frater eius qui regnum fratris habuit. multas cedes seu strages antequam regnasset in iudeis fecit tam in urbe Tolerana quam in quibusdam alijs uillis et castris in confinibus regni castelle existentibus. et cum huiusmodi rex Henricus secundus regnauit regno accepto a fratre suo Petro ipse instituit in curijs generalibus. quod iudei portarent signum distinctionis in suis uestibus. prout iura canonica uolunt quod tamen nunquam fuit auditum in hispania. sed indistincte cum fidelibus conuersabatur. ex quo multa enormia et diuina legi difformia sequebantur. Consequenter rex Johannes primus felicis recordationis filius predicti regis Henrici secundi. instituit quod iudei nulla haberent officia publica. nec iurisdictionem etiam inter seipsum in criminalibus exercerent. quae quidem iurisdictione alias maxime abutebantur. Post quem. scilicet regem Johannem regnauit rex Henricus tertius sancte memorie filius eius in anno undecimo etatis sue. In cuius regni principio deo ultione sanguinis christi excitata. multitudo populorum magna et ualida contra eos surrexit. et quamplurimi fuerunt interfecti per totam Hispaniam. qui quidem tumultus incepit a ciuitate Palensi. In cuius ecclesia metropolitana quidam archidiaconus in litteratura simplex et laudabilis uite cepit predicare contra errores iudeorum. et modos uiuendi eorum enormes. et contra sinagogas eorum nouiter contra sacrorum canonum tenores edificatas. ex quo tumultus supradictus incepit. Et consequenter in breuissimo tempore per totam Hispaniam et usque ultra pireneos. et in insulis maioricarum et sardinie uelocissime euolauit. Deus autem qui adeo bonus est ut ex malis eliciat bona sic disposuit. quod hac uexatione currente et etiam post ipsius sedationem nonnulli iudeorum ad cor suum reuersi dixerunt illud Deut. xxxi. Vere quia non est mecum deus inuenerunt me hec mala. Et sic uexatione dante intellectum auditum scripturas scrutari ceperunt. et deo illuminati errorem suum cognouerunt. sicque ad deum conuersi nomen christi publice et deuote predicantes multorum corda filiorum ad patres deo dirigente conuerterunt. que omnia in his regionibus mani-

Rex Henricus 2<sup>o</sup>

Jura Canonica

Rex Johannes

Rex Henricus 3<sup>o</sup>

Deut. 31.

Rex Johānes

9.  
11.  
1.  
2.  
1.  
2.  
+  
Annō.

festa sunt. Post predictū uero regē Henricū tertium sancte recordatōis, successit serenissimus rex Johānes filius eius, qui hodie regnat, et in longeuis temporibus feliciter regnabit. Iste cepit regnare in cunabulis, cum esset in secundo anno etatis sue, et sic fuit sub tutoribus usque ad tempus profinitū a patre. In cuius tempore tam durante tutela, quam postea, cum iam regimē suorum regnorum accepit, multa fuerunt instituta contra iudaicā impietatem, que in suis curijs et regnis pro maiori parte obseruabatur, sub quo diuino auxilio opitulante fideliter spectatur, quod infidelitas tamen iudaica, quam sarracenicā supprimitur. Ex quibus satis patet, quod in termino finaliter a peritis iudeorum pro sua redemptōe assignato, incepit uastatio perfidorū infidelium ad christum conuersorum, et est exorta, quod est intentū. Et attende, quod inter duos predictos terminos, qui per predictos Rabbinos in suis libris assignati fuerunt, fuit terminus alius a duobus iudeis in hispania, qui prophete dicebatur, quorum unus erat in ciuitate Abulensi prouintie cōpostellanē, et alius in uilla, que dicitur Aillon Seguntinē, diocesis Tolletanē, prouintie. Qui quidem duo tā magnalia loquebatur, et quicquid futura pronosticabant, et occulta reuelabant, et secundum morē eorum honeste uiuebant, quod ab omnibus iudeis istius regionis reputabantur sancti prophete, et isti duo assignauerunt tempus ad uidentū signū sue redemptōis in anno a creatōe mundi. **MDCCCLV**: secundum eorum cōputatōem, qui quidem annus cōcurrat cum anno domini. **M. cc. xcv**. In quo quidem anno in quarto mēse, qui apud uos dicitur Chaun, ultima die ipsius mensis, in qua die predicti, quod iudei debebant habere signū sue redemptōnis a deo miraculose factū: ad quorum proclamationē omnes iudei fecerunt suas pñias in ieiunijs multis, cum satisfactionibus, et elemosinis, quasi ad deū reuersi, orantes, ut sibi predictū signum sue salutis ostenderet. In quo anno mēse et die assignatis, intrauerunt sinagogas suas ad orandū deum induti sindonibus albis lineis seu sericeis, prout est moris apud eos in die expiatiōis, scilicet in die decima mensis septimi. Et tunc, altissimo deo coopante, qui nullū tēpus sine bonitatis sue testimonio relinquit, in sindonibus supradictis apparuerunt cruces in omnibus, et ubicūque erant, etiā in illis sindonibus, qui seruabatur in suis apothecis, quo signo uise!

• a. creatōe mundi . 4404.  
• a. nat. dñi . 1299.



10. ca

set. 11. ca

multi eorū fuerūt turbati. quorū quidā dicebāt q̄ hoc fu-  
 erat factū diabolica arte. Nimirū cū p̄decessores eorū de  
 xp̄o maxima miracula faciente dicebāt. In beelzebub eicit  
 demonia Math. ix. Alij uero dubitabant non audentes lo-  
 qui. nec aliquid circa hoc iudicare. Alij uero crediderūt hoc  
 signū fuisse ueri xp̄i crucifixi. 7 disposuerūt se ad eius fidē  
 cū baptismo recipiēdā. isti tamē fuerūt pauci. iuxta illud  
 Jere. iij. Assumā uos unū de ciuitate. 7 duos de cognatōne  
 7c. Saluator etiā de uiaque ducit ad paradisum dicit. Et  
 pauci inueniūt eam Math. vii. que omnia large tradūtur  
 a magistro Alphonso balisoletanē in quodā suo libro qui  
 dicitur de bellis domini cap. xxvij. Qui ex p̄dictis multa  
 uidit 7 testimoniū phibuit sego autē licet nondū essem tpe  
 istius signi nat⁹. qui quidē termin⁹ p̄cessit natiuitatē meā  
 p. lx. ānos fere. Testificor tamē corā deo qui hoc p̄dicm̄ sig-  
 nū mō p̄dcō contigisse sepe 7 sepissime audiui ab antiquiorib⁹  
 iudeis nemle cōtradicēte ī ipso facto: nisi solū in causa eius.  
 quia quidā eorū hoc attribuebant magice arti. quidāz ue-  
 ro causam relinquebant sub dubio. Ego autēz q̄nqz mira-  
 bar quomodo domini illius tēporis: p̄sertim ecclesie pre-  
 lati de hoc non fecerunt mentionē in suis historijs. de quo  
 tamē rōnabiliter debuisset imppetuū celebrari festum ad  
 honorem crucis xp̄i. Sed reuera hanc admiratiōez tollit a  
 me excessi⁹ iudeorū status in illis tēpibus. de quo iam  
 tactum est. Tāntū enī locum habebant cū regibus 7 prin-  
 cipibus terre tam ecclesiasticis quā secularibus. q̄ hoc po-  
 tuerūt suis cauillatōnibus impedire. Ex quibus omnibus  
 rōnabiliter p̄sumendū est. q̄ sicut in p̄dictis termis a suis  
 magistris assignatis. redemptio p̄ ipsos false spectata non  
 puenit. sed potius aliqua contigerūt ad confirmatiōez seu  
 honorē fidei catholice ptinentia. 7 per cōsequēs ad nostraz  
 redemptōez seu salutē. Sic p̄sumendū est cōtigisse in alijs  
 terminis. de quibus fuit facta mentio supra per te primo  
 vis. iij. Licet illa ad nostrā notitiā non deuenissent propter  
 remotōz ptū terre orientaliū atqz meridionaliū ab hac re-  
 gione Hispanie. que occidua ē 7 septentrionalis.

p. perfidi q̄dēz et

o. 9.

2. modice fidei.

3. suo pauci creduli.

hic. 3.

5. 7.

Antip̄. o. 2. Alphonso balisoletanē  
in de bellis d. m. 27. c.

**C**apitulum undecimū. in quo ostenditur q̄ aliqua ueris-  
 sima circa eorū redemptionem asseruerunt. que tamē ipsi

met non intelligūt. 7 q hoc probatum fuit per ysaïam.

**Discipulus**

**H**abeo ex per te dictis quomodo ex primis duobus modis errandi phariseorū circa cognitionē aduentus xpi aliquid nobis utile elicitur, sed de tertio mō. s. asserentiū q omnes termini aduentus messie seu xpi pterierunt. 7 q nō pendet redemptio nisi ex pnia: uellem aliquale declaratoez. ut sci remi quō ex hoc nobis aliquid utile insurgat.

**Magister**

**I**ste tertius modus dicendi eorū uerissimus est. nec indiget alia interpretatōe. sed sicut sonat propria obtinet ueritatez. Nam q omnes termini aduentus iam pcesserūt: hoc omnino cōsonat catholice ueritati. p quō creditur q cū uenit plenitudo temporis misit deus filiū suum. 7c. tūc enī plenitudo temporis uenit quando omnes termini p scripturas sacras ad hoc assignati sunt impleti. Si enim sacras scrutatus fueris scripturas reperies ad idem tempus aduentus messie fuerūt termini diuersis modis assignati. Aliqui enī termini assignati sunt ex parte ablationis potestatis seu dignitatis principatus a populo iudaico. Et hoc modo patriarcha assignauit hmōi terminū dicens. Non aufferetur sceptrū de iuda. 7c. Gen. xlix. Suit etiā alius modus assignandi huiusmodi terminū ex parte monarchiaruz que in orbe pcesserunt aduentum messie. 7 hoc mō Daniel huiusmodi terminū declarauit cum dixit. In diebus regum istoz suscitabit deus celi regnū quod in eternuz non corrūpetur. Dan. ij. Suit etiā alius terminus assignatus ex absensione. lxx. ebdomadaz Dan. ix. 7 sic de alijs que ad hmōi assignationē in sacris scripturis possunt reperiri. Vnde notāter apostolus dixit. Cum autē uenit plenitudo temporis tunc enim plenitudo temporis uenit quando tempora diuersimode ad hoc assignata simul cōcurrunt. Similiter 7 uerba pharisaica supradicta non aliud proprie sonant nisi q omnes termini pefiniti transierūt in preteritum. 7 q non pendet redemptio nisi ex penitentia. Que quidē uerba fidelissima sunt 7 uera que utinā intelligerent 7 bene agerent, sed uerus intellectus hmōi uerborū est eis absconditus. ut supra dictuz est. spetialiter ex hoc q peccatum pro

. Qo

. So.

. gen. 29.

. 2.

. dan. 2.

. 3.

. dan. 9.

. aplg.

. pharisei

f. 12. ca<sup>m</sup>

quo in hac captiuitate existant) est eis ignotū. quod exp̄sse  
prenosticatum est per Jere. Tren. ij. cap. ubi dicitur: *Pro-*  
*phete tui. i. expositores tui. uiderūt tibi falsa 7 stulta. nec*  
*aperiebant iniquitatem tuam ut te ad penitentiam prouo-*  
*carent* Ex quo patet q̄ si huiusmodi peccatum esset eis  
cognitum ad penitentiam prouocarentur. et sic statim  
adipiscerentur redemptionem. Sed per tertium modum  
excecationis quam iuste incurrerunt: per quam proprie  
inventiones sue sunt eis abscondite: iuxta illud. *Et intelle-*  
*ctus prudentium abscondetur* sanus intellect<sup>o</sup> proprie in-  
uentōnis eorū est absconditus. ut dictū est,

hic. tren. 2.

**C**apitulum duodecimū. in quo of̄nditur. q̄ cecitas phari-  
saica (de qua ysaias prophetauit) compendiose traditur in  
euangelio.

9. 12.

### Discipulus

Ex premissis habeo triplicem excecationē pharisaicā per  
ysaiam p̄ supra predicta pronosticatā: cum illuminatōne  
gentium simul in eadem auctoritate contentam. 7 uellez  
scire si forte huiusmodi cecitas fuit a christo ipsis phari-  
seis denuntiata.

### Magister

**S**i scrutatus fueris euāgelia christi. clare. reperies q̄ illud  
(quod prophetica tuba. s. ysaiē de hac cecinit cecitate) euā-  
gelica dicta compendiose exposuerūt. Unde saluator ī pha-  
riseorū p̄ntia dicit. *In iudiciū ergo in hunc mundū ueni.*  
*ut qui non uident uideant. 7 qui uident ceci fiant.* Job. ix.  
In quibus uerbis xp̄us quatuor expressit circa huiusmodi  
cecitatem. Primū. s. q̄ hoc intelligendū erat de phariseis  
Unde ibidem subditur. *Et audierūt pharisei. 7 dixerunt.*  
*Numquid 7 nos ceci sumus?* Secundū q̄ hanc cecitatez ex  
iudicio diuino incurrerant pharisei: ut iam dictum est. 7  
de hoc predixit. *In iudiciū ergo in hunc mundū ueni.* Ter-  
tium. ut illuminatio gentiū cum predicta concurreret ce-  
citate. de quo dicit. *ut qui non uident uideant.* Quartum  
q̄ huiusmodi cecitas pharisaica non excusat a peccato. sed  
potius aggrauat. Unde phariseis dicentibus. *Numquid 7*  
*nos ceci sumus?* Respondit. *Si ceci essetis peccatū nō habe-*

1 s

.1. d.  
.2. d.

retis, non enim erant ceci per priuationē luminis natura/  
lis rationis, sed per luminis gratie subtractionem. quā (ut  
supra dictum est) meruerunt,

**C**apitulum tredecimū. in quo ostenditur q̄ ex excecatoe  
pharisaica nullum preiuditiū generatur fidelibus de gene-  
re descendantibus Israhelitico. Nam in potissimis tempo-  
ribus ecclesie scilicet in eius exordio / 7 fine (in quibus chri-  
stus fuit / 7 erit presens in. 7c. *ut sup a ff. 227. b*

### Discipulus

**C**onsiderans hanc triplicem excecationē iuditio diuino iu-  
stissimo iudaicam plebem incurrisse: ut ex uaticinijs pro-  
phetarum / 7 euangelicis patet documentis. De qua tripli-  
ci excecatoe uidetur intelligendū illud Deut. xxviii. *Per-*  
*cutiat te dominus amentia / 7 cecitare ac stupore mentis.*  
*Deut. 28.* ubi non de cecitate corporali agitur sed mentali. Nam sta-  
*ibi* tim subdit. *Et palpes in meridie sicut palpare solet cecus.*  
*Si enī cecitas de qua loquebatur esset corporalis supflue vi-*  
*ceretur. Palpes in meridie sicut cecus non inmerito mirā-*  
*dum uideretur non solum quomodo aliquis eorum salua-*  
*ri potest uel potuit. sed etiam si aliqui eoz saluantur. quo-*  
*modo ab eis obprobriuz seu macula tante excecatois tol-*  
*li posset. Et circa hoc scire uellem si de hoc sunt aliqua pro-*  
*phetica uaticinia spetialiter loquentia de sua illuminatoe*  
*7 eleuatione post casum.*

### Magister

**S**o **J**uxta doctrinā saluatoris. Quod apud homines ē impossi-  
bile non est impossibile apud deum. Math. xix. Et ideo p̄-  
ueniente gratia diuina (qua homo se cōuertit ad deum) non  
est impossibile q̄ homo illuminetur. 7 deo adhereat p̄ gra-  
tiam gratificantē. Sed ad tollendā penitus tuam secundaz  
admirationem, audi apostolum ad Ro. xi. qui de hac mate-  
ria alte loquitur 7 profunde. 7 circa hoc tradit uerissima  
documenta. ut cum dicit de iudeis. Numquid sic offende-  
runt ut caderent: absit. 7c. In quo docet q̄ conuersio eorū  
potius est intenta a deo tamquā ad perfectionem humane  
salutis pertinentem: quā eorū casus, 7 infra. Si enim amis-  
sio illorū reconciliatio est mundi que assumptio. nisi uita

.13. ca.

ex mortuis. 7c. In quo ostendit q̄ ex quo amissio eorū profuit in reconciliatiōe mundi: a fortiori considerare debemus q̄ assumptio eorū potior esset: 7 quasi uita ex mortuis. 7 infra. Potens enī est deus iterūz inserere illos. 7c. Et (ut apostolus ostendat q̄ huiusmodi conuersio eorum non solum reputanda est tamquāz possibilis apud deum. quia de multis possibilibus que spectanda erant seu sunt uentura. Idcirco ibidē dicit. Numquid dominus populum suūz repulit: q. d. Nullo modo credendūz est q̄ deus populum suum repulisset antiquū. sic ut eos penitus nūquā esset reconciliaturus. quod probat ex hoc q̄ sine penitentia nō sūt dona/7 uocatio dei. que quidē uerba apostoli si diligenter perspexeris cum alijs in hoc capitulo contentis: admiratio tua penitus tolletur. 7 de hoc uide supra in prima pte vis. ij. cap. ultimo. Et circa hoc attendere debes q̄ sicut excecatio iudeis in crudelitate pharisaica factis fuit propheticē prenuntiata: sic eorum conuersio salutifera in prophetaz uaticinijs reperitur fore excellens 7 potissima. intantum q̄ obprobrium excecationis in honorez cōuerteretur quoad illuminatos.

sup. i. p. d. 2. ca. ult.

**Discipulus**

De hoc ultimo quero ut me ulterius doceas.

**Magister**

Ad huiusmodi declarationē/considerandum est. q̄ si diligenter scrutatus fueris scripturas reperies q̄ tam in exordio ecclesie quā in fine (que principales partes sunt toti<sup>o</sup> ecclesie xp̄i durationis: 7 in quibus xp̄i presentia in sua ecclesia potior consideratur. in illis. s. duabus partibus) fideles xp̄i de genere Israhelitico carnaliter descendētes principales assistentes ipsi xp̄o fuerunt/seu erunt. In primo enim aduentu apostoli (qui pro maiori parte Israhelitici fuerūt) inter ceteros a xp̄o fuerunt electi ad fructum redemptionis in orbe producendum. Juxta illud Joh. xv. Ego uos elegi de mundo ut eatis 7 fructum afferatis. 7c. In secundo uero similiter ipsi principales spectantur. Juxta illud. Cū sederit filius hominis in sede maiestatis sue sedebitis 7 uos 7c. Math. xix. Ex quibus tanta excellentia huic nationi Israhelitice attribuenda est. q̄ obprobrium excecationis su-

Coz.  
Ysa. 19.

pradicte sufficienter ab eis tollit, Vnde ysa. xix. ubi de cecitate (quam pharisei ex suis meritis incurrerant) agitur. propheta ibide subdit propter hoc. Hec dicit dominus ad domū Jacob: non modo confundetur Jacob. nec modo uultus eius erubescat. quia cum uiderit filios suos sanctificantes nomen meum: et sanctificabunt sanctum Jacob. et deus Israel predicabunt. In quibus uerbis propheta remouet opinionem false estimantium. quod ex hoc quod pharisei et eorum sequaces (que maior pars iudeorum erat secundum numerum) tantam incurrerant cecitatem quod christum eis promissum eiecerant quod hoc in confusione ipsius Jacob (a quo secundum carnem descenderant) redundaret. quod tamen propheta improbat dicens. Non modo confundetur Jacob. scilicet patriarcha pater eorum. id est non habebit de hoc rationem confusionis ex hoc quod pharisei pessimi et ingrati ab ipso Jacob secundum carnem descenderunt. Nam cum uiderit filios suos. scilicet apostolos (qui de sua stirpe descenderunt) sanctificantes nomen meum et deum Israel predicantes. Ex quorum sanctificatione et predicatione errores spirituales fuerunt euacuati: et increduli legem didicerunt diuinam. de quo statim subdit. Et scient errantes spiritu intellectum. et musitatores discent legem. ex hoc non habet locus confusio supra dicta. Ex quo patet quod dictum est. scilicet quod in exordio ecclesie principales fuerunt illi qui de stirpe Jacob descenderant. intantum quod ex hoc tollitur confusio Jacob et fidelium ab eo descendentiū. licet ex eo pharisei uel scribe descenderunt.

Ysa. 2.

Item ysa. iij. cap. ubi agitur de tempore primi aduentus christi. cum dicitur. In die illa. scilicet incipiente tempore gratie que dies est. erit germen domini. scilicet christus in magnificentia. et c. subdit. Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion et residuus in Iherusalem sanctus uocabitur. et quod intelligitur de fidelibus christi primitiuis. qui pauci et quasi derelicti fuerunt. et consequenter sancti uocantur. qui omnes fere de genere israelitico fuerunt. ut est manifestum. In secundo uero aduentu christi (qui prope finem mundi spectatur) ipsi (qui in primo aduentu christo principaliter assisterunt) in hoc secundo principaliter assistere debent. ut dictum est. De reliquis uero scilicet iudeis (qui illo tempore remanserunt) communiter tenetur quod derelicta antichristi

Antip.  
Coz. 9. q.

falsitate christo firmissime adhibebunt. intantum q̄ pro  
 eius fide magnas persecutiones usq; ad martiria passuri  
 sunt. 7 in fide christi deuotissime perseueraturi. de quibus  
 intelligitur illud apostoli ad Romanos. xi. Omnis Isra / *Ro. 11.*  
 hel saluus fiet. prout doctores ibidem exponunt. quod pro  
 prie 7 plane legitur Osee. iij. cap. ubi sic dicit. Dies mul / *Osee 3.*  
 tos sedebunt filij Israhel sine rege 7 sine principe 7 sine sa  
 crificio 7 sine altari 7 sine ephod 7 sine therafin. Et post  
 hec reuertentur filij Israhel 7 querent dominum deum  
 suum. 7 David regem suum. Vbi in translatione Caldaica  
 dicitur. Et obedient messie filio David regi suo. 7 pane /  
 bunt ad dominu. In hebreo habetur. Et fluent ad dominu  
 7 ad bonuz eius in nouissimis diebus. Hec Oseas. Que qui  
 dez auctoritas prophetica proprie uerificatur de statu iu  
 deorum. qui est in presenti diuturna 7 absq; certo termi  
 no captiuitatis. quaz proprie signat propheta dicens. Dies  
 multos. quasi diceret. per dies multos. quoz finis non est  
 nobis notus. In hac enim captiuitate manifestu est q̄ sūt  
 sine rege de genere eorum 7 etia sine principe. quod tamen  
 non fuit in Babilonica captiuitate. ubi reges habuerunt  
 7 comites. quantum ad honorificentiam. ut in. iij. Reg. *. 2. Rp.*  
 Sunt etiam in hac captiuitate sine sacrificio 7 altari. cuz  
 carent templo secundum legem mosaicam regulato. sicut  
 etiam in hac captiuitate sine ephod scilicet ueste sacerdo  
 tali. 7 sine therafin. quod est quoddam idolaticum: quod  
 secundum ritum idolatrie ad futura cognoscenda ordina  
 tur. Laban enī dicebat Gen. xxxi. cap. de suo therafin. Cur  
 furatus es deos meos. Per ista enim propheta significare  
 intendebat q̄ in hac captiuitate iudei nec colebant deum  
 uerum. nec idola. quod tamen alias non sic erat. sed semper  
 fuerunt cultores dei. uel idolorum. Quid autem de hoc cō  
 tingeret in nouissimis diebus scilicet circa finem mundi  
 ostendit dicens. q̄ postea scilicet post multos dies illos qui  
 diuturnam signant captiuitatem) reuertentur filij Isra / *. 31.*  
 hel idest conuertentur. 7 querent dominu deum suum scilicet  
 deum patrum suorum. qui deus Israhel cōmuniter  
 nominatur in scripturis. 7 querent David regem suu idest  
 messiam. 7 fluent ad dominu. ad deū recurrendo ad modū

impetus flumina. 7 ad bonum eius scilicet ad bona spiri-  
tualia per christum promissa. 7 hoc in nouissimis diebus  
scilicet in fine mundi tota gens Israhelica conuerti de-  
bet ad fidem christi. quod concordat cum apostolo ubi su-  
pra ad Ro. xi.

### Discipulus

**H**ec auctoritas Osee exponitur ab hebreis de messia p ip-  
sos spectato. que dicunt uenturum esse in fine temporum.

### Magister

**S**i bene consideras hoc quod dicit propheta: Et querent  
David regem suum. ubi secundum translationem Calda-  
cam habetur: Et obedient messie filio dauid regi suo. non  
potest uere seu proprie intelligi de messia per ipsos spectato  
De illo enim debuissent dicere: Et ueniet dauid rex suus.  
quia in illo tempore scilicet in nouissimis diebus secundum  
eos primo uenturus est. Sed cum dicit: Et querent dauid  
regem suum. seu obedient messie filio dauid regi suo. ma-  
